R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI
DONATI DAL
DOTTOR ANNIBALE GIULIONI
GIURISTA
Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1º Dicembre 1895 in Firenze.

16 Maggio 1896

2
ZIONALE
FIRENZE
7

Vinc.zo Giorag.

B 17. 7. 82

107.

CLARISSIMI VIRI

PHILIBERTI BRVSSELII

IVRISCONSVLTI

AVRATÆ MILITIÆ EQVITIS

Quondam Philippo Hiſpaniarum Regi in hac Inferiori Germaniæ Conſiliarii, ſupplicumque libellorum Magiſtri,

DE

CONDITIONIBVS

LIBRI QVATVOR.

In quibus difficillima quæque & contractuum & teſtamentorum; ac pleraque ſingulari intellectu dilucidè explicantur.

EDITIO NOVA.



BRVXELLÆ,

Ex Officina FRANCISCI VIVIEN, ſub ſigno boni Paſtoris.

B 17. 7. 52

CLARISSIMO
A C
AMPLISSIMO VIRO,
D. PETRO STOCKMANS,
REGIO
IN SVPREMO BRABANTIÆ
SENATV
CONSILIARIO, &c.

Ampliſsime Vir.

DVdum mihi in votis fuit, affectûs in te mei arrhabonem offerre, ut quo me nexu arctè devinctum tenes, ſi non ſolvere, ex parte ſaltem aliquo redhoſtimento laxare poſſem. Quum autem *Clariſsi-*

mi viri Philiberti Bruſſelii, hunc *de Conditionibus* librum, ſub incudem typographicam revocaſſem, nefas cenſui, eum pileo donare, niſi ſub auſpiciis tuis in luce viveret: ratus non poſſe auſpicatiori titulo inſigniri ejus veſtibulum, quàm ſi tuum nomen oſtentaret. Sed næ ego inſcitus, qui dum me expedire conor, arctioribus etiam vinculis me Tibi obſtringi non ſentio. Nam dandò, multò plus à Te accipio, quàm id eſt; quod emetior. Ego Tibi munus ex ſua tenuitate leve exhibeo; Tu illud accipiendo, dignitate quâ præſtas, eidem æſtimationem & pondus arceſsis: ego Tibi opus trado, Tu mihi illud claritate perfuſum illuminatumque reſtituis. Etenim egregiis animi ingeniique dotibus non ſolùm ipſe nites, ſed nitorem etiam lumenque tuum refundis in eos, qui tuo ſe decorari nomine poſtulant. Non ibo immodicus in laudes tuas,

ne-

neque modeſtia tua id ſinit, quæ ſummis virtutibus comes eſſe ſolet. Tantùm erit, quòd eruditionem tuam pulpita ſubſelliaque famigeratæ Lovanienſis Academiæ adhuc loquantur: Quòd jam pridem omnibus doctis ſit perſuaſum, decus ac majeſtatem meliorum literarum tuo præſidio non parùm fulciri, quas ipſe ingenii ubertate non ſolùm ſis amplexus, verùm etiam largiter excolueris; ut tota Muſarum cohors meritò Tibi aſſurgat, quam jam è Belgio fugientem, moraris cum paucis. Subactum tuum de rebus omnibus judicium nôrunt univerſi. Denique integritas morum tuorum, atque humanitas, comitas, juſtitia, quâ multæ magnæque ſecantur Te judice lites, ita claris & illuſtribus radiis effulget, ut cunctorum in ſe oculos provocet & amorem: Familiare Tibi æquè omnes diligere, amplecti, fovere: omnibus adi-

re

re volentibus, aditus faciles atque obvios præbere, eorum poſtulata audire, ne cuipiam juris experiundi poteſtas intercludi videatur. His naturæ dotibus atque gratiæ muneribus evectus es ad Ampliſsimum Ordinem; cui, an Tibi, pro iſtac dignitate præſtet gratulari, mihi incertum eſt; in quem non minùs abs Te ſplendoris invectum eſt, quàm Tu ipſe ſis indè mutuatus. Vtrique tamen gratulandum puto; illi quidem, quòd Te, atque iis, quas dixi virtutibus auctus ſit: Tibi verò, quòd in ea ſpecula humani generis poſitus ſis, ex qua ingenii, doctrinæ, ac ſapientiæ tuæ radii longè & latè coruſcare, & ſe poſsint diffundere. Hæc quibus præſtas ornamenta, mihi fuerunt invitamenta, ut hoc opus tuo nomini conſecrarem, in fidei ac venerationis meæ argumentum. Patere itaque, ut mea hæc referendæ Tibi gratiæ voluntas

pro-

procedat in numerum, videlicèt, ut hoc munuſculo Tibi à me ſatisfiat. Quod ſi præſtiteris, ſentiam id, quod fas nemo unquam putavit, nempe novis obligationum vinculis, ea diſſolvi, quibus Tibi adſtrictus anteà tenebar. Vale vir Ampliſsime, & in publicam ſæculi gloriam ac decus, multos annos ſuperſtes vive, meque tuo nomini devotiſsimum amare perge. In quo voto deſino. Bruxellæ ex typographia noſtra Octavo Cal. Mart. 1659.

Ampliſsimæ D. T.
devotiſsimus addictiſsimuſque
FRANCISCVS VIVIEN.

PRÆFATIO

Continens totius tractatûs diviſionem.

Cum ea quæ in toto jure de conditionibus conſcripta ſunt, confuſa adeò ac conturbata eſſe viderem, ut neque principium, neque medium, neque finem in iis reperias; & tamen ab iſtu præcipuas difficillimaſque tam contractuum, quàm teſtamentorum quæſtiones pendere: ideoque accuratiùs præ cæteris omnibus tractandas fuiſſe: operæpretium me facturum eſſe arbitratus ſum, ſi hanc σύγχυσιν ϗ ἀκοσμίαν, de his ſaltem removerem. In quatuor itaque libros hunc tractatum diſpertiendum putavi.

Libri Primi hæc erunt capita.

Tit. 1. *Quid ſit conditio?*

2. *Quæ conditionum ſint ſpecies?*

3. *Quæ verba conditionem faciant?*

4. *De Conditionis tacita repetitione.*

Libri Secundi.

Tit. 1. *De pendentis conditionis viribus & effectu.*

2. *De iis quæ in conditione ſunt.*

3. *De poteſtate conditionis exiſtentis.*

4. *De effectu conditionis deficientis.*

Libri Tertii.

Tit. 1. *De Conditionum interpretatione.*

2. *De Conditionis implemento.*

3. *De jure earum rerum, quæ dantur conditionis implendæ gratiâ.*

4. *Ut conditionis fingantur impletæ.*

5. *Qui actus conditionem recipiant, qui non.*

Libri Quarti.

Tit. 1. *De Conditionibus quæ inſunt tacitè.* 2. *De conditione impoſſibili.* 3. *De conditione neceſſaria.* 4. *De conditione concepta in præſens vel præteritum.* 5. *De conditione actûs ſolutiva.*

PHI-

PHILIBERTI BRVSSELII DE CONDITIONIBVS LIBER PRIMVS.

TITVLVS PRIMVS Quid ſit Conditio.

SVMMARIVM.

1. *Quid ſit Conditio.*
2. *Conditiones adſcribi.*
3. *Conditiones in futurum ſpectare.*
4. *In præſens vel præteritum impropriè conditiones dici.*
5. *Solutivam conditionem non eſſe propriè conditionem.*
6. *Conditiones certas utramvis in partem, non eſſe propriè conditiones.*
7. *Conditiones omnes diem habere.*
8. *Conditiones actum debere præcedere, ſicque à modo differre.*
9. *Vt à demonſtratione differant.*
10. *Vt differant à cauſa.*
11. *Bonas definitiones in juris quoque diſciplina perutiles eſſe.*
12. *Conditionis verbũ nonnunquam pro modo poni.*
13. *Item pro cauſa.*
14. *Item pro facto.*
15. *Item pro die.*
16. *Item pro ſolutiva conditione.*
17. *Item pro rerum ſtatu.*

18. *Item pro facultate aut poteſtate juris.*	23. *Item pro gradu conſanguinitatis.*
19. *Item pro optione, electione vel arbitrio.*	24. *Item pro judicio vel deliberatione.*
20. *Item pro nuptiis.*	25. *Item pro jure.*
21. *Item pro hominis dignitate, ſtatu, ordine, vel officio.*	26. *Item pro forma vel natura rei.*
22. *Item pro ſexûs differ.*	27. *Item pro condimento:*
	28. *Item pro creatione.*

Conditionem utcunquè alii, nos *κατ' ὀυσίαν* ejus rei quæ agitur, in incertum aliquem eventum, dilationem eſſe dicimus: idq́ue ſub conditione factum videri, quod ex incerto dubioq́ue caſu ſuſpenſum eſt, veluti ex ſuppoſitione ἢ ὑποθέσεως. Omnis, inquit *Juſtinianus*, ſtipulatio aut purè, aut in diem, aut ſub conditione fit. Purè, veluti, quinque aureos dare ſpondes? In diem, cùm dies adjicitur, quo pecunia ſoluatur. Sub conditione, cùm in aliquem caſum differtur obligatio: ut ſi quid factum fuerit, vel non fuerit. Et ut *Theophilus* ait ἡ ὑπὸ αἵρεσιν ἐπερώτησις συνίσαται ὁπότε εἰς τύχην ἀναφέρεται ἡ ἐνοχή. Et quam Græcâ voce Dialectici Propoſitionem Hypotheticam appellant, latinè haud malè conditionalem dixeris. Hanc ex duabus categoricis conſtitui ajunt, *ſi* conjunctione, junctis: dies eſt, ſi ſol lucet. Scio *Accurſium* conditionem κατὰ αἰτίαν definiviſſe, legati eſſe ſuſpenſionem. Et alios, adjectionem eſſe, quæ dum pendet, diem impedit cedere. Verùm has, ſi Dialecticorum ſpectemus regulas, probari non poſſe palàm eſt. In generis etenim definitione, om- 1.

Inſtit. de ver. obli. § Omnis & §. Sub conditione.

omnes ſpecies comprehendi debere ajunt, neque abeſſe, neque ſupereſſe quicquam, neque ab effectu rei, ſed ex ſubſtantia ſumendas eſſe: ut ad oculum harum definitionum pateant vitia: nemo enim neſcit non ſolis legatis adſcribi conditiones ſolere. Et quòd per has, dies impediatur cedere;
2. operatio eſt & effectus conditionum, non earum ſubſtantia. Diximus in noſtra definitione, ejus quod agitur, propterea quòd conditiones, ut συγκατηγορήματα de quibus illi, per ſe nihil ſignificant, & niſi aliis diſpoſitionibus adſcribantur, prorſùs ſunt inutiles. Hoc enim, Si navis ex Aſia venerit, per ſe nihil ponit, nihilque conſtituit, niſi hoc addamus: hæres eſto Titius, aut quid ſimile. Vnde (quantumvis Juriſperitus) deceptus *Papinianus*, conditionem quæ teſtamento adjecta fuerat, negabat poſteà poſſe adimi, quòd ea demùm per legem adimere liceret, quæ teſtamento data ſunt, non quæ adſcripta. Conditio autem, ut dictum eſt, non datur, ſed adſcribitur. Juvabat quòd *Julianus* detractâ in ſtatulibero conditione, non repræſentari libertatem ſcripſerat. Sed rectiùs *Vlpianus* & has adimi poſſe notavit, legis mentem magis quàm verba ſecutus. *l. 3. §. con. de adim. leg.*
3. Dilationis autem verbum, quod in conditionis definitione poſuimus, moram ſemper aliquam iis ineſſe denotat, & alicujus ſecundùm verba, temporis expectationem. Cui conſequens eſt, eas, quæ rem aut præſentem aut præteritam demonſtrant, hoc eſt, quæ in præſens, aut præteritum proferuntur, non propriè conditiones appellari. De præſenti, inquit *Vlpianus*, conditio non eſt: veluti, quidquid mihi Epheſi dari oportet, ſi Titius me hæredem ſcripſit, ex *10. In conditionib. §. 1. de cond. & de & l.*

2. de hær. inſtit. qua parte ego à Titio ſcriptus ſum hæres, ſi Rex Parthorum vivit, ſi navis in portu ſtat. Et *Papinia-*
10. l. inſtit. §. 1. de cond. inſtit. *nus*, non placuiſſe inſtar conditionis habere ſermonem, qui non ad futurum, ſed ad præſens tem-
120. l. ſi ita ſtipul. de ver. ob. pus refertur, etſi contrahentes rei veritatem ignorent. καταχρηστικῶς tamen, & hæ conditiones appellari ſolent. Nam *Pomponius* multum intereſſe 4.
ſcribit qualis conditio appoſita fuerit, an in præ-
16. l. cum in ſecundo de injuſ. teſt. teritum, an in præſens, an in futurum. In præteritum, veluti, ſi Titius conſul fuit: In præſens, ſi conſul eſt: & utriúſque eundem eſſe exitum: ut ſi ſint, ſtatim actus valeat: ſi non ſint, ſtatim non
100. l. cond. de verb. ob. valeat. Et *Modeſtinus* eam quæ in præteritum, aut in præſens relata eſt, ſtatim aut perimere, aut omninò non differre obligationem ſcribit, veluti,
Inſtit. de verb. ob. §. condition. ut *Juſtinianus* ait, Si Titius conſul fuit: ſi Mevius vivit, dare ſpondes? Si ea, inquit, ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio, ſin autem ſe ita habeant, ſtatim valet: ea enim quæ per naturam certa ſunt, licèt nos ea exiſtere ignoremus, obligationem non morantur. Quibus item ſolutiva adjecta eſt con- 5.
ditio, eadem de cauſa conditionalia propriè non eſſe dicimus; talis namque conditio, actum non differt, ſed perfectum reſolvit. Si fundus, inquit
l. 1. de le. com. *Vlpianus*, commiſſoria lege venierit, venditio pura eſſe dicetur, ſed ſub conditione reſolvenda. Sub commiſſoria autem lege tunc venditio facta dici-
l. 3. eo. tit. tur, cùm ita ſit, ut niſi intrà certum diem precium exolvatur, res inempta ſit. In adjectione in diem idem juris eſt: veluti, ſi rem venditam convenerit inemptam fore, ſi intrà certum tempus conditio melior allata fuerit. Atque adeò hæc pactorum vice potiùs, quàm conditionum haberi debent, ut

6. ut infrà fuſiùs demonſtrabitur. Cùm in incertum eventum dilationem dicimus: neceſſarias & impoſſibiles conditiones excluſas eſſe, nemo non intelligit: quæ enim aut neceſſaria, aut impoſsibilia ſunt, incerta eſſe non poſſunt: has itaque, niſi impropriè, conditiones non vocamus. Conditionum enim proprium eſt, ut incertæ ſint. Vnde *Severus*: Si conditionis incertum redemerit quia hæreditatem reſtituere juſſus fuerat, &c. Et *Vlpianus* eum qui ſub conditione ſtipulatur quæ omninò extitura eſt, purè ſtipulatum eſſe ſcripſit, adeò ut ſi ante eventum ejus ſolverit, quantumvis ea quæ ex conditione pendent, ſi interim ſolvantur, repeti poſſe dicamus, conditioni tamen locum non fore tradidit. Ea autem quæ ſub impoſsibili conditione acta ſunt, ſtatim ab ipſo initio nullius eſſe momenti à pleriſque notatum eſt. Sub impoſsibili conditione, inquit *Paulus*, facta ſtipulatio inutilis eſt. Quando enim actus non pendet, conditionalis eſſe propriè dici nequit. Quatenùs autem id verum ſit, & quæ impoſsibiles dicantur, alio dicetur loco. Certum item diem quantumvis longævus ſit, conditionem non conſtituere, & hinc liquère poteſt, quòd hunc aliquando venturum eſſe certum ſit. Vnde *Paulus* ſi dies adjecta legato ſit quamvis longæva, veluti, Calendis Januariis centeſimis, legati tamen diem ſtatim cedere tradidit, licèt ante diem peti non poſsit. Diverſum eſt in die incerto, hunc enim regulariter conditionem facere proditum eſt, ut infrà fuſiùs: longiorem enim
7. hæc res tractatum expetit. Sanè conditionibus ipſis utcunque conceptæ ſint, cùm in futurum ut diximus ſpectare debeant diem ineſſe includivè

L. 1. C. de pac.

L. ſi pupillus §. 1. de novat.

L. quod ſi de cond. indeb.

21. l. ſi dies, quan. di. le. ced.

30. l. talis ſcriptura §. ſed & ſi de le. 1. neceſſarium eſt. Hinc *Vlpianus* generalem hanc clauſulam : Quas pecunias ego legavi quibus dies appoſitus non eſt, eas hæres meus annua bima trima die dato :. non extendi ad legatum, quod ſub conditione relictum eſt, tradidit : veluti, ut Trebatius ait, quod hoc modo conceptum eſt illi; quando annorum xx. erit dato. Non rectè igitur

35. l. ſi quis legata de cond. & de. *Cajus* pecuniam quæ ita legata fuerat, cum pubes erit, annua bima trima die poſt pubertatem præſtandam eſſe, in commentariis ſuis annotârat, meritoque in hoc à Domitio *Labeone* reprehenſus fuit : pubertatem enim temporis habere demon-

32. l. ſi quis à filio de le. 1. ſtrationem, pernotum eſt. *Sextus* quoque & *Pomponius* cùm hoc modo legatorum repetitio à ſubſtituto facta fuiſſet. Quæ à filio meo legavi hæres

l. 2. de in diem add. meus iiſdem diebus dato : conditiones quoque repetitas videri reſponderunt, & ab *Vlpiano* probata fuit eorum ſententia. Sic cùm emptio ex conditione reſolvenda eſt, addictionem in diem eſſe dicimus; conditionem, diem appellando. Ex ſuperiori- 8.
bus facilè cuique patere puto, ut conditio à modo differat: nam cùm conditionem actum cui adſcribitur in ejus eventum differre dicimus, liquet conditionis eventum actum præcedere debere, quod in modo haudquaquam obtinet, ſed hunc poſtea

79. leas cauſaſ de cond. & de. impleri ſatis eſt. Hocque à *Papiniano* demonſtratum fuit dum ſcribit, conditiones protinùs agentem repellere, de modo verò implendo, cautione oblatâ, actionem dari : Modus ferè ita concipitur, ut illud facias, vel ut illud non facias : Conditio

Iuſt. de inutil. ſtipul §. item ſi quis. verò, ſi feceris, vel ſi non feceris. Hoc ducti argumento veteres, ſtipulationem hoc modo conceptam ; Si navis ex Aſia venerit, hodiè dare ſpondes,

ut

ut præpoſteram, inutilem eſſe dicebant. Enimve-
rò *Juſtinianus* valere eam conſtituit, nedum in do-
tibus, ut antea à divo Leone obſervatum fuerat,
ſed & in aliis quibuſvis ſtipulationibus. Inſtitutio-
nem quoque hoc modo ſcriptam; Illi ſi ſocii uni-
verſorum bonorum meorum permanſerint uſque
ad annos XVI. hæredes mihi ſunto, *Marcellus* inu- *L. 4. de*
tilem eſſe putabat, quòd antè aditionem hæredita- *cond. inſt.*
tis, conditio impleri non poſſit. Sed & hîc Iulia-
no aliter viſum fuit, ſocietatemque quaſi rei futu-
ræ ante aditam hæreditatem iniri poſſe: quam ſen-
9. tentiam *Vlpianus* quoque probavit. A demonſtra-
tione item differt conditio, quòd demonſtratio,
ut *Florentinus* ait, vice fungitur nominis, & factam *24. l. ſi no-*
exiſtentemque rem demonſtrat: conditio futu- *minatim*
ram. Servum Stichum quem de Titio emi, fundum *de cond. &*
Tuſculanum qui mihi à Sejo donatus eſt, demon- *de.*
10 ſtrationes ſunt, non conditiones. A cauſâ autem *12. l. ſi ita,*
conditio differt, quòd cauſa in præteritum actum *eo. tit.*
concipitur, hoc ferè modo, quoniam filius meus
natu major C. ex arcâ meâ ſuſtulit, vel quòd ille
negotia mea curavit. Conditio verò hoc modò
concipienda eſſet: ſi ſuſtulerit ex arca mea C. ſi
curaverit mea negotia. Atque his, quantùm ſatis
eſt, propoſitam Conditionis definitionem ſuis
11 conſtare numeris καὶ οὐσιώδην εἶναι oſtenſum puto.
Taleſque definitiones in omni diſciplina perutiles
eſſe, nemo ſanæ mentis negare poteſt, tametſi
veteres Iuriſconſulti, ejus rei non admodùm ſoli- *Alcia. pa-*
citi fuiſſe videantur, ſatis eſſe putantes, quocun- *radox. lib.*
que modo rem demonſtraſſent, ut pleræque deſ- *6. c. 9. &*
criptionis loco potiùs quàm definitionis haberi *de ver. ſig.*
debeant, facileque ſubverti poſſint, ſi quis acriter *lib. 1.*

103. *l. omnis de reg. Ju.* urgeat: eâque de cauſâ haſce *Vlpianus* periculoſas eſſe ſcripſit, uti reverà ſunt. Atque de hiſce veterum deſcriptionibus, hoc *Vlpiani* reſponſum intelligendum puto. Bonas etenim definitiones, qualeſque Dialectici convertibiles vocant, nemo arbitror dixerit, aut ſubverti poſſe, aut periculoſas eſſe, aut jus noſtrum tam eſſe turbidum & obſcurum, ut tales non ferat aut patiatur. Et *Labeo*, dolum malum rectè definivit, & ejus definitionem ipſe *Vlpianus* dicit veram eſſe. Cæterùm ut conditio ad amuſsim definita ſit, eſſe tamen hujus verbi latiorem uſum, non extrà rem fuerit demonſtrâſſe. Invenies Conditionis vocem pro Modo ſæpè eſſe poſitam. Sic *Vlpianus* dum ſcribit, decem quæ eâ conditione Titio data ſunt, ut inde Stichum emeret, mortuo Sticho, repeti poſſe. Sic *Modeſtinus* Sachum ſervum, Eutychiam & Thyrenam ancillas, ſub hac conditione liberos ſcriptos fuiſſe recitat, ut teſtatoris monumento alternis menſibus lucernam accenderent. Sic cùm Titio centum relicta fuiſſent, ut Meviam uxorem duceret, *Papinianus* nec conditionem, nec cautionem remitti ſcribit. Et *Scevola* cùm Lucius Titius Sebaſtenorum civitati C. legaſſet, ita ut alternis annis ex uſuris ejus ſummæ, certamina ſub nomine ſuo celebrarentur, quæſitum fuiſſe ſcribit, an ſi Conditionibus teſtamento adſcriptis, poſtea Reſpub. Sebaſtenorum non paruerit, legatum ad filios hæredes pertineat. Et apud *Juſtinianum* in ſervo qui filiis vel filiabus famil. donatur ſub ea conditione, ut eum ſtatim ad libertatem perducant, impedimentum nullum paternam facere poſſe authoritatem. Et cùm Sejus Pamphilam hac lege

Lib. 1. de do. ma.

12

Lib. 2. §. fi. de donat.

44. *l. Mevia de ma. teſt.*

70. *l. Titio centum §. 1. de cond. & de.*

21. *l. liberto. §. Lucius. eo. tit.*

L. fi. §. fi. C. de bo. quæ lib.

23. *l. Cajus de ma.*

ge

ge emiſſet, ut intrà certum tempus manumitteretur, *Paulus* ſcripſit ſub conditione ancillam emptam & venditam. Et *Cajus*, ſi maritus uxori, manumiſsionis cauſâ, ſervum donaverit, conditionem tacitè ineſſe ſcribit, ut manente matrimonio, manumittatur, Et *Scevola* ſcribit eâ conditione domum fuiſſe legatam, ut quidquid æris alieni in eâ eſſet, hæres exolveret, & domus utriſque communis eſſet. Quin ſi fortiter urgeas, conditionis verbo hîc plenum fideicommiſſum ſignificatum eſſe comperies. Sic *Alexander* III. dum ſcribit Eccleſiæ datam ſub conditione poſſeſſionem revocari non poſſe, niſi talis fuerit conditio, quòd eâ ceſſante, revocari debeat. Et cùm Proculus eã conditione ſocietatem contractam eſſe diceret, ut Nerva amicus communis partes conſtitueret; *Accurſius* conditionis verbum pro tenore poſitum eſſe notavit. Et apud *Papinianum* legimus prædiolum ea lege & conditione legatum fuiſſe, ne alie-
13 nari poſſet. Et pro Cauſâ *Vlpianus* conditionem poſuit dum ſcribit, hoc modo facto legato, quod mihi Titius debet ei lego, ſub falſa conditione legatum videri, & inter falſam demonſtrationem & falſam conditionem ſive cauſam, multum intereſſe. In quibus & hoc animadvertendum eſt, horum vocabulorum, *Cauſa* & *Modus*, uſum, apud Juris Conſultos eſſe promiſcuum: ut enim Cauſam in præteritum eſſe dicant, in futurum tamen cauſam etiam appellant, quam aliàs Modum vocant: ut cùm dicimus ob cauſam datum, cauſâ non ſecutâ, repeti poſſe. Sic divi *Diocletianus* & *Maximianus* dum in hunc ferè ſcribunt modum: Quoniam adſeveras patrem tuum, ei contrà quem preces

9. l. ſi antiquam de don. inter vi. & uxo.

93. l. filio ad le. fal.

Cap. 4. de cond. app.

77. l. ſocietatem pro ſoc.

36. l. pater §. quindecim. de le. 3.

78. l. ſi ſic legatum §. 1. de le. 1.

5. L. quoniam adſeveras. C. de re. pet. mut.

preces fundis, hac conditione dediſſe fundum, ut interim domum certam acciperet: ſi cauſa propter quam fundus datus eſt, ſecuta non ſit: conditionis ratione datum reſtitui ſicut poſtulas, Præſes jubebit. Et rurſùs alio loco: Si repetendi quod donabas uxori ejus quem ad proficiſcendum tecum hujuſmodi liberalitate provocare propoſueras, nullam addidiſti conditionem, remanet integra donatio. Pro pacto item legève contractûs, 14
perſæpè conditionis verbum reperias. Nonnulli inquit *Conſtantinus ad Marcellum*, hac conditione fundos comparant, ut reliqua fiſco inferre non cogantur. Et divus *Antonius ad Maximum*: Si ei quem ſententiâ ſuperaveras hæreditatem eâ conditione pactoque tradidiſti, ut tam cæteris creditoribus quàm tibi ſatisfaceret, fides ſervanda eſt. Sic *Papinianus* actioni redhibitoriè non eſſe locum ſcribit, ſi mancipium bonis conditionibus emptum fugerit, quod anteà non fugerat. Et *Juſtinianus*: Si intollerabilis ſit dominorum ſævitia, ut bonis conditionibus ſervos vendant, cogi poſſe, tradidit. Quod explicans *Theophilus* διὰ τοῦτο δὲ ἔφη καλῇ εἶπε αἱρέσει ἵνα μὴ ὁ δεσπότης ἀγανακτῶν, αἱρέσεις ἐν τῇ πράσει βαρείας ἐγγράφῃ συμφωνήσας τυχὸν, ὥστε αὐτὸν εἶναι ἐν δεσμοῖς.

Et apud *Vlpianum* iis qui certâ conditione muneribus ſe aſtrinxerint, fidem ſervandam eſſe legimus. Et *Neratius* Ariſtoni & Celſo Patri placuiſſe ſcribit, rem hâc conditione deponi, mandatumque ſuſcipi poſſe, ut res periculo ejus ſit, qui depoſitum vel mandatum ſuſcepit. Et alibi, cùm ſic domus vendita eſſet, ut eam venditor, quàmdiu viveret, inhabitaret, ſub conditione vendita

7. l. ſi repetendi C. de condic. ob cauſam.

l. 2. C. ſine cen. vel reliq. fun. compar. non poſſ.

7. l. debitori, C. de pact.

54. l. actioni. de Ædili. edicto.

Inſt. de iis qui ſui vel al. ju. ſunt. §. ſi.

l. 2. de ju. immu.

39. l. & Ariſtoni. Mand.

10. C. cum Ioannes, de ſi. inſt.

dita dicebatur. Sic in pacis & in induciarũm conditionibus eſſe dicimus quæ utrinque convenerunt aut fieri, aut non fieri. Et quodam loco *Cicero* non debuiſſe Regulum conditiones pactioneſque bellicas turbare perjurio. Ad hunc modum *Vlpianus* conditionem præpoſitionis eſſe ſcribit. Et *Labeo*, ſi eâ conditione, ut in ea merces tuæ portarentur. Et item *Paulus* depoſitum eſſe ſcribit, quod à pluribus inſolidum certâ conditione cuſtodiendum reddendumque traditum eſt. Et *Pomponius* conditionem quæ initio contractûs dicta eſt, poſtea aliâ pactione mutari poſſe. Et *Alexander*: Si cùm pecunia datur, de reddenda ea convenerit, utilis eſt conditio. Et *Paulus*: Si in plures eâ conditione compromiſſum ſit, ut quolibet vel uno dicente ſententiam, &c. Et *Vlpianus*: Si cùm ſervus eâ conditione domino reum dediſſet, ut poſt liber-
15 tatem in eum actio transferretur. Diem quoque per conditionem interpretatus eſt *Vlpianus* dum ait, eiſdem diebus, id eſt, eiſdem conditionibus hæredi præſtandum eſſe legatum, quibus ipſi legatario præſtandum fuerat. Et *Pomponius*: Si quis inſtituatur, in diem incertum & conditionem tra-
16 hat, terminum ei præfiniri. Solutiva quoque conditio, licèt propriè conditio non ſit, ſic tamen ſepiùs appellatam eſſe invenies. Si fundum, inquit Imperator *Alexander*, eâ lege vendidiſti, ut precio oblato reſtitueretur, te parato ſatisfacere conditioni, &c. Sic ſi ita matrimonium contrahatur, donec invenero aliam honore & facultatibus digniorem, ſub conditione contractum videri, alibi legitur. Haſce quoque formulas, ad Epiſcopatum Titium eligo, ut ad decennium ſolùm præſit: Ber-

Offi. 3. 11. l. ſed etſi §. conditio, de inſt. ac. 10. l. ſi vendenda §. ad le. Rho. 6. l. propriè de poſ. 6. l. ſed & Celſus §. fi. de contrah. emp. 10. l. legem C. de pact. 37. l. non diſtinguemus §. cum in plures de artic. 7. l. & eleganter. §. ſervus, de dol. ma. 5. l ſi poſt. §. 1. quan. dis le. ced. 29. l. ſi quis de ha inſtitut. l. 2. C. de pact. inter emp. glo. in c. actus de re. ju. in 6.

tam uxorem duco ita ut ad certam dumtaxat diem aſtringar ejus nuptiis, Canoniſtæ conditiones appellare ſolent. Pro rerum ſtatu ſæpiùs: Si mihi, 17
inquit *Scevola*, vigilavi, conditionem meam meliorem feci. Et quod hîc *Scevola* conditionem dixit, *Paulus* cauſam appellat, dum ſcribit, interdum nec meliorem cauſam mandantis fieri poſſe, interdum meliorem, deteriorem verò nunquam. Sic *Papinianus* in re pari prohibentis conditionem eſſe potiorem. Et *Cajus* conditionem noſtram per ſervos meliorem fieri poſſe. Et *Vlpianus* neminem melioris conditionis eſſe debere quàm author ſuus. Et *Paulus*, pluribus procuratoribus in ſolidum datis conditionem occupantis meliorem eſſe. Et apud *Vlpianum* neminem ex delicto meliorem ſuam conditionem facere debere. Et apud *Celſum* nihil magis ridiculum eſſe quàm furis conditionem meliorem exiſtimare propter furti continuationem. Sic deteriorem ſepulchri conditionem facere, *Martianus* prohibitum eſſe ſcribit. Et *Paulus* non ſolere deteriorem conditionem fieri eorum qui litem conteſtati ſunt. Et *Vlpianus* quam duriorem cauſam appellaverat, paulò poſt duriorem conditionem dicit. Sic parem, ſic æqualem conditionē ſæpè legimus. *Paulus* quoque exceptionem conditionem eſſe ſcribit, quæ modò eximit reum ab damnatione, modò damnationem minuit. Solent enim ſic ferè exceptiones proponi; ſi non tranſactum ſit, ſi non juratum ſit, ſi non pactum ſit de non petendo intrà Calendas Martias. Hinc eleganter *Julianus*, Si curator dementis, qui non ſatiſdederat, rem ejus vendiderit, & vendicanti hæredi dementis exceptio opponatur: ſi non curator ven-

24. l. pupillus quæ in frau. cr. l. 3. mand. 28. l. ſabinus com. divi. 176. l. melior. de re jud. 136. l. in omnib. §. 1. eod. tit. 32. l. pluribus de procur. 177. l. non fraudantur. §. 1. de reg. ju. 69. l. inficiando, §. infans de fur. 7. l. ſepulc. de ſep. vio. 88. l. non ſolent, de re. ju. 9. l. græcè §. illud, & §. ſi quis, de fid. 6. l. non enim de trib. ac. l. 2. §. hoc ne quid in lo. pu.

vendiderit, replicari poſſe ſcribit, aut ſi non ſatisdatione interpoſitâ ſecundùm decretum vendiderit.

18 Pro poteſtate juris, aut facultate poſitam eſſe conditionis vocem comperies, dum *Severus* & *Antoninus* ſcribunt, per liberam perſonam alii ſcienti uſucapionis conditionem inchoari poſſe. Et *Vlpianus* eos qui caſtrenſe peculium habent, in ea conditione eſſe ſcribit, ut donare poſſint. Et rurſus, Si is cum quo agitur, conditione delatâ, juraverit.

19 Pro optione, electione, vel arbitrio. *Martianus*: Cum hæreditate, inquit, patris, neceſſarius hæres ſe abſtinet, conditio cohæredi ſive ſuo, ſive extraneo defertur, ut aut totam agnoſcat, aut à tota recedat. Et paulò poſt: quia non poteſt exonerari, niſi deferatur conditio. Et *Vlpianus*: ſi is qui ſe immiſcuit hæreditati, deceſſerit, eandem conditionem hæredi ejus deferendam ſcribit. Et ſi quid in fraudem patroni diſtractum ſit, emptori conditionem deferri, utrùm malit rem emptam habere juſto precio, an à re diſcedere, precio recepto. Et *Papinianus*: Si quis & irritum dicat eſſe teſtamentum, vel ruptum, & inofficioſum, conditio ei deferri debet, utrùm priùs movere volet.

20 Conditionis item verbum pro nuptiis. Qui liberis, inquit *Martianus*, quos in poteſtate habet, conditionem non quærit, à nuptiis eos prohibere videtur. Et alibi deſponſatam alteri, renunciare conditioni, & nubere alii poſſe dicitur. In Sticho Plautino Antipho, Age tu altera utra ſit conditio penſior, virginem an viduam habere. Et ut in repudiis comprobantur hæc verba. Res tuas tibi habeto: Ita in ſponſalibus diſſolvendis hæc: conditione

193. l. pa-rem, de reg. ju. *22. l. exceptio, de excep.* *7. l. conſilio. §. 1. de cur. fur.* *l. 1. C. de ac. po.* *7. l. filiusfa. §. fi. de don.* *l. 3. de jurejur.* *55. l. cum hæreditate de acq. hær.* *56. l. ſi quis ſe eo. tit.* *l. 1. §. ſi quis ſi quid in frau. pat.* *8. l. Papinianus §. ſi quis, de inoff. teſt.* *19. l. qui liberos de ri. nup.* *L. 1. C. de ſponſal.* *actu. 2.* *l. 2. §. de divort.*

tione tuâ non utar, ut apud *Cajum* legimus. Et
Vlpianus conditiones in ſponſalibus conſtituendis,
plerumque per interpoſitas perſonas expediri ſcri-
pſit. Pro hominis item dignitate, ſtatu, ordine,
vel officiò perſæpè reperitur. *Anaſtaſius Imperator*: 21
Officia, inquit, & conditiones quæ pertinent ad
viros, &c. Et *Modeſtinus* qui ſe vendiderit manu-
miſſus, libertinæ conditionis efficitur. Et *Vlpianus*
eum qui nummis emitur, ex epiſtola divorum fra-
trum ad Vrbium Maximum ad eam conditionem
redigi notat, ut libertatem adipiſcatur. Et *Juſti-
nianus* lites ſuper conditionibus illatas, ultra tri-
ennium protrahi vetat. Et apud *Neratium*: Non
oportere priùs de conditione cujuſquam quæri,
legimus, quàm ad eum hæreditas legatumve per-
tineat. Et apud *Vlpianum*, eum qui de conditione
teſtatoris incertus eſt, adire hæreditatem non poſ-
ſe. Et apud eundem, falſum tutorem teneri cujuſ-
cunque conditionis ſit. Et *Paulus*, ejus qui annulos
ab imperatore accepit, honorem auctum, non con-
ditionem mutatam ſcribit. Et *Vlpianus* conditio-
nem teſtis, tunc cùm ſignat, inſpici debere ait.
Sic non referre per quem preces oblatæ ſint, dum
à liberæ conditionis homine reſcriptum impetra-
tum ſit, *Honorius* ac *Theodoſius* reſcripſerunt. Sic
Papinianus, qui detectâ colluſione ingenuus judi-
catus eſt, conditioni ſuæ redditum, ſi alimenta ſi-
bi ut liberto à patrono relicta præſtari deſideret,
non audiendum ſcribit. Divi item *Diocletianus* &
Maximianus eum qui liberum ſciens conditionem
ejus invitus vendiderit, plagii criminis pœnâ te-
neri. Et *Juſtinianus* ſervum qui de ſua periclitatur
conditione adeundi hæreditatem libertatem fecit,
ſub

l. fi. de ſponſal.
l. fi. C. de off. quæſto.
21. l. homo l. de ſta. ho.
lib. 4. de manum.
l. properandum c. de jud.
54. l. non oportet de le. 2.
32. l. heres. §. 1. de act. hær. & l. ſed etſi, eo. tit.
11. l. falſus. p. fal. tuto.
33. l. falſa. §. 1. de cond. & d.
22. l. ad teſtium de teſtam.
6. l. univerſis. C. de prec. imp. off.
l. 1. de juſt. auct. ann.
l. . pcr. C. ad leſta de plag.
l. fi. c. de teſt. ma.

ſub ea conditione, quòd creditoribus ſatisfaciet.
Et dedititiam legimus conditionem, & cohorta-
lem, & curialem, & adſcriptitiam, & latinorum,
& Romanorum, & ſervos quoſdam eſſe conditio-
nales. Et in liberali cauſa matris non patris condi-
22 tio inſpicienda dicitur. Pro ſexûs item differentia,
ſæpè invenies. In multis, inquit *Papinianus*, juris
noſtri articulis deterior eſt conditio fœminarum
quàm maſculorum. Et *Alexander*, Brute ſi contrà
ſexûs tui conditionem tuo periculo filiis tutores
dari poſtulaſti, &c. Et pro gradu *Vlpianus* dum
23 ſcribit: Nepotem ad filii conditionem redigi filio
de medio ſublato. Pro judicio, conſilio, vel deli-
24 beratione, ut in illo qui adit hæreditatem, cùm
cohæredem ſuum ſe abſtinuiſſe ſciret, hic enim eâ
conditione adire traditur, ut ſe totis oneribus im-
plicaret. Sic cùm ſcribitur fideicommiſſariam hæ-
reditatem non impediri ſub conditione ſcripti hæ-
25 redis qui compos mentis non eſt. Pro jure quo-
que nonnunquam, ſic *Julianus*, eum qui ejuſdem
pecuniæ duos reos habebat Caium & Lucium,
cùm quod Caius debebat Sepronio legaſſet, quod
Lucius Mevio: eam conditionem hæredi ſuo con-
ſtituiſſe ſcribit, ut alteri actiones, alteri æſtima-
26 tionem præſtare debeat. Pro rei quoque natura
vel forma. Sic *Vlpianus* legato poculo hæredem au-
diendum non eſſe, ſi id retinere velit, & præſtare
legatario æſtimationem: Alia eſt enim, ait, ho-
minum conditio, alia cæterarum rerum. Sic cùm
dicitur, & ex perſona, & ex conditione, & ex
tempore ſtatui oportere, ubi pupillus educari
debeat. Sic *Juſtinianus* duplicem hæreditatis con-
ditionem eſſe notat: aut enim, inquit, ex teſta-

l. uni. C. de ded. lib. toll. inſt. de liber. §. ſed dedititior.

l. avi paterni C. de lib. cauſ.

l. in multis de ſtat. hom.

l. 1. C. ſi mater in promiſ.

l. ſed & ſi §. 1. de hær. inſt.

38. l. ſi duo de acq. hær.

30. l. cum quaſi §. in furioſi de fidelib.

84. l. nonnumquam §. qui Caium del. 1.

74. l. ſi domus §. cum alicui, de le. 1.

l. 1. ubi pub. ed.

Inſt. per quas perſo. ac. §. fi.

mento

mento defertur, aut ab inteſtato. Sic etiam *Neratius*, cùm ſcribit, ſublato ædificio quod in littore poſitum fuerat, videndum eſſe cujus conditionis is locus ſit. Sic temporis valetudiniſque conditionem dixit *Vlpianus*. Et *Juſtinianus* humani juris conditionem in infinitum decurrere. Et *Scevola* Sejam ita teſtamento caviſſe, niſi per conditionem humanam contigiſſet ipſam facere. Et *Modeſtinus* laudandum hæredem ſcribit, qui in humanæ conditionis memoriam teſtatoris reliquias aliter atque juſſus fuerat in mare non projeciſſet. Sed & à condendi verbo conditionem pro condimento dicere poſſumus, & pro orbis creatione quidam conditionem dixere. Hæc à nobis, non ſolùm ut oſtenderem quàm hoc verbum pateat latè, ſed quòd pleroſque non poſtremæ eruditionis viros, hâc ſignificationis varietate deceptos eſſe comperim: & hoc nomine *Bartolus* à *Jaſone* notatus eſt, ut etiam nonnulli hanc eandem varietatem diligentiâ ſummâ explicare conati ſint.

14, l. q. in lit. §. 1. de aco. red.
5. l. ſi pecuniam de cond. canda.
l. 2. §. ſed quia C. de vet. jur. enucl.
40. l. Titia, §. fi. de an. leg.
l. pen. de cond. inſt.
B. de cond. imp. n. 3.
In l. impoſſibilis, de ver. ob.
Alci. in l. ſi debitori C. de pact.
Tiraq. de retract. conv. gloſ. 2. nu. 76.

TITVLVS SECVNDVS
De Conditionum Varietate.

Svmmarivm.

1. *Alia conditionum propria, alia impropria, & nu. 11.*
2. *Caſualis quæ dicatur.*
3. *Poteſtativa quæ & n. 5.*
4. *Mixta quæ.*
5.
6. *Aliæ voluntatem exprimunt, aliæ non exprimunt.*
7. *Quædam quandocunque impleri poſſunt, quædam poſt mortem teſtatoris tantùm.*
8. *Aliæ momentaneæ. Aliæ ſucceſſivæ.*
9. *Aliæ extremo vitæ momento impleri poſſunt, aliæ non.*
10. *Aliæ ſpontaneæ, aliæ coactæ.*
11. *Impropriæ quæ dicantur.*
12. *Impoßibilis naturâ quæ. Impoſſibilitatem ex contractûs vel teſtamenti tempore metiendam eſſe.*
13. *De temporis anguſtia.*
14. *Quæ conditio turpis dicatur.*
15. *Vtrùm referat an perpetua prohibitionis cauſa ſit, an non.*
16. *An impoſſibilia dicantur quæ à principe obtinenda ſunt.*
17. *De conditione implicante.*
18. *De impoſſibili hyperbolicè.*
19. *Neceſſaria quæ dicatur. Neceſſitatem ex contractûs die metiendam eſſe.*
20. *De conditionibus in præteritum vel præſens.*
21. *De juris conditionibus.*

Conditionum quoque varietates & genera haud inutile fuerit explicuiſſe, cùm omnium non eadem ſit natura. Vt autem Conditionis verbum largiſsimè 1.
accipiatur, in Propriam dividi poteſt & Impropriam. Propria ſuperiori capite à nobis definita eſt, eamque ferè eſſe diximus, quæ poteſt evenire & non evenire, cujuſve eventus neque impoſsibilis eſt, neque neceſſarius: hanc Dialectici aut contingentem aut poſſibilem appellarent, promiſcuè
L. ſi. C. de neceſſ. hær. inſt. & l. unica §. ſin aut. C. de cad. toll. enim hiſce vocabulis utuntur. *Juſtinianus* hanc partitur in Caſualem, Poteſtativam, & Mixtam. 2.
Caſualem appellat, quæ ex fortunæ pendet inſidiis, veluti: ſi navis illa ex Aſia venerit: ſi Titius conſul factus fuerit. Poteſtativam, quæ in arbitrio ac poteſtate ejus eſt, cui adſcribitur, hoc eſt, quam 3.
citrà corporis aut animæ periculum implere poteſt, veluti ſi quis hoc modo inſtituatur hæres:
23. l. ſi quis inſtituatur §. 1. de hær. inſtit. Titius hæres eſto, ſi Stichum manumiſerit, ſi in Capitolium aſcenderit, ſi Sejo decem dederit. Diximus citrà periculum, licèt enim quid facere poſſim, ſi tamen gravi me periculo ſummittere debeam, in poteſtate mea eſſe non dicetur. Eorum
59. l. in facto. de cond. & de. autem quæ in poteſtate ſunt, duas eſſe ſpecies *Paulus* admonuit, ſi quid datum fuerit, ſi quid factum fuerit; quæ rurſùs etiam negativè concipi poſſunt, ſi datum non fuerit, ſi factum non fuerit. *Caliſtratus* tertiam adſcribit ex utroque mixtam, ut, ſi ra-
81. l. cum ſervus eod. tit. tiones reddiderit; neque conditionem, inquit, hanc meram eſſe putamus, quæ in datione conſiſtit, neque meram quæ in facto, ſed quæ ex mixtura quadam ſit compoſita: nam & calculum exi-

git & reliquorum exolutionem. Cùm dicimus in poteſtate ejus cui adſcribitur, hoc eſt, ejus cui ſub illa conditione aliquid datur aut relinquitur, non autem alterius. Nam ſi ita ſcriptum ſit: Titius mihi hæres eſto, ſi Sejus in Capitolium aſcenderit, non ex poteſtativa Conditione Titius ſcriptus hæres eſſe dicetur, ſed ex caſuali; Seij namque factum in Titii poteſtate non eſt: alterius etenim arbitrium hîc largè inter caſus numeratur. Quas autem in poteſtate eſſe dicimus, non ideò minùs in poteſtate eſſe videri debent, quòd etiam invito eo, cui adſcriptæ ſunt, per caſum aliquem extraneum deficere poſſunt: poteſt enim mori ſervus qui manumittendus fuerat, aut Capitolium chaſmate perire, vel is cui pecunia danda erat, oblatam recuſare; aut ſi quis ſtatuam in municipio ponere juſſus ſit, locus à municipibus non dari. In hiſce namque hoc ſpectamus, quod ut plurimùm evenire ſolet; extranei verò caſus in conſideratione non ſunt: vix eſt enim ut quis honeſtè oblatum recuſet, vel ut chaſmate quid pereat, aut ſervus antè tempus moriatur; alioqui vix ulla conditio in poteſtate noſtra eſſe dici poſſet: & ſanè licèt ille recuſare poſſit, non ſequitur tamen me dare non potuiſſe: Quin hiſce caſibus pro impleta conditionem fore, ſingulari dicemus capite. Sanè ſi in conditione verſetur impedimentum, quod facilè
4. ac frequenter occurrat, cùm hîc facti poteſtas ſignificetur, non merè poteſtativa, ſed mixta eſſe dicetur. Haſce bipartitas eſſe dicunt: alteram quæ pendeat partim ex voluntate ejus cui adſcripta eſt, & partim ex arbitrio alterius, ut ſi Titio legatum ſit, ſi Sejam uxorem duxerit: nuptiæ enim niſi ex

D. l. ſi quis instituatur §. item ſi.

In t. quib. ex cauſ. cond. ſing. imple.

4. l. ſuus quoque §. puto de hæ. inſtit.

utriuſque conſenſu contrahi non poſſunt: Alteram quæ pendeat partim ex voluntate ejus cui adſcripta eſt, & partim ex fortuna: ut quæ multis caſibus, etſi velit maximè is cui impoſita eſt, impediri frequenter ſoleat, & has quidam poteſtativas ſed difficiles appellandas putant, nos mixtas dicere

4. l. ſi pater C. de inſtit. & ſub. maluimus. Ponamus ei qui procul à Mauritania agat, hanc adſcriptam eſſe conditionem: ſi in Mauritaniam redierit, certè mixtam, non autem merè poteſtativam adſcriptam eſſe dicemus: ſi verò non procul agenti, contrà poteſtativam: ut eiſdem verbis concepta conditio aliquando poteſtativa dicenda ſit, aliquando mixta. Sic *Vlpianus* has con-

D. §. puto. ditiones: ſi in Alexandriam pervenerit, ſi decem Titio dederit: aliquando poteſtativas eſſe, aliquando extrà arbitrium ſcripſit eſſe poſitas: quid enim, inquit, ſi propter hyemis conditionem Alexandriam pervenire non poſſit? quid ſi Titius

137. l. continuus §. illud de verb. ob. longinquo peregrinetur itinere? Sed & ſi tanta adſcripta ſit pecuniæ ſumma, ut non ſit, unde eam corradere poſſit, extrà poteſtatem eam eſſe putarim, quamvis impoſſibilis dici nequeat. Aliud enim eſt impoſſibile eſſe, aliud extrà poteſtatem eſſe: in illo naturale impedimentum ſpectamus: in hoc facti conſideramus potentiam, ut non videam, quî ſe noſtri interpretes tantoperè in hiſce cruciârint, dum unus hanc conditionem: Si Titio decem dederit, poteſtativam eſſe dicit, alius mixtam. Eandemque diſputationem faciunt de hac conditione: Si in municipio ſtatuam poſuerit, cùm præciſè ac ſimpliciter ad hæc reſponderi non poſ-

D. §. puto. ſit, ut *Vlpianus* admonuit: ex facti enim pendent circumſtantiis, poſſuntque in poteſtate eſſe, ac rur-

ſus

5. ſus in poteſtate non eſſe, uti diximus. Cæterùm ſi
quis ſibi ipſi impedimentũ fecerit, arbitrer, eo non
obſtante, conditionem in poteſtate ſua eſſe videri.
Nam ut alibi Ariſtoteles ὧν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῖν *τῶν ἠθικῶν γ.*
καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν ἑκούσια εἶναι ſibique imputare de- *35. l. ſi ſti-*
bet, qui in illud impedimentum ſuâ culpâ incide- *puler de*
rit. Sed & ſi quis facere poſsit, ut poſſit conditioni *verb. ob.*
parere, jam poſſe videtur: neque prodeſt impedi- *7. l. fide-*
mentum ei, qui illud poteſt removere. In ſummâ *juſſor. §.* *neceſſaria*
poteſtatis hujus definitionem, judicis arbitrio re- *qui ſatiſ.*
6. linquendam puto. Eſſe tamẽ inter has conditiones, *cog.*
quæ voluntatem nudis, expreſsiſque verbis expri- *135. l. qui*
mant, nemo ambigit: Veluti ſi ita dicamus: Titio *poteſt de*
decem lego ſi volet, aut ſi volet hæres, aut ſi volet *reg. jur.*
Sejus. Alias item in quibus arbitrium quaſi ſub ve-
lo tegitur, veluti in his, ſi Capitolium aſcende-
rit, ſi Stichum manumiſerit. Et licèt *Vlpianus* ni- *L. 1. de le.*
hil intereſſe putarit, an ita mihi legetur: ſi Titius *2.*
in Capitolium aſcenderit: an ſic: ſi Titius volue-
rit: *Modeſtinus* tamen contrà permagni referre
ſcribit, an aliquid tacitè intelligi potuerit, an no- *51. l. non-*
minatim exprimatur, quæ ſententia vera eſt: ſi- *nunquam* *de cond. &*
ve in contractibus loquamur, ſive in teſtamentis, *de.*
vt aliquando latiùs. His fortaſsis ex *Vlpiani* dicto
7. addiderit aliquis conditionum quaſdam eſſe quæ *In tit. qui*
quandocunque impleri poſſunt, etiam vivo teſta- *act. cond.*
tore, ut hæc, ſi navis ex Aſia venerit; quaſdam *recip.*
quæ non aliter quàm poſt mortem teſtatoris, ve- *l. 2. de*
luti, ſi decem dederit. Sed hæc mihi novas ſpecies *cond. &*
non conſtituere viſa ſunt, verùm in hoc dicta eſſe, *de.*
ut quibus temporibus conditiones implendæ ſint,
ſciamus. Idem pænè de hac diſtinctione dicendum
puto, quâ ſeparantur momentaneæ à ſucceſsivis.

Nam & hæc ad rationem implendi pertinet. Momentaneas appellamus, quæ in momento impleri poſſunt, ut, ſi quid datum fuerit: Succeſsivas quæ tractum temporis deſiderant, ut, ſi Romam iverit, ſi inſulam ædificaverit, ſi cum filio meo morabitur. Quibus & hoc accedit, quod *Papinianus* animadvertit, inter poteſtativas conditiones quaſdam eſſe, quæ extremo vitæ momento impleri poſſunt, uti hæc: Si Titio decem dederit, quæ filio moriente per alium ejus nomine impleri poteſt; quaſdam quæ moriente aliquo impleri poſſe deſinant: veluti: ſi Alexandriam iverit, morientem etenim Alexandriam non iturum eſſe certum eſt. Eòdem ſpectat diviſio inter conditiones ſpontaneas & neceſſarias: has vocant ſine quibus teſtator quod voluit adimplere nequeunt: veluti, ut is rem haberet quem habere voluit, ut ſi quis filiofamil. dare velit ne ad patrem perveniat, palàm eſt id fieri non poſſe, cùm patri acquiratur quidquid filiofamil. datur, niſi adſcriptâ conditione, cùm emancipatus erit, vel patris morte ſui juris factus 18 fuerit: Spontaneas quæ hanc neceſsitatem non habent. Et hiſce, primam conditionis ſpeciem, quam propriè conditionem appellavi, ſatis me explicuiſſe arbitror. Impropriæ autem conditionis quatuor mihi ſpecies eſſe videntur, impoſsibilis, neceſſaria, in tempus præteritum, ad tempus præſens. Hæ enim omnes non propriè conditiones appellari poſſunt, ut ipſa quam propoſuimus definitio liquidò demonſtrat. Impoſſibilem appellamus, quæ exiſtere non poteſt: 12 quod ex tribus ferè cauſis contingere ſolet. Aut enim rerum natura impedimento eſt, aut lex, aut

L. ſi. de cond. inſt.

C. nemo poteſt, de reg. jur. in 6.

aut factum. Ex his prima propriè impoſsibilis eſſe dicitur. Nam *Juſtinianus* impoſsibilem conditionem definiens: Eſt, inquit, cui natura obſtat, quò minùs exiſtat, hoc eſt, in qua id continetur, non quod unus vel alter facere non poſsit, cùm alii poſſibilis ſit, ſed quod natura fieri non concedit, ut alibi *Paulus*: talis hæc eſt, ſi digito cœlum tetigeris. Et ut apud *Theophilum* eſt, ἐὰν πίω τ̃ θάλασσαν: ſi montem vel domum in humeris portaveris: ſi mortuum dederis, vel hippocentaurum, tametſi nonnulli in iſtis neſcio quid nugati ſint.

Inſt. de inuti. ſtip. §. ſi impoſ. *137. l. continu. de verb. ob.* *Inſt. de inuti. ſti. in prin.*

Scire hîc tamen oportet, tempus ipſum initi contractûs ſpectandum eſſe, non autem quæ poſteà contingunt: & item teſtamenti tempus, non teſtatoris mortem; eamque dici impoſsibilem, quæ tunc impoſsibilis eſt, cùm contrahimus, vel cùm ſcribitur teſtamentum. Vnde ſi quis ita ſcriptus hæres fuerit: ſi ſervos certos manumiſiſſet, quibuſdam ex his anteà mortuis: licèt *Neratius* reſponderit eam conditionem defici, *Sabinus* tamen & *Caſsius* impoſsibilem conditionem adſcriptam eſſe tradiderunt, ideoque non defici; eaque ſententia à *Pomponio* probata eſt. *Servius* quoque cùm ita ſcriptum fuiſſet: ſi filia & mater mea vivent, alterâ jam mortuâ, inſtitutum conditione non defici, quia impoſsibilis eſt, reſponderat. Idemque apud *Labeonem* ſcriptum fuiſſe *Pomponius* refert. Idem ferè à *Papiniano* traditum eſt, ſi libertas ita data ſit: Si quod Titio debeo, ſoluerit Pamphilus, liber eſto: nam ſi teſtator cùm ſcriberet teſtamentum, nihil Titio debuerit, impoſſibilis conditio adſcripta eſſe videbitur, quam *Papinianus* falſam appellat, propterea quòd includit Titio quid de-

6. l. multa, de condit. & demonſ. *45. l. ſi Mevia de her. inſt.* *71. l. cum tale, §. pen. eod. tit.*

 beri,

beri, quod falſum eſt. Aliter atque ſi poſt teſtamentum conſcriptum teſtator ipſe quod Titio debebat exolverit? hîc enim conditio non impoſſibilis dicetur, ſed defeciſſe, legatumque ademptum eſſe. *Iulianus* quoque cùm ita ſcriptum fuiſſet Lucio Titio: ſi hæredi meo tabulas quibus ei pecuniam expromiſi rediderit, hæres ei centum dato, ſi teſtamenti tempore tabulæ nullæ fuerint, ὡς ἀδύνατον conditionem pro non ſcriptâ eſſe reſpondit. Non obſtat, quod à *Iaboleno* traditum eſt, hoc modo datâ libertate: Stichus ſi Titiæ mille nummos dederit, liber eſto. Titiâ vivo teſtatore poſt factum teſtamentum defunctâ, contrà *Labeonis* & *Offilii* ſententiam, libertatem deberi: non ex conſtituto jure, ſed ex teſtamento: Nec item hocquod *Vlpianus*, eum qui ita ſcriptus hæres fuerat, ſi juraſſet ſe Stichum manumiſſurum, conditione defectum non eſſe, quamvis Stichus, vivo teſtatore, mortuus eſſet: Hæc enim non illinc procedunt, quòd conditiones illæ pro impoſſibilibus haberi debeant, ſed quòd pro impletis ſint: quia per eum qui implere eas debuit, non ſtetit quò minùs eas impleret. Atque aliud eſt conditionem impoſſibilem eſſe, quàm ei pareri non poſſe: priore caſu pro non ſcriptâ eſt, poſteriore pro impleta: quod & tunc dumtaxat obtinet, cùm quis aliquid facere vel dare juſſus eſt. Non autem ſi fortuita adſcripta ſit conditio; veluti, ſi Titius conſul factus fuerit, Sejo decem lego: ut ſuo loco latiùs explicabitur. Cæterum & temporis 13
anguſtiam naturâ impoſſibilitatem habere dubium non eſt: ut ſi quis Romæ ita ſtipuletur, hodiè Carthagini dare ſpondes? vel ſi quis in triduo mo-

l. ab omnibus. §. 1. de le. 1.

39. l. Stichum, §. pen. de ſta. lib.

8. l. quæ ſub cond. §. pe. de. cond. inſt.

57. l. turpia §. fi. de leg. 1.

Inſti. de verb. ob. §. loca & l. fi. ff. eo. tit.

monumentum facere juſſus ſit: vel eos ſervos quos Gadibus habet intrà triduum Romæ dare: licèt enim hæc aut dare, aut facere poſsibile naturâ ſit, intrà tantillum tamen temporis ſic dare aut facere poſſe, natura vetat. Enimverò quis hujus anguſtiæ effectus ſit, ſuo dicetur loco. Atque his explicatum puto, quæ naturâ impoſsibilis Conditio dicatur.

14 De turpi videamus, hanc appellamus, quam aut Lex, aut Senatus, aut Princeps improbat. Ideoque jure impoſſibilis eſſe dicitur. Poſſe enim ea dicimur, quæ jure poſſumus. Ejus generis hæ ſunt: Si hominem occiderit: ſi plagium fecerit: ſi ab hoſtibus patrem non redemerit: ſi parenti aut patrono alimenta non præſtiterit, hæres meus ei centum dato: Quæ viduitatem inducunt, aut nuptiarum obſtant libertati: Si juraverit ſe id facturum: Si hæredem me non feceris: ſi ſororem tuam uxorem duxeris. Et generaliter ut *Paulus* ait; quæ contrà bonos mores eſt, impletaque pietatem, exiſtimationem, aut verecundiam noſtram læde-
15 ret. Vt hîc etiam non referre putemus, an perpetua cauſa prohibitionis ſit, an non perpetua, ut in adoptiva ſorore recidere, *Paulus* admonuit. Hæc enim, Si ſororem illam tuam adoptivam uxorem duxeris, jure impoſsibilis eſſe dicitur, quia ſtatim contra bonos mores eſt, nec refert, quòd emancipata ei nubere poſſit. In eandem ſententiam *Venulejus* & has conditiones impoſſibiles eſſe dicit: Si rem ſacram aut religioſam Titius vendiderit, vel forum, aut baſilicam, aut hujuſmodi res, quæ publicis uſibus in perpetuum relictæ ſunt. Nec ad rem pertinet, inquit, quòd jus mutari poteſt: &

6. l. ſi quis ita de cond. inſt.
12. l. ſi mihi §. ſi quis de le. 1. t. de cond. imp. eff. nu. 2.
123. l. ſi plagii de verb. ob.
9. l. conditiones de cond. inſt.
l. 2. C. de indi. vi. toll.
28. l. filia ſuæ de cond. & de 20. l. non dubitamus eo t.
61. l. ſtipulatio de ver. ob.
l. licet C. de pac.
l. filius de cond. inſt.
35. l. ſi ſtipuler §. 1. de verb. ob.
137. l. ſi continuus §. cum quis eo. ti.

id quod nunc impoſſibile eſt, poſteà poſſibile fieri: Non enim ſecundùm futuri temporis jus, ſed ſecundùm præſens æſtimatio fit. Et *Vlpianus*: Si homo liber in conditionem deductus ſit, hoc modo: ſi datus eſſet, non ideò minùs impoſsibilem conditionem videri ſcribit, quòd ſervus fieri poſſit: quia, inquit, præſens tempus ſpectamus, & caſum, adverſamque fortunam expectare hominis liberi neque civile, neque naturale eſt. Sed hæc in iis demùm conditionibus procedunt, quæ contrà bonos mores ſunt: aliàs enim, ſi perpetuam prohibitionis cauſam non habeant, impoſſibiles non dicentur, ut ſi minori viginti annis hæc adſcripta ſit conditio: Si Stichum ſervum ſuum manumiſerit: licèt enim in ea ætate manumittere non poſſit, poteſt tamen major fieri, & ſic manumittere. Et ſi ancillæ, alienæ legatum ſit, cùm ea nupſiſſet, *Proculus* dixit utile legatum eſſe, quia poſſit manumiſſa nubere: Neque enim hæ turpitudinem habent, neque incivilem continent expectationem. Sic etiam dicimus circà impoſſibilitatem quæ ex natura procedit, ut in fructibus aut partu futuro: licèt enim contractûs die dari non poſſint, impoſſibilitatem tamen non conſtituent. Porrò quæ niſi 16 Principe concedente fieri non poſſunt, jure impoſſibilia dici ſolent. Quod tamen in iis ajunt non procedere, quæ à Principe facilè obtineri poſſunt. Atque hiſce ſufficienter oſtenſum eſſe puto, quæ jure impoſſibilis conditio dicenda ſit, quam turpem appellare ſolemus.

83. l. inter ſtipulantem §. ſacram. eo t. & inſt. de de inut. ſtip. §. 1.

66. l. ſi minor de verb. ob.

57. l. ſi ancillæ de cond. & de.

41. l. idem Iulianus §. ſi. de l. 1.

26. l. ſed & ſi §. hac clauſula, ex quib. cau. ma.

Tertia ſpecies implicantium eſt, quas nonnulli 17 perplexas vocant, veluti ſi ita ſcriptum ſit: Si Titius hæres fuerit, Sejus hæres eſto, Si Sejus hæres fuerit,

6. l. quidam relegatus de reb. dub.

rit. Titius hæres eſto. Cùm enim hæ conditiones *l. ſi Titius*
perpetuò in ſe recurrant, exitum habere poſſe non *de ha. inſt.*
videntur: facto magis, quàm aut lege, aut naturâ
prohibente. Idem eveniet, ſi ita legatum ſit, Stichum do lego, ſi Pamphilum non elegerit: & eidem *l. cum ita*
Pamphilum ſi Stichum non elegerit: vel ſi quis ita *de op. le.*
liber & hæres ſcriptus ſit, Stichus liber eſto, & ſi *l talem de*
liber erit, hæres eſto. Vel ſi is qui quadringenta habet *her. inſt.*
in bonis trecentis legatis, ita tibi fundum dignum
centum legaverit, ſi legi Falcidiæ in teſta- *87. l. qui*
mento ſuo lòcus non eſſet: hìc enim utrum conſti- *quadrin-*
tuas, falſum reperietur. Vnde *Aphricanus* quæſtio- *ta ad le.* *Fal.*
nem hîc eſſe inſolubilem putabat, eumque habere
tractatum, quem Græci ἀσύστατον appellant. Nam ſi
legatum tuum valeat, legi Falcidiæ locus fiet:
ideoque ut deficiente conditione non debebitur,
ſi non valeat, Falcidiæ locus non erit: ideoque ut
exiſtente conditione legatum tibi debebitur.
Idem obvenire ajunt: ſi Titius & Sejus ſeparatim *9. l. ſi Ti-*
ita ſtipulati ſint, fundum illum ſi mihi non dederis, *tius de*
illi dare ſpondes. Quarta eſt impoſſibilium condi- *verb. ob.*
tionùm ſpecies quam κατὰ ὑπερβολὴν impoſſibilem
appellant ex facto, & ob eventûs permagnam
difficultatem, licèt ei neque natura, neque lex *l. 4. §. 1.*
obſiſtat: talis erit, ſi quis pauperi hanc adſcripſe- *de ſtatulib.*
rit: ſi mille dediſſet; aut hanc: ſi domum ſuis manibus
ædificaſſet, ei, qui ejus artis prorſùs ſit ignarus,
Zaſius impoſſibilem ſuppoſititiè vocat, quòd
re aliquâ ſuppoſitâ veluti paupertate, aut re ſimili,
conſequens eſt non eventuram. Atque adeò
hujus generis omnes eſſe poſſunt, quas ſuprà cùm
de arbitrariis egimus, mixtas appellavimus, ſi magna
difficultas concurrat. Sicque hæc conditio: ſi
mil-

mille dederit, in ſervo aliquo impoſſibilis pæne
dicitur, aliquando non item. Quòd autem quis
nec pecuniam domi habeat, nec mutuam inveniat,
naturale impedimentum non eſt, ſed in dandi con-
ſiſtit facultate, quæ perſonæ commodum incom-
modumque eſt, non rerum quæ in Conditione
ſunt poſitæ. Alioqui, ut rectè *Venulejus* admonuit,
ſi cui hæc adſcripta ſit conditio: ſi Stichum mihi
dederit, quæret ubi is ſit, aut dicet dominum eum
non vendere. Et quæ non in univerſum omnibus
hominibus impoſſibilia ſunt, licèt quidam ea face-
re non poſſunt, non impoſſibilia, ſed difficilia eſſe
dicimus. Sic hanc conditionem, ſi aureum mon-
tem dederit, hoc eſt, qui venas habeat aureas, qua-
les pleriſque ſunt locis, ex perſonæ qualitate im-
poſſibilem non fore ajunt. Impoſſibilium itaque
conditionum ſpecies ex his quæ dicta ſunt intel-
ligi poſſe arbitratus ſum. Neceſſariam autem con- 19
ditionem appellamus, quæ omninò extitura eſt,
quæve non poteſt non aliquando evenire, licèt
dies implendi fortè ſit incertus, ut in iis quæ de
hominis morte concipiuntur, licèt harum, in om-
nibus non idem ſit officium: aliud enim in con-
tractibus operantur, aliud in teſtamentis, ut infra
latiùs. Sed & omnes conditiones impoſſibiles ſi
negativè vel in non faciendo concipiantur neceſſa-
rias fieri *Paulus* notavit, ut ſi ita dicamus: ſi intra
calendas cœlum digito non tetigeris, ſi in cœlum
non aſcenderis: Si hominem qui mortuus eſt intra
decem dies mihi non dederis. Sed & ſi alternatim
contrariæ conditiones adſcriptæ ſint, hoc modo: ſi-
ve navis ex Aſia venerit, ſive non venerit, unam
quidem conditionem eſſe dicemus, eamque neceſſa-
riam,

D. l. 4. §. 1. & 39. l. Stichum §. pe. eo. t. 15. l. Arethuſa. de ſta. homi.

137. l. continuus §. illud de verb. ob.

D. l. continuus §. ſi ab eo.

18. l. quod ſi de cond. ju.

17. l. nam ſi eo. ti. ti. quæ verba cond. fa. nu. 5. 6. & t. de neceſ. cond. nu. 3.

7. l. Impoſsibilis & t. in illa de verb. ob. & l. ſi homo, eo. t. l. ſervum §. 1. de ha. inſt.

8. l. neceſſario §. 1. de per. &

riam, cùm alterum omninò evenire neceſſum ſit. Atque hanc neceſſitatẽ ex ipſo contractûs die metiri oportet. Vnde ſi quis ita ſtipulatus ſit: ſi calendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes? licet poſt interpoſitam ſtipulationem Stichus moriatur antè calendas, ſub neceſſaria tamen conditione ſtipulatus eſſe non videbitur. Vt aliud ſit de hac ſtipulatione judicium, quàm de illa: ſi calendis digito cœlum non tetigeris; hæc enim perpetuò impoſſibilis eſt. In teſtamentis autem alia hujus neceſſitatis ratio eſt: in iſtis enim illam demùm conditionem neceſſariam appellamus, quam vivo hærede ſi inſtitutioni adſcripta ſit, aut vivo legatario, ſi ei ſit adjecta, evenire neceſſe eſt, veluti ſi Titius ſcriptus hæres, aut quid ei legatum ſit cùm ipſe morietur, ut in his conditionem nullam, propter neceſſitatem propriè eſſe putent. Aliud erit ſi extranei mors in conditione poſita ſit, veluti, ſi ſcriptus hæres Titius ſit, aut quid ei legatum cùm morietur Sejus. Hîc enim neceſſitas in conſiderationem non veniet, quamvis enim neceſſarium ſit mori Sejum, non tamen neceſſe eſt id vivo Titio contingere: atque iſtud ſequenti capite latiùs explicabitur.

com. rei ven. 60. l. Julianus de cond. ind. l. hujuſmodi, quando. di leg. co. 8. l. in illa de verb. ob.

20 In præſens autem vel in præteritum quæ conditiones appellentur apertius eſt quàm ut admonere debeam. Et de iis quædam ex *Vlpiano*, *Pomponio*, *Papiniano*, & *Modeſtino* ſuprà relata ſunt, ut hîc ſat fuiſſe putem hanc quoque conditionum ſpeciem indicaſſe.

In t. quid ſit condit. nu. 5. & 6.

21 Eſſe denique, ne quid omittamus, juris conditiones *Julianus* admonuit, dum multum intereſſe ſcribit, an facti conditio, an juris ſit: illas impedire hæreditatis aditionem, quamdiu ſcriptus hæres ignorat eas extitiſſe, in iſtis nihil

21. l. multum intereſt, de con. & de.

hil

25 *l. ſi quis mihi §. juſſum, & 34. l. ſed & ſi de acq. hær. d. l. multum & l. 1. de ju. & fac. ig.*

hil ampliùs exigi, quàm ut impletæ ſint : juris vocat, veluti ſi filiusfamil. hæres ſcriptus ſit : jus enim intelligit hunc ita demùm ſine juſſu adire poſſe, ſi paterfamil. factus fuerit. Et ſi quis ex parte hæres ſcriptus ſit, adire poſſe, cùm teſtamenti tabulæ apertæ erunt : quid igitur ſi paterfamil. ſe filiumfamil. exiſtimaret, aut tabulæ apertæ ſint, cùm ſcriptus ex parte hæres id ignoret, certè quô minùs iſti hæreditatem acquirant, nihil oberit.

TITVLVS TERTIVS

Quæ Conditionem faciant.

SUMMARIUM.

1. *Ex ſingulis dictionibus conditiones eruendas non eſſe.*
2. *Ex integris orationibus eliciendas eſſe conditiones.*
3. *Incertum quid dicatur.*
4. *Incertus dies variè dicitur.*
5. *Mortis dies an in contractibus conditionem faciat.*
6. *An mortis dies faciat conditionem in teſtamentis.*
7. *Adſcripta ætas an in contractibus conditionem faciat.*
8. *An in teſtamentis ætas hæredis vel legatarii conditionem faciat.*
9. *Quid ſi ſola ſolutio dilata ſit.*
10. *An ætas gravati in teſtamentis conditionem faciat.*
11. *Extranei ætas an in teſtamentis faciat conditionem.*
12. *Quid ſi ætas ad legati extinctionem poſita ſit.*
13. *An dies nuptiarum con-*

conditionem faciat.
. *An legatum dotis conditionale ſit.*
. *Legatum in honorem conſulatûs an ſit conditionale.*
. *Declarandæ partes aut fines an conditionem faciant.*
7. *Clauſula*, ſecundùm cōditiones infraſcriptas, *an conditionem faciat.*
8. *Quæ hujus clauſulæ vis ſit*, ex qua parte me Titius hæredem ſcripſit, ex eâ parte Sempronius hæres eſto.
9. *Annuum legatum an conditionem habeat.*
0. *An annua ſtipulatio conditionem habeat.*
1. *Conditionalis legati ademptio an conditionem faciat.*
2. *Conditionalis legati tranſlatio an conditionem inducat.*
3. *De tacita conditionis repetitione remiſſivè.*
4. *Ad menſuram facta venditio an conditionalis dicatur.*
25. *An deguſtatio conditionem faciat.*
26. *Quæ tacitè inerant, expreſſa conditionem non facere.*
27. *Clauſula*, ſi volet, *an inſtitutionē faciat conditionalem.*
28. Si volet, *an faciat legatum conditionale.*
29. *An verba ſignificantia arbitrium, faciant conditionem in teſtamentis.*
30. *Quid in contractibus.*
31. *Naturalem moram aut quæ ex jure venit, non facere conditionem ſed diem ſolum.*
32. *An hoc in ſponſalibus quoque obtineat.*
33. *Quæ demonſtrationis causâ dicta ſunt, conditiones non facere.*
34. *Idem juris eſſe in iis quæ admonendi dicantur gratiâ.*
35. *Dilationem pro legatario adjectam, non facere legatum aut fideicommiſſum conditionale.*

An

36. *An optio vel electio conditionem faciant, vel tranſeant ad hæredem.*
37. *An ſolutiva faciant conditionem.*
38. *An ablativi abſolutè poſiti faciant conditionem.*
39. *Verba* ita ut, *vel* eâ conditione, *an conditionem faciant.*
40. *Verba* ſecundùm morem antiqui temporis, *an faciant conditionem.*
41. *Verba* cum filiis, *non facere conditionem.*
42. Si, *pro* quia *poni, &c.*
43. *Quid ſi conditio contra mentem adjecta vel detracta ſit?*
44. *In dubio potiùs modùm vel demonſtrationem præſumi, quàm conditionem.*

POſt definitam conditionem ejuſque ſpeciebus enarratis videndum eſt, quæ conditionem faciant, quibuſve concipiatur verbis, quâ de re frequens in judiciis ſuboriri ſolet quæſtio. Sed quando conditionem nihil aliud eſſe dicimus, quàm ejus diſpoſitionis cui adſcribitur in incertum aliquem eventum dilationem: perfacilè videri poterat, quibus efferenda verbis ſit. Verùmtamen de iis in jure benè multæ ac graves paſſim comperiuntur diſputationes, ut hujus capitis explicationem præ cæteris utiliſſimam eſſe, quæ ſequentur oſtenſura putem. Principio id admonuiſſe oportuit, me eorum 1. ſententiam probare non poſſe, qui ſingulis dictionibus conditionis faciendæ formandævè vim ineſſe putant, aut de ſingulari voce has conantur eruere. Vt enim demus conjunctiones illas quas Grammatici aut continuativas, aut conditionales appellant, has videlicet, *ſi*, *ſiquidem*, & apud Græcos

os εἰ, ἐὰν, & ii quæ ſunt ſimiles, propterea quòd, t ipſi ajunt, conſequentiam ſimpliciter, eſſenam verò ſub conditione vel hypotheſi ſignificant, d efferendas conditiones aptiſſimas eſſe, uti re veâ ſunt. Per ſe tamen id non faciunt, ſed ita denùm ſi verbis ſubjunctivis ac futuri temporis adantur. Quod cùm ita ſit, cur magis conjunctioni quàm verbo conditio accepto ferenda ſit, mihi on ſati sliquet: ut minimè rectè ii facere videanur, qui hujuſmodi quæſtiones proponunt, an hæ lictiones, *ſi*, *ſive*, *&*, *vel*, *cùm*, *alioqui*, *quoad*, *doneç*, *quamdiu*, *dum*, *quandocumque*, *quando*, *quatenùs*, *ad*, *in*, *meum*, *tuum*, *ſuum*, *ſi quis*, *quiſquis*, *qui*, *quicumque*, *uter*, ablativi nominum, participiorum, & gerundia conditiones faciant. Quin horum quantumvis diligentem curioſitatem ſemper obſcuram prorſuſque inutilem eſſe credidi: licèt enim, ut de multis unum producatur, in hac ſpecie, Titius Sejo centum det, & ſic hæres eſto, conditio ſit: copulativæ tamen, *&*, id magis adſcribendum eſſe, quàm uni ex reliquis dictionibus, vel ipſi ſcripturæ ordini non puto ſatis firmiter oſtendi poſſe. Accedit quòd veteres Iureconſulti hâc docendi uſi non ſunt methodo. Ex totis gitur potiùs integriſque orationibus, atque adeò ex rebus ipſis, quæ oratione comprehenſæ ſunt, conditiones colligendas eſſe puto: ut ſi dubia hypotheſis adjecta ſit, conditionem adſcriptam eſſe dicamus: ſin minùs, aut de re certâ, ſecùs eſſe, idque ὡς ἐν προθεωρίᾳ dictum eſto. Dubium autem incertumque quid appellemus, neminem latere puto, quòd ſcilicet poteſt evenire, & non evenire, tametſi fortè ad utrumque caſum ſe non

æqualiter habebat. Propenſio enim in alterutrum, certitudinem non inducit: hæc Dialectici, ut ſuperiùs dixi, poſsibilia & contingentia appellare ſolent. φανερὸν ἄρα, ἔφη Ἀριςοτέλης, ὅτι οὐχ' ἅπαντα ἐξ ἀνάγκης ὄυτ' ἐςιν ὄυτ' γίνεται, ἀλλὰ τὰ μὲν ὁπότερ' ἔτυχε. καὶ ὀδὲυν μᾶλλον ἡ κατάφασις ἢ ἡ ἀπόφασις ἦν ἀληθὴς ἢ ψευδής. τὰ δὲ μᾶλλον μὲν καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ θάτερον ὀυ μὲν ἀλλ' ἐνδέχεται γενέσθαι καὶ θάτερον, θάτερον δὲ μή. Vt igitur hujuſmodi complexiones ex conjunctione continuativâ, & verbo ſubjunctivo futuri temporis, ſi dubiam hypotheſim habeant, conditionem facere dicamus: ſunt tamen in quibus hæc deſideratur, & nihilo minùs conditionem habere dicuntur. Quid enim (ut ea prætereamus 4. quæ in definienda conditione ſatis explicata ſunt) ſi incertus dies per temporis adverbium adſcriptus eſſe ponatur, hoc modo: cùm in Capitolium aſcenderit Titius, hæres eſto: certè conditio adſcripta eſſe dicetur, ut nihil referre putent, an ita dictum ſit, ſi illud factum fuerit, an ita, cùm factum fuerit. Verùm cùm hujus diei incertitudinis variæ ſint ſpecies; aliter enim mors incerta eſt, aliter ætas, aliter quando navis ex Aſia veniat: moriendum enim cuique eſſe certum eſt, ſed incertum quando. An autem Titius ad decimum quartum annum perveniat, incertum eſt: quo autem die, ſi vivat, eam ætatem compleat, certum. An autem navis hæc ex Aſia veniat, utroque modo eſt incertum. De prioribus ſpeciebus ſingulatim videndum eſt, tertiam enim conditionem ubique facere, exploratiſsimi eſt juris. De mortis igitur die, & ſi quæ 5. id genus alia ſint, primùm videamus. Et certè in contractibus adſcripta mors, conditionem non facit,

t, ſed diem ſolùm, propterea quòd contractus ad
ęredes tranſeunt, neque in iſtis ulla eſt caduci-
ꝛs; quo fit, ut non referat, quàm ſit longæva ad-
cripta dies. Proindè ſi quid dare promiſerim cùm
go moriar, vel cùm morietur Titius, non ſub
onditione promiſiſſe videbor, ſed ex die. Hinc 17. l. nam ſi, de cond.
Celſus: Si quod dare promiſeram cùm moriar, vi- inde.
vus exolvero, repetere me non poſſe ſcripſit, exem-
plo ejus quod in diem debebatur, quod antè diem 10. l. in
ſolutum non repetitur: aliter atque ſi ſub condi- diem eo.
tione aliqua promiſiſſem; ejuſque ſententiam ve- tit.
ram eſſe *Vlpianus* adſeverat. Aliud verò eſt in teſta- 15. l. ſub conditione
mentis: in his enim quia ad hæredes non tranſeunt, eo tit.
& caduca fieri poſſunt, adſcripta mors conditio-
nem facit, niſi de ejus ipſius morte dictum ſit, cui
quid datum aut relictum eſt: hæc enim nec in te-
ſtamentis conditionem dicitur facere. Vndè ſi Ti- l. 4. & ſeq.
tio quid legatum eſſe ponamus, cùm ipſe morie- quan. di. le. ce.
tur, conditionale legatum non fore, ab *Vlpiano*
notatum eſt. Certum enim fuit vel ab initio debi-
tum iri, legatumque Titio acquiri: quo fit, ut ta-
lis legati dies à morte teſtatoris haud aliter atque
in puris legatis & iis quæ in diem ſunt, cedere di-
catur: ut non obſtiterit legatarium poſt mortem
teſtatoris antè aditam deceſſiſſe hæreditatem. *Pa-* 78. l. hæres
pinianus: Si hæres meus cùm morietur Titius, meus de
centum ei dare juſſus fuerit; purum erit legatum, cond. & de.
quia non conditione, ſed ſolvendi morâ ſuſpenſum
eſt. Planè ſi hæres dare rogatus ſit, cùm extra-
neus aliquis, vel cùm ipſe morietur, quamvis & hos
morituros eſſe certum ſit, quia tamen incertum eſt,
an id legatario obtingat vivo, conditionale lega-
tum eſſe dicetur, ut idem *Papinianus* & *Pomponius*

13. *l. hujuſmodi quan di. le. ce.* ſcripſêre. Proindè ſi ita legatum ſit: hæres meus
cùm morietur, Titio dato: Titio ante hæredem
mortuo, nihil ad hæredem Titii tranſiiſſe dicetur,
ut *Paulus* & *Ulpianus* annotârunt. Quantumvis e-
12. *l. ſi pecunia §. 1. eo. tit.* nim mortis dies certus ſit, ſi tamen id incertum
ſit, an legatario vivo decedat is, de cujus morte
dictum eſt, ex conditione pendere legatum dici-
tur. Nam & ſi ita legatum, ſit Titio ſive illud fa-
d. l. hujuſmodi. ctum fuerit, ſive non fuerit, licèt alterutrum eve-
nire neceſſe ſit, conditionale tamen legatum erit,
nec ad hæredem Titii tranſibit, niſi eo vivo alte-
ruter caſus evenerit, ut *Pomponius* ſcribit. In in-
ſtitutionibus idem ferè obſervamus: Nam in his
mortis dies conditionem facit, ſiquidem de alte-
rius quàm ipſius hæredis morte dictum ſit: veluti
ſi quis hoc modo ſcriptus ſit hæres: cùm morie-
tur Sejus, eſto mihi hæres Titius. Planè ſi ipſius
hæredis mors comprehenſa ſit, hoc modo; Titius
cùm morietur mihi hæres eſto, ex tempore, non
autem ex conditione ſcriptus eſſe videbitur. At-
que hoc ipſum tempus rejicietur, ſtatimque adire
poterit haud ſecùs atque ſi ſine illa adjectione in-
34. *l. hæreditas, de hær. in.* ſtitutus fuiſſet. Nam ut *Papinianus* alibi ſcripſit,
hæreditas quidem ex die rectè datur, ſed temporis
vitium ſummovetur. Et divi Imperatores ſcrip-
ſerunt ſic extraneum inſtitui poſſe, ille cùm mo-
9. *l. extraneum C. eo. tit.* rietur hæres eſto, licèt pleriſque id abſurdum eſſe
viſum ſit, ut aliquando latiùs. Mortis itaque ea 7.
ratio eſt quam diximus: de ætatis die & ſimilibus
1. *qui ac. cond. recep. nu. 7.* videamus. Et quidem hunc in contractibus quæ-
ſtionem nullam habere certiſſimum eſt: paſſim e-
nim conditionem facit. Si quid igitur Titio ſtipu-
lanti promiſerim, ſi vel cum ipſe ad xxx. annum
ætatis

ætatis pervenerit, vel ego, vel ille: ex conditione ſtipulatio pendebit. Sed in teſtamentis hæc latiùs patent. Principio de hæredis vel legatarii videamus ætate: & hanc paſſim conditionem facere obtinuit, dico hæredis circà inſtitutionem & legatarii circà legatum, ut ſi quis ita ſcriptus hæres ſit: cùm ad xx. annum pervenerit, hæres eſto; ſi enim deceſſerit, nihil tranſmittet. Illi cum xiv. annorum erit, hæres meus centum dato, non tempus ſolum, ſed & conditionem tale legatum in ſe habere *Pomponius* notavit, nec intereſſe an ita ſcribatur: cùm xiv. annorum erit, an ita, ſi xiv. annorum efficiatur, niſi quòd in priore ſcriptura per tempus conditio demonſtratur, in ſecunda per conditionem tempus. Et *Vlpianus* ſi cui ita legatum ſit cùm ad xiv. annum pervenerit annua bina trina die hæres ei dato, & in diem & conditionale legatum fore ſcribit: conditionale videlicèt tantiſper dum ad eam ætatem pervenerit, poſtea verò in diem. Proindè ſi ante xiv. annum deceſſerit, nihil ad hæredem ſuum legatarius tranſmittet, & ex *Marcello* idem probari poſſet. Enimverò ſi legato purè dato ſolutio ſola in certam ætatem legatarii dilata ſit, legatum ex conditione ſuſpenſum eſſe non dicetur. Teſtator ita ſcripſerat: Æliæ Severinæ filiæ meæ & Secundæ decem dari volo, quæ tunc accipient cùm ad legitimum ſtatum pervenerint; quæſitum fuit, an his verbis legato conditio adſcripta eſſe videretur, & non videri ab *Alexandro Imperatore* reſcriptum eſt, ſed ſolùm petitionem in tempus legitimæ ætatis dilatam eſſe. Ideoque licèt Æliâ antè legitimam ætatem mortuâ hæredem ejus legatum petere pòſſe, ita tamen ut eo demùm die

22. l. ſi Titio eo. tit.

51. l. ſi cui §. 1. de le. 1.

9. *36. l. publius §. 1. de cond. & de.*

l. pe. C. quan. di. le ced.

die præſtari debeat, quo ſi vixiſſet, Ælia xxv. æta- 10
tis annum compleviſſet. Atque hæc de legatarii
ætate ratus ſum ſufficere. Ipſius autem gravati ætas
Doct. in d. le. ſi cui.
teſtamento adſcripta an conditionem faciat, diver-
ſæ ſunt ſententiæ. Qui conditionem ex hujuſmo-
di verbis conſtitui negant, eo ducuntur argumento,
quòd diem certum ſignificant. Et imperatores di-
10. l. fideicommiſſaria C. de fide. lib.
vi *Valerianus & Galienus*, cùm fideicommiſſariam
libertatem ita teſtator à filio reliquiſſet, ut eam
præſtaret cùm ad xxv. annum perveniſſet, quamvis
filius antè eam ætatem mortuus eſſet, non interci-
dere tamen libertatem reſcripſerunt, ſed deberi
eo die quo, ſi filius vixiſſet, ad xxv. veniſſet
18. l. libertas §. ab. hæredibus de alim. leg.
annum. *Scevola* quoque, Sticho, quem hæres
rogatus fuerat manumittere & militiam ei eme-
re, cùm ipſe ad xxv. annum perveniſſet; licèt
hærede mortuo antè eam ætatem, militiam tamen
ab hærede hæredis emendam dixit, eo videlicet
d. l. hujuſmodi.
die quo hæres xxv. annum impleturus fuerat, ſi
vixiſſet. Qui in diverſa ſunt ſententia, quàm verio-
rem puto, generali innituntur juris regulæ, quæ
habet, ea conditionem facere, quæ moriente le-
gatario pendere poſſunt. Et quæ ſuperiùs adducta
ſunt exempla, ex ſingulari dicta ſunt favore liberta-
tis & alimentorum: militiam enim pro alimentis
relictam fuiſſe, ex rubrica ſeu titulo convinci po-
13. l. fideicommiſſaria §. etiam, de fid. lib.
teſt. Et expreſſè *Papinianus* hanc ſententiam quæ
habet fideicommiſſariam libertatem à filio poſt
certam ætatem ejus datam, ſi ad eam puer non per-
ueniat, ab hærede ejus præſtandam eſſe, ſingulari
jure receptam eſſe teſtatur, neque ad cætera fidei-
commiſſa poſſe porrigi. Extranei autem ætatem, 11
puta; Titio decem lego, ſi Sejus ad xxv. annum per-

vene-

venerit, conditionem in legatis facere dubium non eſt, niſi ſingularis rei alicujus favor diverſum ſuadeat. Cùm ita teſtator ſcripſiſſet: ſi filius meus XIV. annum impleverit, Stichus liber eſto, eique hæres meus centum dato, filio antè eam ætatem mortuo, *Vlpianus* libertatis favore die veniente Stichum liberum quidem fore reſpondit, ſed centum quæ ei legata ab hærede fuerant, non conſecuturum. *19. l. ſervus de ſtat.*

12 Idem in hac dixit ſpecie: cùm Titius annorum XXX. erit, Stichus liber eſto, eique hæres meus fundum dato. *16. l. ſi ita ſcriptum de ma. teſt.* Fallit quod diximus, ſi ætatis tempus ad legati extinctionem poſitum ſit: hoc enim caſu conditionem non facit. Proindè ſi quis uſumfructum reliquerit tantiſper dum filius vel alius quivis ad certam ætatem pervenerit, ſub conditione uſumfructum relictum non videri, à *Juſtiniano* veterum ambiguitate ſummotâ ſancitum eſt. *12. l. ambiguitatem C. de uſuf.* Licèt is igitur de cujus ætate actum eſt, ad eam non pervenerit, ſed anteà è vivis ſublatus ſit, non extingui uſumfructum voluit, ſed ad eum annorum numerum durare qui ætate comprehenſus fuit: non enim, inquit, ad vitam hominis proſpexiſſe videtur teſtator, ſed ad annorum curricula.

13 De nuptiarum tempore quod perſæpè teſtamentis adſcribi ſolet, diſſeramus. Atque hæc quæſtio bifariàm tractari poteſt: Aut enim de tertii extraneivè nuptiis dictum eſt, aut de ejus nuptiis cui quid datur aut relinquitur. Et utroque caſu omniqúe modo facere conditionem dicitur, etiam ſi de libertate hominis quæratur. *8. l. cum teſtator C. de teſtama.* Vndè ſi teſtator ſervum liberum eſſe juſſerit, cùm filius ſuus duxerit uxorem, aut nupſerit filia, ita ex conditione pendebit libertas,

10. *l. hac cond. de cond. & de. l. pe. quan. di. le. ced.* ut niſi ſecutis nuptiis, jure poſci non poſſit. Idem fore *Vlpianus* tradidit, ſi filiæ ſuæ cùm nupſerit, teſtator legaverit: ut & nubilis ætatis eſſe mulierem cùm ducitur oporteat, juſtaſque eſſe nuptias, quod & à *Labeone* probatum eſt.

l. Titio centum §. Titio genero, de cond. & de. Doct. ibi. Planè ſi dotis nomine quid à patre filiæ lega- 14
tum ſit, ſine conditione tale eſſe legatum ajunt. *Papinianus* enim cùm purum ſit, antè nuptias peti poſſe ſcripſit. Idem eſſe ajunt, ſi hoc modo legatum ſit, illi pro dote, aut ut nubat tantum lego: in his enim modum ſolùm, non autem conditionem eſſe volunt: non defuêre tamen qui in his conditionem *Ro. conſ. 138.* eſſe putârint. Porrò ſi quid in honorem gerendi 15
magiſtratûs alicui legatum ſit, ſub conditione legatum eſſe dicetur. Nam *Marcellus* cùm Publius Mevius Cajo Sejo ſororis ſuæ filio in honorem conſulatûs quadringenta reliquiſſet, ex hac conditione legatum pendere reſpondit, ſi Cajus Sejus conſul fieret. De partibus declarandis adſcriptio- 16
ne aliquando dubitatum fuit. Teſtator hoc modo ſibi ſcripſit hæredes: ille, & ille mihi hæredes ſunto ex partibus quas adſcripſero, aut ſi partes *l. 2. de he. in.* eis adſcripſero, & *Marcellus* hos ſub conditione inſtitutos eſſe dicebat, hæredeſque non fore niſi partibus declaratis. Sed *Celſus* utramque formulam interpretatus eſt, ut nullis adſcriptis partibus, ex æquis inſtituti eſſe videantur, cujus ſententiam *Vlpianus* quoque probavit, quaſi id tacitè inſit, niſi adſcriptæ partes eſſent, æquas intelligi.

36. l. ſi quis ita eo. tit. Idem *Vlpianus* cùm teſtator Titium hæredem ſcripſiſſet ex ea parte quam codicillis recitaret, parte nullâ recitatâ, ita accipiendum eſſe reſpondit, quaſi ſine parte inſtitutio facta fuiſſet. Et *Papinia-*

inianus vicos civitati relictos, non ideò minùs de- 79. *l. cum pater §. fi. de le 2.*
eri dixit, quòd teſtator nec fines quos ſe demon-
traturum dixerat, nec certaminis formam, quod
ngulis annis jubebat celebrari, declaraſſet. Sed *l. p. C. de inſt. & ſub.*
ſi quis ita ſibi hæredem ſcripſerit, *ille hæres eſto, ſecundum conditiones infra-ſcriptas*, nullis poſtea
conditionibus ſcriptis *Juſtinianus* ſecutus *Papinianum* purè inſtitutum videri tradit. Porrò ſi quis in
præteritum verbis conceptis hoc modo ſcripſerit
teſtamentum: *Quanta ex parte me à Titio hæredem* 81. *l. clemens §. 1. de hær. inſt.*
inſtitutum recitaſſem (ſic enim Florentinæ Pandectæ
habent) *ex ea parte Sempronius mihi hæres eſto*, nul-
lo recitato à teſtatore teſtamento, *Paulus* inanem
videri inſtitutionem ſcripſit, idemque à *Celſo* pro- *d. l. 2. in fi.*
batum eſt. Atque adeò intereſſe putant, an con-
ditio in præteritum concepta ſit, quæ propriè con-
ditio non eſt, an in futurum. Et in eandem ſenten-
tiam *Vlpianus* deſcendiſſe viſus eſt; intereſt, inquit, *d. l. 2. in fi.*
utrùm ita quis ſcribat: *ex iis partibus quas adſcripſi*, an *quas adſcripſero*: itaque ſi qui ex iis partibus 29. *l. hoc articulo. eo. ti.*
inſtituti ſint, ex quibus matris teſtamento ſcripti
fuiſſent, ſi inteſtata mater deceſſerit, non videri
inſtitutos comprobatum eſt, neque hæc ſententia 10. *l. cum in annos, quan. di. le. ced.*
Pomponio diſplicuit. Cæterùm ſi quid in annos ſin-
gulos alicui legatum ſit, plura eſſe legata ex *Sabini* ſententia obtinuit, ac primi anni legatum purum 4. *l. ſi in ſingulos de an. lega.*
eſſe, quia in principio cedit anni; ſequentium ve-
rò conditionale, & ex hac pendere conditione, ſi
vivat: ideoque mortuo eo, ad hæredem ſuum le- 12. *l. nec ſemel, quan. di. le. ced.*
gatum non tranſire: quam ſententiam & *Paulus*
veram eſſe tradidit. Hinc *Vlpianus* cùm in annos le-
gatum relinquitur, non ſemel, ut in aliis legatis,
diem cedere notavit, ſed per ſingulos annos in ini-

tio ſemper cujuſque anni, hocque *Labeoni*, *Celſo*,
Caſsio, & *Juliano* placuiſſe refert. Porrò *Marcia-
nus*, ſi cum annorum præfinitione legatum factum
ſit, hoc modo, Titio dena uſque ad annos decem,
referre admonuit, an alimentorum nomine lega-
tum ſit; eoque caſu plura eſſe legata, & futuro-
rum legata ex præpoſita pendere conditione. Si
verò non pro alimentis, ſed exonerandi hæredis
gratiâ, teſtator in plures penſiones legatum divi-
ſerit; omnium annorum legatum unum eſſe, & in-
tra decennium decedentem legatarium etiam futu-
rorum annorum legatum ad hæredem ſuum tranſ-
mittere. Idem à *Papiniano* probatum fuit, cùm
pater filio annua centum legaſſet, præter alimen-
ta, uſque ad annos xxv. Porrò in ſtipulationibus 20
aliud obſervare ſolemus. Nam ſi quis pecuniam in
annos ſingulos ſtipulatus ſit, una & perpetua ſti-
pulatio eſſe dicetur, ut *Paulus* & *Pomponius* anno-
târunt. Proindè ſi quis quoad vivat decem aureos
ſtipulatus ſit, puram videri ſtipulationem & per-
petuam *Juſtinianus* ſcripſit: hæredem tamen ſi pe-
tat pacti exceptione removeri poſſe. Eſt & alia ra- 21
tio per quam conditio legato adſcripta eſſe vide-
tur, videlicèt ſi purum legatum poſteà ſub con-
ditione ademptum ſit; nam quod ſub conditio-
ne adimitur, quaſi ſub contraria conditione ab ini-
tio legatum fuiſſet, habendum eſt, ut *Papinianus*
& *Paulus* notârunt, & à *Juliano* quoque proba-
tum eſt. Vndè *Cajus*: ſi teſtator ſervum quem pu-
rè Titio legaverat, ſub conditione liberum eſſe
juſſerit, exiſtente libertatis conditione, extingui le-
gatum ſcribit, nihilque Titium ad hæredem ſuum
tranſmittere, ſi pendente conditione libertatis in-

20. l. ſi cum præfinitione eo. t. & d. l. nec ſemel.

35. l. ſenatus §. fi. de mor. cauſa don.

16. l. ſi Stichum §. 1. de ver. ob. inſt. de ver. ob. §. at ſi ita.

12. l. ſi mihi §. in legatis, de le. 1.

6. l. quod purè quan. di. le. ce.

71. l. ſi poſt mortem §. 1. de lega. 1.

88. l. non ad ea, de cond. & de.

ter homines eſſe deſiiſſet, etſi poſteà conditio hæc deſecerit. Sed quid ſi idem bis legatum fuerit, ſemel purè ac iterùm ſub conditione? *Valens* jureconſultus probare ſolet, ſi ex intervallo conditionale legatum ſequatur, poſteriorem ſcripturam prævalere: quemadmodum ex contrario, ſi id quod priore ſcripturâ ſub conditione legatum fuerat, poſteriore purè legetur, præſens eſſe legatum dicimus. Sic *Pomponius* cùm ita ſcriptum fuiſſet: Tythaſus ſi in capitolium aſcenderit, hæres eſto: Tythaſus hæres eſto; ſecundam ſcripturam potiorem eſſe reſpondit. *67 l. ſi ita ſcriptum. de he. inſt.* At ſi quod purè legatum fuit, in continenti ſub conditionē legetur, legatarii electionem fore ſcribit, niſi fortè cum commemoratione ſuperioris poſterius legatum factum fuerit, ut ſi ita ſcriptum ſit; Stichum quem illi legavi hæres meus dato, ſi illud factum fuerit; hîc enim revocandi animum teſtator habuiſſe creditur: vendicanti igitur antè conditionis eventum doli exceptionem obſtare ſcribit. Sed hæc in rebus bis eidem legatis procedunt. Quòd ſi pecunia quæ Titio purè legata fuerat, eidē poſteà ſub conditione legetur, an prius legatum in conditionem verſum ſit *Vlpianus* voluntatis eſſe quæſtionē ait, ut vel quaſi eadem vel quaſi alia ſumma legata ſit. *9. l. cum centum de ad leg.* Planè ſi de voluntate conſtare nequeat, & in eodem teſtamento eiſdemve codicillis utrumque ſcriptum ſit, *Accurſius* prius legatum per poſterius ademptum videri putavit. *glo. ibi.* Si verò alterum in teſtamento, alterum in codicillis datum ſit, ſecùs eſſe. Enimuerò ſi ita à teſtatore, poſt legata purè datā ſcriptum ſit, Quas pecunias cuique legavi eas hæres meus dato, ſi mater mea morietur: quæ purè data fuerant, in conditionem non eſſe *40. l. quibus diebus §. quidam de cond. & de.*
verſa

verſa *Offilius* putabat, ſed ſolvendi duntaxàt diem adjectam videri. Ideoque diem purè legatorum non minùs à teſtatoris morte ceſſiſſe, quàm ſi poſteà de matris morte nihil dictum actumve fuiſſet: Sed *Labeo* contrà, nihil referre arbitratus, ſive hoc modo dicatur, cùm mater mea morietur dato,

l. ſi quis ita §. ſi. de ſtatul. ſive hôc, niſi moriatur ne dato. Haud diſſimile eſt, quòd *Julianus* ſcribit hac in ſpecie. Teſtator Stichum cùm annos xxx. natus eſſet, liberum eſſe juſſerat, deinde addidit, ſi decem Stichus non dederit, liber ne eſto, pro eo eſſe, atque ſi ita dictum fuiſſet; Stichus ſi decem dederit, & ad annos xxx. pervenerit liber eſto. Ademptione igitur ſub conditione adſcriptâ, hôc quo diximus modo, legatum purum conditionale fit. Accedit quod *Paulus*

44. l. ſi patronum de bo. liber. ſcribit. Si patronus ex debita portione hæres inſtitutus, rogatus fuerit fundum præſenti die dare, eique ſub conditione tantundem legatum ſit: fideicommiſſum in conditionem redigi. Tranſlatio- 22

6. l. tranſlatio de ad. le. ne quoque legati, ſi ſub conditione fiat, ex contraria conditione purum legatum ſuſpendi *Paulus*

7. l. quod ſi alis eo. tit. notavit, quaſi à priore receſſum ſit. Quod tamen non ita accipiendum eſſe *Vlpianus* ſcribit, ut ſtatim à priore legato receſſum eſſe videatur, ſed ita demum ſi ſequentis legati conditio extiterit; niſi teſtatoris voluntas alia fuiſſe probetur; quo caſu

8. l. & ideo eo. tit. prorſùs ademptum videbitur, ut nihil profuturum ſit priori legatario; quòd fortè is in quem tranſlatio facta ſit, vivo teſtatore vità functus ſit, ut *Julianus* ſcribit. Quid igitur ſi hoc modo teſtator legaverit, Titio decem hæres meus dato; ſi ea Ti-

10. l. legatum §. 1. eo. tit. tio non dederit, dato Sempronio? *Julianus* mortuo Titio ante legati diem, in Sempronium legatum

tran-

tranſlatum videri, ſcripſit; apertiùs *Vlpianus*. Si ſic legatum ſit. Titio dato, aut ſi Titius ante deceſſerit quàm accipiat, Sempronio: ſi nullâ morâ ab hærede factâ Titius deceſſit priuſquàm acciperet, ad Sempronium ſpectare: ſi verò poſt moram, ad hæredes Titii. Tranſlatio igitur hoc modo pura legata in conditionem redigit. Porrò ſi is qui ſervum liberum eſſe juſſerat, ſi rationes reddidiſſet, poſteà eum rationes reddere vetuerit, conditionem detraxiſſe videri, non autem libertatem revocaſſe *3. l. ſi quis ita §. 1. eo. tit.* *52. l. ſi quis ſervum de cond. & de.*
23 *Modeſtinus* notavit. Sed & alia eſt ratio per quam legatum ex conditione pendêre dicimus, licèt verbis expreſſis conditio ei adſcripta non ſit, ex tacita videlicèt repetitione: verùm cùm id nedum in legatis, ſed in inſtitutionibus quoque uſu veniat, latioremque campum hæc res deſideret, ſin-
24 gulari capite de hac repetitione dicemus. Atque nunc de menſura & deguſtatione videamus. Et licèt in iis quæ pondere, numero vel menſurâ conſtant, perfecta dicatur emptio, ſimul atque de pretio convênit, ſiquidèm univerſum uno pretio venierit; ſecùs tamen fuerit, ſi in ſingulas vini fortè amphoras, olei metretas, frumenti modios, argenti ve libras, certum conſtitutum fuerit pretium; ut *Sabinum & Caſſium* ſentire *Cajus* refert. Hîc enim ita demùm perfectam eſſe venditionem ajunt, ubi adnumerata, admenſa, adpenſavè fuerint, quaſi ſub conditione venditio facta ſit, quos quaſve adnumeraveris, admenſus eris, aut appenderis. Quin ſi ex vino quod in doliis vel cellâ eſt metretæ, vel amphoræ centum venierint, tantiſper dum admetiatur, imperfecta dicetur emptio. Ita ut interim omne periculum ad venditorem *35. l. quod ſæpe §. in iis, de contrah. emp.* *d. §. in iis, & 5. l. ſi per emptorem. §. 1. de per. & con.*
per-

pertineat, nec intereſſe putant, utrùm pretium omnium centum metreratum in ſimul dictum ſit, an in ſingulas eas. Itidem ſi in gregis venditione, pretium in corpora ſingula conſtitutum ſit, ſub conditione contractum eſſe videbitur. Secundùm hæc ad *Julianum* divus *Alexander Imperator*, ſi con-
l. 2. C. de peri. & con. re. ven. venerit, ut ſingulæ vini amphoræ certo veneant pretio, tantiſper dum admenſum fuerit, emptoris nihil fore periculo: at ſi univerſum vinum quod in horreis eſt, ſine menſura venierit, quod vino mutato damni accidit, ad emptorem pertinere reſcripſit. Idemque in oleo & frumento obſervandum eſſe. Hinc *Vlpianus* cuſtodiam uſque ad diem men-
l. 1. §. ſed & cuſtodiam, de peri. & con. ſuræ venditorem præſtare debere notavit; priùs enim, inquit, quàm admetiatur vinum propè quaſi nondum veniit. Poſt menſuram autem factam, venditoris periculo eſſe deſinit; & antè menſuram periculo liberatur, ſi non ad menſuram vendidit, ſed fortè amphoras aut ſingula dolia. Cuſtodiamque talem venditorem præſtare debere, & *Cajus* &
l. 2. & 3. eo. tit. *Paulus* tradiderunt, qualem ii quibus res commodata eſt, diligentiamque exactiorem quàm in ſuis rebus: ut fatale duntaxàt damnum vel vis maior excuſata ſit. Quod mirum tamen videri poterat? Nam ſi dum pendet conditio, res venditoris ſit periculo, eique pereat, nec pretium petere poſſit, certè de diligenti ejus cuſtodia quærendum eſſe non videbatur. Sed ut hoc verum ſit, extingui venditionem re ſublatâ, præſcriptis tamen verbis adverſùs venditorem actio erit, ſi id culpâ vel poſt
l. 1. §. licèt & §. ſi dolíare eod. t. moram ejus contigerit, quanti emptoris intereſt rem non periiſſe. In his tamen omnibus ſciendum eſt, pro impletâ admetiendi conditionem fore,

ſi per emptorem mora in admetiendo facta ſit, ut ſi intrà diem præfinitum id fieri non curaverit, aut non adſcriptâ die, admonitus, cùm primùm ei fuit oportunum. In deguſtatione par, imò maior eſt ra-
25 tio. Nam, ut *Paulus* ait, menſura ad hoc fit, ut appareat quantùm ematur, quot libræ, quot modii, quot amphoræ: non autem ut plus aut minus res veneat, hoc eſt an veneat, an non veneat. Licèt *Accurſius* hæc verba *plus aut minus* putabat de pretio dicta: cùm tamen ſic pluris vel minoris dicere debuiſſet. Contrà guſtus ad hoc fit, ut improbare rem liceat: itaque an veneat, an non veneat; quo fit ut guſtus apertiorem præ ſe ferat conditionis ſpeciem. Secundùm hæc *Vlpianus* uſque ad deguſtationem vinum venditoris eſſe periculo notavit: aut enim, inquit, quoad periculum vini venditor ſuſtineat, convenit, & eatenùs ſuſtinebit; aut non convenit, & ſuſtinebit uſque ad deguſtationem, quaſi tunc pleniſſimè veneat cùm fuerit deguſtatum, ut etiam non referat ab emptore ſignata eſſe vaſa vel dolia. Cæterùm ſi convenerit intrà diem certum vina deguſtanda eſſe, pro emptore hoc interpretandum erit: dies namque, ut inquit *Vlpianus*, deguſtationi præſtitutus, meliorem conditionem emptoris facit. Proindè ſi per eum ſteterit, quò minùs deguſtata fuerint intrà diem, nulla erit emptio. Quòd ſi per venditorem id factum fuerit, acoris & mucoris ipſe periculum præſtabit, nedum uſque ad diem præſtitutum, ſed etiam die præterito, ſi fortè corrupta ſint poſteà vina quàm dies deguſtandi præterierit: neque hoc caſu invito emptore ſoluta erit emptio. Atque his oſtenſum puto, in multis con-

34. l. ſed ſi in emptione §. alia, de contrah. em.

l. 1. §. 1. de peri. & com.

l. 4. §. fi. eo. tit.

d. l. 4. in princ.

conditionem eſſe, licèt verbis expreſſa non ſit. Su- 26
pereſt ut ex contrario oſtendamus in multis ſecundùm verba conditionem exprimi, quæ tamen pura & ſine conditione eſſe dicuntur, & ex quibus id procedat cauſis. Atque hoc imprimis uſu venit, ſi quod per conditionem exprimitur, de ſe tacitè ine-
98. l. conditiones, de cond. & de. rat. Conditiones, inquit *Papinianus*, quæ extrinſecùs non ex teſtamento veniunt, id eſt; quæ tacitè ineſſe videntur, non faciunt legata conditionalia. Et apud *Vlpianum*, quæ tacitè inſunt, expreſſa conditionem non facere legimus, veluti ſi ille mihi hæres erit, damnas eſto Titio tantundem dare: niſi enim hæres ſit, ad legata nemo tenetur: demonſtraſſe itaque magis teſtator putatur, quando debeatur legatum, quàm ex conditione ſuſpendiſſe, niſi tamen alia mens teſtatoris fuiſſe probetur.
l. 3. de le. 1. Hinc dicuntur verba hæc, quiſquis mihi ex ſuprascriptis hæres erit, aut, ſi hæres erit Sejus, aut, ſi hæreditatem adjerit, ſubjectum legatum vel fideicommiſſum non facere conditionale. Tacitè enim legatis ineſt ea non deberi, niſi hæreditas ex teſtamento adeatur. Quo fit vt *Cajus* aliquandò purum
106. l. aliquando de cond. & de. eſſe legatum ſcripſerit, quod ſub conditione relictum eſt, veluti ſi ſub hac conditione, inquit, datum ſit, ſi ſcriptus hæres hæreditatem adijſſet. Et *Pom-*
22. l. ſi Titio §. 1. quando di. le. ce. *ponius* conditiones quaſdam eſſe ſupervacaneas, veluti. Si Titius qui inſtitutus erat, hæreditatē meam adierit, Mevio centum dato. Quamvis igitur Mevius poſt mortem teſtatoris antè aditam hæreditatem deceſſerit, nihil offecerit quo minùs ad hæredem ſuum legatum tranſmiſerit. Hæredis enim
7. l. hæredis, eo. tit. aditio moram legati facit petitioni, non diei ceſſioni, ut *Vlpianus* ait. Planè ſi duobus inſtitutis ita le-

gatum ſit, ſi alter ex his hæreditatem adiiſſet, ut ſi
à Titio & Mevio legatum ſit, ſi adiiſſet hæredita-
tem Mevius, neutiquam ſupervacua talis condi-
tio eſſe dicetur, quantum ad Titii attinet portio- *D. l. ſi Titia.*
nem: in Mevii verò parte nihil operabitur. Am-
pliùs purum eſſe legatum *Cajus* notat, quod ſub eâ *D. l. aliquando.*
conditione relictum eſt, ſub qua hæredes inſtituti
ſunt. Vndè *Pomponius*, ſi ſub ea conditione, ſub *21. l. ſi dies eo. tit.*
qua te hæredem inſtitui, Titio legavero, haud ſe-
cùs legati diem cedere atque ſi purè legaſſem puta-
vit, ut à *Paulo* refertur. Sed & ſi ab eo purè fidei-
commiſſum detur, cui ſub conditione legatum eſt, *l. cum ſine §. 1. eo. tit.*
vel ab eo qui ſub conditione inſtitutus eſt, licèt
tacitè eadem inſit conditio, purum tamen fidei-
commiſſum eſſe dicetur. Quemadmodum & id le-
gatum purum eſſe dicitur, quod ab eo relictum eſt,
qui aut vulgariter aut pupillariter ſubſtitutus erat,
quamquam ſubſtitutio ex conditione pendeat.
Eorum etenim conditio, ut alibi *Vlpianus* ait, ſub-
jectum legatum conditionale non facit. Cui con- *7. l. hæredis eod. tit.*
ſequens eſt decedentem legatarium deliberante
adhuc inſtituto vel pupillo etiam tum vivo, lega-
ti jus ad hæredem ſuum tranſmittere: ut ſi poſteà
ad ſubſtitutum veniat hæreditas, inſtituto repu-
diante, aut pupillo mortuo præſtari debeat; quod
vel tunc verum erit, cùm hoc modo ab impuberis
ſubſtituto legatum ſit, ſi is intrà pubertatem de-
ceſſiſſet. Cedit namque & horum legatorum dies
à teſtatoris morte, ut *Paulus* ait. Sed & *Vlpianus* *l. 1. eo. tit.*
cùm quis Primum ſcripſiſſet hæredem, quando- *107. l. ab*
cunque mater ejus deceſſiſſet, & ſi Primus hæres *omnibus §.*
non eſſet, ſubſtituiſſet Secundum, & ab hoc legaſ- *pe. de le. 1.*
ſet Primo: legatum deberi Primo, hæredivè ejus

reſpondit; etiam ſi matre vivâ obiiſſet. Cùm igitur ea quæ tacitè inſunt, expreſſa conditionem non facere dicamus: an pro conditionali habenda inſtitutio ſit, quæ hoc modò facta eſt, ille ſi volet mihi hæres eſto, haud immeritò dubitari poſſet.

69. l. Cornelius de har. inſt. *Trebatius*, cùm Cornelius & Mevius uter eorum vellet, inſtitutus eſſet hæres, utroque volente, neutrum hæredem fore putabat. *Cartilius* verò utrumque admittendum eſſe, quod & à *Proculo* probatum eſt, quaſi adjectio hæc, *uter eorum volet*, ſupervacanea ſit. Nam & ſine hac futurum, inquit, fuit, ut uter vellet hæres eſſet, & uter nollet, hæres non eſſet. Verùm hæc in voluntario duntaxàt hærede habere locum, idem *Proculus* admonuit. Quòd ſi neceſſario hæredi verba illa, *ſi volet*, adſcripta ſint, non ſolùm figuram conditionis, ſed & vim ejus habiturá putavit. In eandem ſententiam *Hermogenianus*, Publio Mevio ſi vellet hærede ſcripto, conditionem adjectam videri reſpondit,

12. l. verba hæc de cond. inſt. ſi quidem is Publius Mevius ex neceſſariis ſit hæredibus, idque verba illa, *ſi volet*, operari, ut ſi nolit hæres non exiſtat. Porrò in voluntaria hæredis perſona, ipſe ut *Proculus* fruſtrà adjecta videri credidit: cùm talis invitus hæres eſſe non cogatur. Sed ut hæc aperta videantur, ſunt tamen qui hodiè utrumque falſum putant: & in voluntario hærede verba illa, *ſi volet*, conditionem facere propter jus deliberandi, quod præſenti jure ad hæredes tranſmittitur ab eo qui purè inſtitutus fuit; ab eo autē qui ſub conditione minimè. Egerit igitur aliquid qui ſic hæredē ſcripſit, *ſi volet*, hoc videlicèt, ut niſi ſe velle declaraverit, decedens ad hæredem ſuum deliberandi jus non transferat. In ſuo contrà, conditio-

ditionem non facere ajunt, veriti ne hoc modo ſuorum cauſa deterior conſtituatur, propterea quòd juris deliberandi tranſmiſſio, per hanc cõditionem fuerit impedita. Sed hæc mihi, ut paucis dicam, nullius eſſe momenti ſunt viſa, dum intelligamus in ſuis ſolam neceſſitatem his verbis, *ſi volet*, ſublatam eſſe, ac eatenùs duntaxat conditionem facere, ut ſi nolint hæredes eſſe, non cogantur: in voluntariis autem quibus juris deliberandi tranſmiſſio conceſſa ſit, ad eorum incommodum aut detrimentum interpretari non convenit, quod in
18 eorum gratiam adjectum eſſe videtur. In legatis autem verba hæc, *ſi volet*, conditionem facere dicuntur, quia tacitè non inſunt: cùm ignoranti legata acquirantur. Ideoque ſi Titio centum ſi voluerit legata ſint, conditionale eſſe legatum apud *Labeonem*, *Proculum*, notaſſe à *Cajo* refertur, neque aliter ad legatarii tranſire hæredem quàm ſi ipſe ad ſe pertinere voluiſſet. Hæredis autem voluntatem non curari, quòd conjuncta perſonæ conditio, à perſona non recedat. Ipſeque *Cajus* hanc ſententiam veram putat, aliud eſſe inquiens, ſi quid tacitè contineatur, aliud ſi verbis exprimatur. Quod noſtri interpretantur, ſi per alium modum exprimatur, quàm inerat: non enim hoc ad legatorum requiritur acquiſitionem quòd legatarius dicat ſe habere velle. Nam, ut ſupra attigi, & ignoranti nihilque dicenti acquiruntur: ſed hoc requiritur quòd non ſe dicat nolle, repudiatione enim amittitur. Aliter atque in hæreditatibus obſervamus, hæ enim niſi quis dicat aut facto demonſtret ſe hæredem eſſe velle, non acquiruntur.

68. l. ſi ita expreſſum de cond. & de.

68. l. ſi ita §. 1. de le. 1.

Cæterùm de iis verbis videamus quæ arbitrium 29
ſignificant, veluti ſi ſic legatum ſit, hæres ſi putaveris Titio centum des, *ſi arbitratus fueris*, *ſi exiſtimaveris*, *ſi tibi utile viſum fuerit*, an conditionem faciant. Et in teſtamentis, cùm ad viri boni arbitrium referantur, conditionem ex ſe non facere dicuntur; hæcque admiſſa eſt ratio, quòd in boni viri arbitrio mora nulla eſſe poteſt, nec refert ſive de hæredis arbitrio, ſive de arbitrio extranei teſtator locutus ſit. Nam & ſi pupillo vel pupillæ tutorum arbitrio legatum ſit, pro eo fore *Vlpianus* ſcripſit, atque ſi certa quantitas pro viribus patrimonii expreſſa fuiſſet. Planè ſi præter arbitrium factum aliquod comprehenſum ſit, veluti, ſi ſervo libertas data ſit, ſi hæredis arbitrio rationes computaſſet, licèt hæredis arbitrium conditionem non faciat, ipſum tamen factum reddendi rationes conditionem faciet: Secundùm hæc *Vlpianus* ſi ita legatum ſit, illi ſi demeruerit centum lego, deberi legatum ſcripſit, ſi modò, inquit, meritum quaſi apud virum bonum collocare fideicommiſſarius potuit, nec poſſe hæredem cauſari non eſſe eum meritum, ſi aliàs vir bonus & non infeſtus meritum potuit admittere. Quod ſi neque vir bonus meritum probaturus ſit, ut deficiente conditione, legatum non debebitur. In eandem ſententiam *Paulus* ſi teſtamento ita ſcriptum ſit, ſervi qui ſine offenſa fuerint, liberi ſunto, licèt hæc offenſa boni viri arbitrio definienda ſit, conditionem tamen adſcriptam videri tradidit, ejuſque talem faciendam eſſe interpretationem, ut iis libertatem dare teſtator voluiſſe intelligatur, quos pœna non coërcuit, aut ab honore adminiſtrandæ rei non removit. Et

78. l. ſi ſic legatum de le. 1. & l. 1. de le. 2. 31. l. ſideicommiſſa §. quanquam de le. 3.

§. proinde.

51. l. teſtamento §. 1. de ma. teſt.

Afri-

Africanus, ſi per fideicommiſſum hoc modo libertas data ſit ſervis, ſi de hærede promeruiſſent, iis non deberi libertatem reſpondit, qui tale quid admi- *20. l. ſervos eo. tit.*
30 ſerint, ut libertate ſint indigni. In contractibus verò diſtingui ſolet, an de extranei arbitrio ſermo fuerit, an de arbitrio contrahentium. Priore etenim caſu adſcriptum arbitrium, conditionem dicitur facere, ut ſi quis rem ſibi arbitratu Lucii Titii reſtitui ſtipulatus ſit; à perſona namque hîc recedendum non eſſe *Vlpianus* admonuit. Proinde ſi Titius arbitratus non fuerit, intercidere ſtipulationem *Paulus* notavit, quaſi conditione deficiente, ut nec pœnam committi putet. Et *Cajus*, ſi quanti Titius æſtimaverit facta ſit locatio, ſub eâ conditione ſtare eam dicit, ut ſi Titius mercedem definierit, omni modo ſecundùm ejus æſtimationem perſolvi eam oporteat: ſin autem ille vel noluerit, vel non potuerit definire, tunc pro nihilo conditionem fore, ut nullâ mercede conſtitutâ. Non diſſimile eſt, quod *Juſtinianus* ſcribit, ſic factâ venditione, quanti Titius æſtimaverit, tanti tibi res empta ſit, ſub conditione contractum videri, ut ſiquidem ille qui nominatus eſt precium definierit, ſervandum ſit: ſin minus, intereat contractus. In ſocietate quoque ſi ita coita fuerit, ex iis partibus quas Titius arbitrabitur; ſi Titius priuſquam arbitretur deceſſerit, nihil actum videri *Celſus* notavit. Planè ſi in alterius ex contrahentibus arbitrium res collata fuerit, ad viri boni arbitrium, ut in teſtamentis relatio fiet: neque conditio adjecta eſſe videbitur: veluti ſi ita à me dos promiſſa fuerit, quantum arbitratus fuero in dotem dabo, vel ſi inter te & me contracta ſit ſocie-

43. l. ſi quis arbitratu cum ſeq. de verb. ob.

44. l. & ideo, eo. ti.

28. l. ſi merces loca.

l. ſi C. de contrah. emp. inſt. eo. tit. §. precium.

76. l. ſi ita coita pro. ſo.

l. 3. C. de do. promiſ.

 tas

6. l. ſi ſocietatem pro ſoc. tas ex iis quas dixeris partibus. Enimverò ſi præter contrahentis arbitrium factum aliquod comprehenſum ſit, hoc ipſum, ut ſuperiùs in teſtamentis diximus, conditionem poterit facere: veluti ſi ſervum ita vendidero, ſi rationes meo arbitrio computaſſet: licèt enim, ut *Vlpianus* ſcripſit, *9. l. hæc venditio de contrah. emp.* arbitrium meum ſecundùm arbitrium boni viri definiendum ſit, in quo conditio eſſe nequit, ipſa tamen rationum redditio conditionem faciet. Et in locatione, ſi mihi quis operas ſuas locârit, ut *26. l. ſi in lege loca.* opus meo deberet probari arbitratu, *Paulus* quidem perindè haberi ſcripſit, ac ſi viri boni comprehenſum eſſet arbitrium: verùm, ſi opus ita perfectum non fuerit, ut viri boni arbitrio probari debeat, nemo dixerit, me ex conducto conveniri poſſe. Sed & ſi generaliter alterius cujuſlibet arbitrium comprehenſum ſit, idem eſſe dicemus: *d. l. ſi in lege.* hoc eſt, quanti quiſque nullo nominato arbitratus fuerit. Superioribus vicina ſunt ea quæ ex naturæ 31
quadam neceſſitate moram extrinſecùs patiuntur, non autem ex ipſa hominis diſpoſitione: talis enim mora conditionem non facit. Hujuſmodi inprimis *25. l. cum illud §. 1. quan. di. le. ced.* eſt, ſi quod ex Arethuſa natum erit, vel fructus qui in illo fundo naſcentur, legati fuerint; hæc enim conditionem non habere à *Pomponio* admonitum eſt, & de primo partu primiſque fructibus intelligẽda hæc eſſe ajunt. Quamobrem etſi medio tempore legatarius decedat, poſteaque aut partus edatur, aut naſcantur fructus, ad legatarii hæredem pertinebunt. Tacitam ſanè & *Paulus* & *Vlpianus* hujuſ- *l. 1. §. ſi. d. cond. & de.* modi legatis conditionem ineſſe ſcribunt, hanc videlicèt, ſi naſcantur: nam ſi nihil natum fuerit, nihil debebitur, ſed hoc moram magis quàm veram conditio-

ditionem conſtituit, cùm tranſmiſſionem non impediat. Ejuſdem ferè effectûs mora erit, ſi rem dotalem maritus extraneo legaverit, uxorique pro ea re pecuniam: quamvis enim legatum dotis, ex uxoris deliberatione moram accipiat, conditionale tamen eſſe non dicetur, ut idem *Paulus* admonuit. Similiter licèt legatum uſusfructûs, uſûs vel habitationis moram uſque ad hæreditatis aditionem patiatur, hæc tamen mora conditionem facere non dicetur, quia extrinſecùs venit: idemque futurum eſt, ſi ſervo manumiſſo legatum ſit: Sic puram nonnunquam venditionem eſſe dicimus, quæ ex juris tamen conditione in ſuſpenſo eſt, veluti, ſi ſervus cujus uſùsfructus unius eſt, proprietas autem alterius, aliquid emerit. Nam dum incertum eſt, ut *Paulus* ait, ex cujus re pretium exòlvat, pendet cui acquiratur. Sic pura ſtipulatio ex re ipſa dilationem accipere dicitur, ut ſi quod in utero eſt, aut fructus futuros, aut domum ædificari quis ſtipulatus ſit, in his enim actionem, ut idem *Paulus* ait, incipere dicimus, cùm illa per rerum naturam præſtari poterunt; non ſecùs atque ſi is qui Romæ eſt Carthagini dare ſtipuletur; tantum enim temporis incluſum huic ſtipulationi eſſe cenſetur, quo Carthaginem perveniri poſſit. Proindè cùm certæ operarum ſpecies, ut pictoriæ vel fabriles in ſtipulationem deductæ fuiſſent, re ipſâ temporis tractum obligationi ineſſe *Julianus* reſpondit, conditionem

32 tamen in iſtis nemo eſſe dixerit. Non obtinent ea quæ diximus in ſponſalibus, ſponſalia etenim ſub ea conditione contracta, quæ tacitè inerat, non purè, ſed ſub conditione contracta eſſe cenſentur, ut nec publicè honeſtatis juſtitiam talia ſpon-

6. l. quod pure quan. di. le. ce.

l. 2. eo. tit.

7. l. heredis aditio §. interdum. eo. tit.

43. l. bovem §. fi. de edil. ed.

73. l. interdum de verb. ob.

24. l. quoties de oper. lib.

glo. in c. unic. §. fi. de ſponſa li. 6. & Hoſtien. c. audientiam eo. tit. In antiq.

ſponſalia producere dicantur. Proindè ſi quis ita mulierem quandam promiſerit ſe uxorem ductu-rum, ſi Deo & Eccleſiæ placuerit, comperto po-ſteà impedimento conſanguineam ejus ducere non prohibebitur. Quæ demonſtrationis item cauſâ ad- 33 ſcribuntur, etſi ut plurimùm conditionum habeant figuram, conditiones tamen non facere perhiben-tur. Cùm aureos quadringentos teſtator Pamphi-læ legaſſet à Julio ſçilicet actore, tot quos in ca-

99. l. quidam teſtamentum de l. 1. ſtris habebat, tot, quos numerato tot, *Vlpianus* deberi fideicommiſſum reſpondit, quamvis omnes ſummas in alios uſus teſtator pervertiſſet; veroſi-milius eſt, inquit, demonſtrare patrem ſam. vo-luiſſe unde pecunia contrahi poſſet, quàm condi-tionem fideicommiſſo injicere. Eodem argumen-to cùm pecunia hoc modo legata fuiſſet, quam pe-cuniam hæres meus à Titio exegerit, tantam Me-

52. l. ſi Titius §. 1. de le. 2. vio dato, rectè *Publium* exiſtimaſſe legatum non videri ſub conditione datum eſſe, à *Paulo* relatum eſt, ſed demonſtrare teſtatorem voluiſſe, quid à Titio exigi poſſet, ideoque vel antè exactam pe-cuniam legatarium agere poſſe ut actiones ei præ-

26. l. firmio quan. di. leg. ced. ſtentur. *Papinianus* item cùm Firmio Heliodoro fratri ſuo teſtator ex prædiorum ſuorum futuri an-ni reditu L. dari juſſiſſet, tempus ſolvendæ pecuniæ demonſtratum eſſe dixit, non autem conditionem

l. 3. de coll. bon. adſcriptam. Sic cùm prætor emancipatum contrà tabulas ad bonorum admittit poſſeſſionem, ita, ſi bona quoque ſua in medium contulerit: negat *Iu-lianus* conditionem à Prætore adjectam eſſe, alioquî inquit, emancipati magna captio fuerit, ſi non aliter ad bonorum poſſeſſionem admittatur, quàm ſi contuliſſet; interim enim decedens, nihil ad hæ-

redem

redem ſuum tranſmitteret : demonſtraſſe igitur magis accipiendus eſt Prætor, quid acceptâ bonorum poſſeſſione facere eum oporteat, quàm conditionem adſcripſiſſe. In eodem albo eſſe ea dicuntur, quæ admonendi gratiâ adjecta ſunt, ut ſi decem cùm petiero ſtipulatus ſim, non ſub conditione ſtipulatus eſſe videbor, ſed admonuiſſe quo celeriùs ac ſine mora mihi exolvatur, ut *Vlpianus* ſcribit. *Scevola* item ſi decem tibi dare promiſerim qua die petieris, ac eorum uſuras in dies triginta, puram fore ſtipulationem notat, ideoque tam ipſa decem quàm eorum uſuras ex die quo ſtipulatio facta eſt, peti poſſe. Rurſùs cùm ita fideicommiſſum datum fuiſſet, Cùm illi à te petierint, reſtituas; conditionem fideicommiſſo adſcriptam non videri, ab eodem reſponſum fuit. Sed quid ſi ita ſtipulatum ſit, dabis ſi petiero, aut hoc modo fideicommiſſum illi, ſi à te petierit, reſtituas? Arbitrer etſi quidam aliter ſentiant, in iſtis conditionem eſſe, nam & hæc differre *Vlpianus* ſcribit, cùm voluerit hæres dato, & ſi voluerit dato. Et *Cajus* ſi ita ſcriptum ſit, Titio ſi voluerit do lego, conditionem perſonæ injunctam videri notavit. Cæterùm etſi tutor hoc modo datus ſit: ſi ſatiſdederit tutor eſto, ſub conditione tamen datus eſſe non dicetur, ut *Vlpianus* notat, ſed ejus eſſe admonitus quod tutorem facere præſtaréve oportet, non enim aliter admittitur tutor, quàm ſi rem pupillo ſalvam fore caveat. In reſcriptis quoque Apoſtolicis verba iſta, ſi is pro quo ſcribimus idoneus compertus fuerit, vitæque laudabilis & honeſtæ, non conditionem ſed admonitionem facere dicuntur, & præſumitur quilibet talis eſſe niſi contrarium pro-

34

48. l. ſi decem de verb. ob.

135. l. ſi ita quis co. tit.

84. l. Titia hæredis de cond. & de.

glo. in d. l. ſi decem.

11 l. fideicommiſſa.

§. ſic cum ſeq. de le. 3.

68. l. ſi ita expreſſum de cond. & de.

6. l. muto, §. 1, de tute.

glo. & doc. in cle. uni. de off. dele. leg.

doc. in c. probetur. Secùs de iſtis dicemus verbis, ſi illinc
dudum de oriundus, aut ſi doctoratûs gradu inſignitus eſſe
præſump. compertus fuerit. Sic cùm electo pontifex pallium
ita miſiſſet, ſi juraſſet electus de fide obedientia-
c. ſignifica- que ſervanda, conditionem ſe adſcripſiſſe negavit,
ſti de ele-
ctio. ſed juſti officii electum admonuiſſe, ut noſtræ ſa-
lutis author Chriſtus, cum ad Petrum: ſi diligis me
paſce oves meas. Dilatio quoque quæ conſervan- 35
46.l.Sejus dæ rei cauſâ in gratiam legatarii adſcripta eſt, con-
Saturni- ditionem non facere perhibetur. Cùm Sejus Sa-
nus ad tre- turnius Archigubernus ex claſſe Britannica teſta-
bell. mento fiduciarium reliquiſſet hæredem Valerium
Maximum Trierarchum, petiiſſetque ab eo, ut
filio ſuo Sejo Oceano cùm ad annos XVI. perve-
niſſet, hæreditatem reſtitueret: ætatem Oceani
conditionem non facere *Jabolenus* reſpondit: ſed
tutelam magis per tempus prorogatæ ſolutionis
Trierarcho datam fuiſſe: Licèt igitur Oceanus an-
tè eam ætatem mortuus fuerit, rectè tamen Man-
lius Seneca Oceani avunculus & hæres, bona ad
ſe proximitatis jure pertinere contendit, neque
16.l.firmio caduca ea videri quorum dies vivo Oceano ceſſiſ-
§.1.quan. ſet. Item cùm centum alumno teſtator legaſſet
di. le. ced. cum is perveniſſet ad XXV. annum, ac interim ei
trientes uſuras juſſiſſet præſtari, *Papinianus* non
conditionem adjectam videri, ſed ſorti ſolvendæ
diem eſſe præſtitutam, ideoque etſi antè eam æta-
tem alumnus mortuus ſit, ad hæredem ſuum lega-
79. l. cum tum tranſiiſſe, ſcripſit. Et cùm minor curatorem
pater §. ſuum teſtamento rogaſſet ea quæ fratri debebat
curatoris ſolvere, cùm is ad ſtatum ſuum perveniſſet, condi-
de le. 2. tionem adjectam non videri, idem *Papinianus* nota-
vit. *Scævola* quoque talem ponit ſpeciem. Pater fi-
lios

lios duos hæredes inſtituit maiorem & minorem impuberem, maioremque rogavit minori quædam reſtituere cùm ad XIV. annum perveniſſet, interim verò ad ſtudia annuam ei certam ſummam præſtari: quod autem ſupereſſet de mediis redditibus ſibi retinere: maiore morte prævento, quæſitum fuit, an ſtatim minori ejuſve tutori reſtitutionem facere oporteret, an vero medii excreſcentes reditus ad hæredem fratris majoris, ſpectare debeant. *Scevola* ſtatim à morte omnia quæ relicta ſunt, ad pupillum tutoreſve ejus tranſiiſſe reſpondit. Intelligitur, inquit, teſtator, cum fratre quaſi cum tutore locutus, & ut finiretur tutelæ tempus demonſtrare voluiſſe, quam ipſe non morte majoris nati filii, ſed ætate impuberis ſperabat finem acceptaturam. Quando igitur ad alium finem adjectio facta eſt, conditionis vim habere non videtur, licèt verba àliud præ ſe ferant. Sic *Papinianus* cùm exhæredatæ filiæ pater tutores dediſſet, eoſque ad rem gerendam juſſiſſet accedere, ſi mater à qua filiæ fideicommiſſum reliquerat ſuperſtite filiâ deceſſiſſet, tutores non ſub conditione datos fuiſſe refert, ſed cautionem fideicommiſſi teſtatorem matri voluiſſe remittere.

36 Optio autem an conditionem faciat quæramus, & à pleriſque notatum eſt in optione hanc eſſe conditionem, ſi optaverit, niſi enim optetur alterum, jus in re non acquiritur. Quin olim optio conditionem faciebat, ſi nominatim is optaſſet, cui adſcripta eſt, itaque perſonalis erat. Optionis legatum, inquit *Iuſtinianus*, olim in ſe conditionem habebat, ut niſi legatarius vivus optaſſet, ad hæredem ſuum nihil tranſiret, nimirùm cùm his fere verbis fiat. Titio

21. l. liberto. §. fi. de an. leg.

76. l. avia §. fi. de cond. & de.

Bar. in l. ſi optio de op. leg. glo. in l. ſi domino Stichus de le.

1. l. 3. qui & quib. ma. l. ſi Pamphilo de op. le. & l. homine eo. tit.

Inſt. de leg. §. optionis.

Titio illum ex ſervis meis dari volo, quem optaverit vel elegerit. Et clariùs *Theoph.* ἐπιλογὴ αἵρεσιν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ὅθεν εἰ μὴ ὁ ληγατάριος ἐπιλέξεται ζῶν ἀλλὰ πρὸ τῆς ἐπιλογῆς ἐτελεύτησεν οὐ διαβαίνει τὸ ληγάτον ἐπὶ τὸν αὐτὸν κληρονόμον, διὰ τὸν κανόνα λέγοντα, αἱρετικὸν λεγάτον πρὸ τῆς ἐκβάσεως τῆς αἱρέσεως τελευτήσαντος λεγαταρίου, ἐπὶ κληρονόμον οὐ μετέρχεται. Sed hæc, ut dictum eſt, veteri jure obti-

l. 3. l. eo. d. leg.

nebant. *Juſtinianus* enim novâ conſtitutione contrarium ſanxiit, ut ſi ſervi aut alterius rei optio legata ſit, perſonalis conditio adſcripta eſſe non vi-

19. l. cum illud de op. leg.

deatur. Quin *Paulus* jureconſultus, cùm illud aut illud utrum elegiſſet legatarius datum fuiſſet, ac legatarius nullo electo mortuus eſſet, hæredem ejus eligere poſſe, reſponderat. Sed etſi hæredi optio data ſit, certis præpoſitis cui ex his dare velit, adhuc ſtatim cedet fideicommiſſi dies, ita tamen ut nemo petere poſſit quamdiu alius ei poteſt præ-

69. l. unum §. rogo de le. 2.

ferri, uti *Papinianus* hac in ſpecie: fundum cùm morieris reſtituas uni ex liberis cui voles, tradidit: defuncto itaque hærede priuſquam elegerit, omnes liberos ad legatum admittendos eſſe credidit; ut quod uni datum eſt ad omnes pertineat, in qua

24. l. cum quidam & 16. l. ſi Titio eo. tit. 11. l. ſtatulib. §. 1. eo. tit. l. pe. C. de fid. lib. l. 3. §. ſed etſi. e. eo. de leg.

tamen ſpecie hoc animadvertendum eſt conditionem eſſe in illis verbis, cùm morieris, ut ſolis ſuperſtitibus tempore mortis hæredis reſtitutio fieri debeat, idemque ab *Vlpiano* & *Celſo* probatum eſt. Sed etſi ea electio hæredi data ſit, ut Stichum aut Pamphilum utrum vellet daret, eodem modo purum legatum eſſe *Pomponius* notavit. Quin ſi hæres unum ex ancillæ filiis quem eligeret, manumittere rogatus, nullo electo deceſſerit, omnes ad libertatem perducendos eſſe à *Iuſtiniano* conſtitu-

tum

tum eſt, idemque obſervare ſi aut legatarius aut fideicommiſſarius rogati fuerint. Ampliùs etſi *Sejo* is ex ſervis legatus fuerit quem elegiſſet Titius, eodem modo purum legatum erit, ut idem *Juſtinianus* voluit. Quin ſi intra annum Titius nullum elegerit, ad legatarium ita poteſtas eligendi tranſibit, ut nec optimum eligere poſſit, nec ad peſſimum arctetur. Planè ut data optio conditionem in legatis & fideicommiſſis non faciat: id tamen operatur quòd interim ſingulæ res quodammodò ſub conditione datæ videantur, ut ſi hominis optio teſtamento data fuerit hæredi, neque unum ex his interim manumittere liceat, ut à *Cajo* notatum eſt: imò etſi homo ſimpliciter legatus ſit, idem fore juris putabat. Ex quo *Hoſtienſis*: ſi Pontifex mandaverit alicui conferri præbendam vacaturam in certa Eccleſia quam duceret acceptandam, decreto addito irritante, nullam interim conferri poſſe putabat, quòd ſingulæ quodammodò datæ vel ſaltem affectæ viderentur. Sed Pontifex expreſſè contrarium definivit, clauſulamque hanc, quam acceptandam duxerit, conditionem facere & decretum irritans ex eâdem pendere, ut interim ordinario libera ſit conferendi poteſtas, licèt ſecùs ſit, ſi ita dictum fuerit, quam intrà menſem acceptandam duxerit. Cæterùm ad rem, ex eo quod diximus ſingulas interim res ſub conditione legatas videri: ſi mihi ſervi optio data ſit, & Sticho ſine libertate teſtator fundum legaverit, legatum (tametſi ſervo proprio ſine libertate legari nequeat) valere à *Paulo* notatum eſt, ſiquidem optio ad unum hunc Stichum reducatur, cæteris ſcilicèt mortuis voluntarioque ſcripto hærede, mihique fundus cùm

l. 3. §. ſed etſi. C. eo. de leg.

l. 3. qui & à qui manu.

vide 1. de cond. pend. nu. 13.

c. 1. de præben. lib. 6.

13. l. ſi optio de op. leg.

1. quæ cond. tac. inſ. nu. 60.

Sti-

Sticho ſic acquiretur, nec obſtabit Catonis regula: ſatis enim fuit potuiſſe antè aditam hæreditatem familiam minui. Liquet itaque in teſtamentis optionem conditionem non facere. In contractibus ferè idem juris eſt, nam licèt tantiſper dum is ſupereſt cui electio data eſt, à perſona ejus non re-
67. l. ſi ſtipulatus fuerim de ver. ob. cedat, eo tamen mortuo, ad hæredem ejus cum ipſa obligatione electio tranſit. Secundùm hæc *Paulus*: ſi illud aut illud ſtipulatus fuerim, electionem
l. fi. eo. tit. quidem perſonalem eſſe ſcribit, ut ſi ſervus vel filiusfamil. ita ſtipulatus ſit, rem illam aut illam utrum ego velim neque domino neque patri eligere liceat, quantumvis eadem patris & filii perſona videri poſſit. Et *Cajus* in extraneo ſi hoc modo ſti-
d. l. fi. pulatus ſim: utram earum rerum Titius elegerit, non aliter petendæ alterius facultatem me habere
d. l. ſi ſtipulatus. quàm ſi Titius elegerit. In hæredes tamen ſtipulatoris eo antè electionem mortuo obligationem tranſire perhibet, & cum obligatione ipſam eligendi poteſtatem. Ampliùs in legatarium transferri
78. l. ſi ſic §. fi. de l. 1. poſſe ab *Vlpiano* notatum eſt. Si quis, inquit, ita ſtipulatus, Stichum aut decem utrum ego velim; legaverit, quod ei debebatur: tenebitur hæres ejus, ut præſtet legatario actionem, electionem habituro, utrùm Stichum aut decem perſequi malit; neque referre putant, an ita dictum ſit, utrum velim, an ita, utrum voluero: utroque enim caſu &
l. 3. de contrah. emp. e. illo vos de pig. obligationem & electionem quæ ei cohæret, ad hæredes tranſire ſtipulatoris, communi receptum eſt ſententiâ, ipſo ſtipulatore antè electionē mortuo.
l. 2. §. Sabinus pro emp. De Solutiva autem conditione quid dicendum 37
ſit, ex iis quæ ſuperiori dicta ſunt capite liquere puto. Diximus namque haſce non propriè conditio-

nes

nes ſed conventiones appellari. Hæc itaque verba: ſi diſplicuerit intrà certum diem, vel ſi pretium exolutum non fuerit: vel ſi meliorem conditionem invenero, inempta res ſit; contractum non faciunt conditionalem, ſed ſub conditione reſolvendum, licèt in poſteriori ſpecie referre poſſit, quid actum ſit. Donationem quoque *Vlpianus* quæ hoc modo facta eſt, ut ſi quid ſecutum fuerit, aut non fuerit, res ad donantem revertatur, puram, & ſub conditione reſolvendam eſſe ſcribit. Quæ itaque conditionem faciant abundè oſtenſum eſſe credimus, ac paulò meliùs, nî fallor, quàm ſi per illas voculas
38 quarum ſuprà meminimus fuiſſemus vagati. De ablativis autem abſolutè poſitis certã regulam dari non poſſe arbitror: licèt enim in hac ſpecie; acceptis centum nummis hæreditatem Titio reſtituas, conditionem eſſe fateamur, de quo tamen *Claudius Scevolam* irridens dubitari poſſe reſpondit: in multis tamen comperies conditiones non conſtituere. Quid enim ſi penus legata ſit excepto vino? Quid ſi quis penum ſtipulatus ſit rato manente pacto? Quid in illo Prætoris, in eum qui rate naveque expugnata, quid rapuiſſe dicetur, judicium dabo? Quid ſi pupillo tutoris arbitrio ſit legatum. Enimverò utcumque hæc, per ablativos tamen abſolutos conditiones efferri poſſe non negaverim, ſi dubiam hypotheſim ſignificent; filio meo antè xiv. annum mortuo, Centum Titio do lego; Sejo conſule facto centum dabo: ſic apud Græcos Demoſthenes, σωθείσης τῆς νεὼς ἀποδιδόναι τὸ δάνειον ut rem ipſam haudquaquàm minùs quàm verba ſpectandam eſſe crediderim, quemadmodum ſæpiùs admonui. Non diſſimilia ſunt quæ de hiſce verbis, *ita ut*, tradi ſolent: hæc etenim conditionem

l. 1. & l. 4. de le. com.
l. 1. & 2. de in. di. ad.
l. 1. §. 1. de donat.
l. 2. de mor. cauſa do.
108. l. à teſtatore de cond. & de l. nam q. de pe. le.
l. qui fidem de tranſ.
l. 1. de in. cem. rui nau.
l. 1. de le. 2.

tionem non facere paſſim ajunt, & verum puto.
17. l. libertas §. pe. de ma. teſt. Nam *Vlpianus* cùm Pamphilus liber eſſe juſſus eſſet, ita ut filiis teſtatoris rationes redderet, purè libertatem datam eſſe reſpondit. Quin ſi mulier *l. ſi mulier. C. de ju. dot.* dotem à viro ſtipulata ſit, ut de eà teſtari poſſet, purè ſtipulata eſſe dicetur. Ampliùs cùm ſervus poſt quinquennium manumittendus traderetur, ita *20. l. cauſam §. ſi. de manumiſ.* ut mercedem menſtruam interim præberet, non conditionem adjectam videri *Papinianus* notavit, ſed obſequio temporariæ ſervitutis modum præfinitum eſſe. Ampliùs licèt his verbis prædia diſtra- *14. l. ea cond. C. de reſcin. vend.* cta fuiſſent eâ conditione, ut quod reip. debetur emptor præſtet, modum tamen non autem conditionem adſcriptum videri, à divis imperatoribus *44. l. Mevia de man. teſta.* Diocletiano & Maximiano reſcriptum eſt. Et *Modeſtinus* cùm (ut præcedenti capite meminimus) Sachus, Eutichia & Thirrena liberi ſcripti fuiſſent eâ conditione, ut monumento alternis menſibus lucernam accenderent, conditionem adſcriptam non videri, ex eo liquere notat, quòd teſtator liberos teſtamento adeſſe voluit. Poſſe tamen hæc verba, *Ita ut*, conditionem facere à quibuſdam notatum eſt, ſi ea mens adſcribentis fuerit, ut actum præcederet, & rem dubiam determinent. *d. l. cauſam §. ſi.* Hocque *Papinianus* probâſſe viſus eſt, ſi teſtamento hæres ſervum poſt quinquennium manumittere juſſus ſit, ita ut interim certam mercedem menſtruam præberet; licèt in eo qui libertatis cauſâ *9. l. Titius de op. lib.* traditur, diverſum probaſſe videatur, eamque ſententiam divo *Alexandro* non diſplicuiſſe apparet. *19. l. ubi purè ad Treb.* *Paulus* quoque, ſi fideicommiſſo purè relicto hæc verba adjecta ſint, rogo, des filio tuo faciaſque ut ad eum perveniat, in id tempus dilatum videri ſcribit,

bit, quod capere poterit ſuique juris erit. Et *Papinianus* his verbis, ita ne fideicommiſſi nomine ſatis à te petatur, conditionem adſcriptam videri
40 notat. Sic hæc verba, ſecundùm vel juxtà morem antiqui temporis, aliquando conditionem facere, aliquando non facere dicuntur, ſi eò adjecta ſint, ut ſi veterem morem talem fuiſſe appareret, obtineret quoque in futurum, conditionem faciunt: ſin eò quod ab antiquo mos talis fuiſſe pro certo habeatur, conditionem non faciunt, quaſi ita dictum ſit, quia antiquus mos talis fuiſſe dignoſcitur. Amplius & has ad conditiones efferendas aptiſſimas voces, *ſi*, *&*, *cum*, *plerumque* conditionem non facere ſuperiùs
41 oſtenſum eſſe puto. Id autem notiſſimum eſt, ſi ancilla cum filiis libera eſſe juſſa ſit, adjectionem hanc, *cum filiis*, non facere conditionem. Et cùm Prætor patrem cùm liberis ad poſſeſſionem vocat, purè patrem vocaſſe dicitur. Quin hîc rurſùs, ſi teſtator his verbis, *cum filiis*, aliud voluiſſe probetur, ſecùs erit, conditionemque facere dicentur, ut *Vlpianus* ſcribit. Sed & voculam *ſi*, pro *quia*, pro *quamvis* & pro *an* per ἀντιμερίαν nonnunquam poni nemo neſcit. Cæterùm & hoc huic capiti addendum putavi, ut ſi conditio præter teſtatoris mentem aut detracta aut adjecta ſit, mentem ſcripto prævalere, & ſi in conditionibus erratum ſit, teſtantis mentem obſervandam eſſe. Ita tamen ut ſi inſtitutioni teſtator conditionem inſerere deſtinarit, ſi non adjecta ſit, pro nulla inſtitutio habeatur; ſi adſcripta ſit cùm teſtator eam adſcribere nollet, inſtitutio præſens ſit, de quo tamen aliquandò latiùs. Porrò ſi verborum forma

71. l. cum tale §. 1. de cond. & de. 25. e. abbate de verb. ſig.

13. l. ſi ita fuerit §. fi. de ma. teſt.

9. l. quoties §. tantundem de ha. inſt. t. de cond. pend. nu. 34.

99. l. quidam teſtamento de le. 1.

9 *l. ſed niſi de indot.* ambigua ſit, neque de mente proferentis aliter conſtare poſſit, in dubio potiùs demonſtratio aut modus dicetur, quàm conditio.

TITVLVS QVARTVS

De Conditionum tacita repetitione.

SVMMARIVM.

1. *Vt de inſtitutione videatur repetita conditio ad ſubſtitutionem.*
2. *Vt de inſtitutione ad legatum factum eidem perſonæ.*
3. *An de inſtitutione ſervi videatur repetita conditio ad libertatem, & an ad legatum de ſervo.*
4. *An de libertate ad legatum de eodem ſervo.*
5. *An de libertate ad legatum factum eidem ſervo.*
6. *An de libertate ad inſtitutionem ſervi.*
7. *An de legato vel fideicommiſſo videatur conditio repetita in ſubſtitutione.*
8. *An de legato ad ejus repetitionem à ſubſtituto. Contrà communem ſententiam nova diſtinctio.*
9. *An ad legatum tranſlatum videatur repetita conditio.*
10. *An conditio tranſeat ad conjunctum.*
11. *An legatum caducum vel quaſi tranſeat cum ſua conditione remiſſivè.*
12. *An de uno legato ad aliud factum eidem.*
13. *Quid ſi creditori aut debitori conditionali legetur.*
14. *An generalis conditio ad totum teſtamentum pertineat.*
15. *Vt in contractibus dicta in præcedentibus, in ſequentibus videantur repetita.*

Di-

DIximus nos ſingulari capite de Conditionum tacita repetitione tractaturos, in quâ re neque fidem fallendam eſſe, neque cùm adſcribendæ conditionis hæc etiam ratio ſit, ad ullum commodius quàm ad ſuperius caput, hanc diſputationem connectendam eſſe putavi. Procedit autem hæc repetitio ex præſumpta proferentis mente, aut propter perſonarum aut rerum connexionem vel ſimilitudinem, ſermonis ſeriem & contextum: aut quòd verba vim quamdam habeant ϗ ἐνεργίαν repetendi, qualia hæc ſunt, *item: hoc ampliùs: ultra prædicta: &: Quod ſi*, & id genus alia. Per ſpecies itaque hæc res tractanda eſt.

1. Et primùm videamus de conditione adjecta in inſtitutione hæredis, ut in aliis cenſeatur repetita, ut ſubſtitutione ei factâ, aut ſi quid ei legatum ſit. Ponamus Titium hæredem ſcriptum eſſe, ſi navis ex Aſia venerit, & ſi hæres non eſſet, ſubſtitutum ei Sejum eſſe, an Titio mortuo vel repudiante hæreditatem, Sejus navem ex Aſia expectare debeat? *Cajus* non debere ſcribit: Si ſub conditione, inquit, hærede inſtituto ſubſtituamus, niſi eâdem conditio repetita fuerit, purè ſubſtitutus eſſe intelligitur. An autem id generaliter verum ſit, etiam ſi dandi conditio aliavè arbitraria inſtitutioni ſit adſcripta, à multis dubitatum eſt. Ego eorum ſententiam qui neque dandi conditiones repetitas à ſubſtitutis videri ajunt, veriorem eſſe arbitror. Itaque ſi Titius ſcriptus hæres ſit, ſi Sempronio centum dediſſet: Si hæres non eſſet, ſubſtitutus ei

73. l. ſub conditione de hæ. inſt. 73. l. ſi quis hæres ita de acq. hær. In d. l. ſub conditione l. quæ conditio de cond. & de. l. licèt Imperator. de le. 1.

2. Sejus ſit, ut Sejus hæreditatem adire poſſit, cen-

tum eum Sempronio dare non debere. Verùm in legato quod eodem teſtamento huic inſtituto datum ſit, ſi hæres non eſſet; videri repetitam conditionem, quæ in inſtitutione adſcripta fuit, communiter receptum eſt. Vndè cùm ſervus purè liber & hæres ſub conditione ex parte ſcriptus fuiſſet, & ſi hæres non eſſet, legatum ei datum; *Martianus* in legato repetitam cenſeri conditionem, quæ in inſtitutione adjecta fuit, *Divum Pium* reſcripſiſſe refert. Et *Scevola*, cùm mater filiam ex ſemiſſe hæredem inſtituiſſet, ſi cum cohæredibus ſuis de tutela ſua quam mater teſtatricis adminiſtraverat paria feciſſet, ac poſteà ei quædam legaſſet, omittente filiâ hæreditatem, ut tutelæ actionem retineret, legata quæ ei relicta fuerant, petere non poſſe reſpondit. Sed & *Papinianus*, cùm mater duos filios ſub emancipationis conditione ſcripſiſſet hæredes, eiſque ſingulatim quædam purè prælegaſſet, patrem quaſi repetitâ in prælegatis emancipationis conditione, à legatorum quoque commodo ſummotum eſſe aſſeverat. Ampliùs cùm avia nepotem ſub eâdem conditione ex parte hæredem inſtituiſſet, ac poſteà codicillis ita ſcripſiſſet: hoc ampliùs nepoti meo, quamvis eum hæredem inſtitui, lego prædia illa: emancipationis quoque conditionem repetitam videri dixit. Non obtinere hæc puto, ſi non ab initio, ſed poſteà conditio inſtitutioni adſcripta fuerit. Filiumfamil. teſtator ex parte purè hæredem ſcripſerat, eique reliquerat fideicommiſſum, poſteàque adjecit, eum ita hæreditatem aditurum, ſi à patria poteſtate liberatus eſſet: quæſitum fuit an fideicommiſſo eadem conditio adjecta eſſe videretur: *Scevola* reſpondit

76. l. avia de. cond. & de. 18. l. cum ſervus de cond. inſt.

l. ſi. §. ſi. de de dol. ma. excep.

69. l. duos mater, de cond. & de.

d. l. avia. d. l. cum ſervus.

27. l. filiusfa. quan. di. le. ced.

pondit non videri. Item fallit, ſi à ſubſtituto non autem à cohærede, ut in ſuperioribus, inſtituto legatum ſit. Nam *Vlpianus*; cùm teſtator Titium ita hæredem inſtituiſſet, cùm mater ſua moreretur, & ſi hæres non eſſet, ab eo quem ſubſtituerat reliquiſſet ei legatum, Titiuſque deceſſiſſet matre vivâ, hæredi ſuo deberi legatum reſpondit. Fallit
3. præterea in legato libertatis: conditio etenim quæ in ſervi inſtitutione adſcripta fuit, in legata eidem libertate repetita eſſe non cenſetur. Cùm ſervus, inquit *Vlpianus*, purè liber ſcribitur, & hæres ſub conditione, placet deficiente conditione habere eum libertatem. Quod igitur *Pomponius* ſcripſit ſervo libertate purè datâ & hæreditate ſub conditione, utrumque ex conditione pendere; *Iulianus* ita accipiendum eſſe tradidit, ut expletâ conditione liber hæreſque eſſet: deficiente autem conditione, perinde haberetur, ac ſi libertas ſine hæreditate ei data fuiſſet. Sicque *Vlpianus* ſcripſit, ſi in diem libertas, hæreditas autem ſub conditione ſervo data ſit, poſt diem exiſtente conditione ſervum liberum ſimul & hæredem futurum. Sed hæc ita accipere oportet, ſi ſervo cohæres datus ſit, ut hæreditas ex teſtamento adiri poſſit, aliâs enim & libertatem intercidere certum eſt. Quin hodie à *Iuſtiniano* conſtitutum eſt, ſi ſervus proprius à teſtatore hæres inſtituatur, libertatem omninò ei competere: ferendum enim non eſſe putavit quoſdam ita ſupinos eſſe, ut eundem ſervum & hæredem inſtituant, & ſine libertate eſſe velint. Porrò ſi ſervi inſtitutio ſub conditione facta ſit, & eodem teſtamento idem ſervus alteri legatus ſit, ita legatum ex inſtitutionis conditione

107. l. ab omnibus §. cum quidam de le. 1.

14. l. cum ſervus de man. teſt. 21. l. Trebatius §. 1. de hær. inſt. 22. l. & expleta. eo. t.

9. l. quoties §. fi. eo. t.

glo. in d. l. Trebatius. 5 l. quidam C. de neceſ. ſer. ha. inſt.

d. l. quidam §. fi.

pendebit, ut ſi illa extiterit, legatum deficiat. Se-
18. *l. ſi ſervus §. 1. de vulg. & pup. Vide 1. de cond. pend. effec. num. 78.* cundùm quæ *Vlpianus*, ſi ſervus Titio legatus impuberi cum libertate ſubſtitutus ſit, exiſtente conditione ſubſtitutionis, evaneſcere legatum ſcripſit, idemque fore, ſi poſt Titii mortem ſubſtitutus fuerit. Cæterùm ſi ſervo libertas ſub conditione directis verbis relicta fuerit, & idem 4.
ſervus purè alteri legatus ſit, legatum ſimiliter ex
71. *l. ſi poſt mortem §. 1. de le. 1.* defectu illius conditionis pendebit. Si ſervus, inquit *Cajus*, purè legatus fuerit, & ſub conditione liber eſſe juſſus ſit, ex contraria conditione pendebit legatum, ut ſi libertatis conditione pendente legatarius decedat, ad hæredem ſuum legatum tranſmiſſurus non ſit. Ponamus Stichum Titio legatum eſſe, deinde Sticho libertatem eſſe
40. *l. Julianus 4. de manu teſt.* datam, ſi navis illa rediiſſet. Ideoque ſi utroque caſu pendente, deceſſerit Titius, extinguetur legatum. Quòd ſi libertas per fideicommiſſum ſub conditione data fuerit, ipſe autem ſervus præſenti die Titio legatus, valebit quidem legatum, ſed non aliter eum hæres Titio tradere cogetur, quàm ſi caveat exiſtente conditione liberum eum
d. l. ſi poſt mortem §. fi. factum iri. In die idem obtinet, nam ſi ſervus purè Titio legatus ſit, & poſt mortem Titii liber eſſe juſſus fuerit, Titio poſt mortem ſuam legatus eſſe videbitur, & per conſequens inutile erit legatum, ut eleganter à *Cajo* notatum eſt;
67. *l. peculium §. fi. de le. 2.* aliter atque ſi per fideicommiſſum Titius poſt mortem ſuam legatum ſibi ſervum juſſus fuiſſet manumittere. De libertate autem proprio data ſervo ad legatum eidem ſervo relictum, conditio- 5.
nem repetitam tacitè videri, juri putamus conſentaneum, cùm ſine libertate nemo ſeruo ſuo le-

gare poſſit. Unde *Caliſtratus* cùm ita ſcriptum fuiſſet, Stichus ſi rationes reddiderit liber eſto, eique hæres meus damnas eſto fundum dare: de reddendis rationibus conditionem in legato repetitam videri reſpondit. Ampliùs *Labeo* etiamſi legatum in ſermonis præcedat contextu, idem fore putavit, uti hîc, Sticho ſervo meo hæres quinque dato, & ſi Stichus hæredi meo per biennium ſervierit, liber eſto, nam & hoc caſu legatum ex eadem conditione pendere ſcribit, & à *Trebatio* probatur; quod præſumendum ſit, teſtatorem voluiſſe in legato conditionem illam repeti ſine qua legatum fuerit inutile: cederet enim ejus legati dies inutiliter, quod proprio ſervo ſine libertate datum ſit. Non eſt diſſimile quod ajunt, ſi purè ſervus teſtamento manumiſſus ſit, pendeat autem libertas propter juris aliquod impedimentum, quæſtionem fortè adulterii vel ſimilem eodem modo legata ſervo relicta ſuſpenſa fore, ut *Papinianus* alibi notavit. Enimverò cùm hujus repetitionis cauſa ſit, quod ſine libertate ſervo proprio legari non poſſit, conſequens ſit, ſi cauſa ceſſet, ceſſaturam quoque repetitionem. Unde ſi ſervus qui ſub conditione liber eſſe juſſus fuerat, & purè legatum acceperat, à teſtatore vivo manumiſſus vel alienatus ſit, legatum ſtatim habebit aut domino acquiret, licèt dum moritur teſtator conditio libertatis extincta ſit, ut *Julianus* libro xxx. digeſtorum annotaſſe fertur. Planè ſi hic ſervus poſt defectum conditionis manumiſſus aut alienatus fuerit, ad irritum recidere legatum, ab eodem notatum fuit. Locum non habent quæ ſuperiùs dicta ſunt, ſi legatum in tempus liberta-

81. cum ſervus de cond. & de

29. l. qui concubinam §. cum teſtamento de le. 3.

78. l. cum filius §. ſervus de le 2.

38. l. qui filio §. pe de hær. inſt.

d. §. pe.

85. *l. Julianus noſter de cond. & de.*

tis collatum fuerit, ut ſi teſtator ſervum ſub conditione liberum eſſe juſſerit, & cùm liber erit, legatum dederit: hoc etenim caſu, ſi pendente conditione manumiſſus fuerit, non aliter legatum, quod ei cum libertate datum eſt, accipiet, quàm ſi conditioni libertatis paruerit, ut *Metianus lib. tertio fideicommiſſorum* notaſſe dicitur: idemque fore in emptore ſi alienatus ſit. Secundò ceſſat hæc tacita repetitio, ſi libertati adſcripta conditio tacitè inerat: veluti ſi ita ſervo ſuo teſtator libertatem dederit, ſi ſuus erit. Hæc enim tacitè

46. *l. ſi in diem §. 1. de cond. & de.*

ineſt, ut libertas directò dari poſſit. Unde cùm ſic à teſtatore ſcriptum eſſet: Stichus ſi meus erit liber eſto, Sticho centum do lego; ac teſtator vivus Stichum alienaſſet, *Paulus* legatum domino deberi dixit: id enim, inquit, in libertate danda expreſſit teſtator, quo futurum fuit, ut impediretur, etiamſi expreſſum non fuiſſet. Tertiò

93. *l. quaſitum §. 1. de le. 1. & d. l. Julianus noſter. de iſtu t. de cond. quæ ta. inſunt num. 47. & 56.*

ceſſat hæc repetitio, ſi teſtator dixerit ſe purè aut præſenti die ſervo legare, atque hoc caſu *Julianus* libertate ſervo ſub conditione datâ, aliâs utiliter, aliâs inutiliter eidem ſervo legari notavit. Nam ſi ea conditio libertatis fuerit, ut patre famil. ſtatim mortuo poſſit antè aditam hæreditatem exiſtere: veluti, Stichus ſi decem Titio dederit, vel ſi capitolium aſcenderit, liber eſto, utile legatum eſt. Quod ſi talis ſit, ut teſtatore ſtatim mortuo ante aditam hæreditatem impleri non poſſit: ut ſi hæc adjecta ſit, ſi hæredi decem dederit, ſi poſt aditam hæreditatem capitolium aſcenderit, inutile legatum erit. Hinc conſequens eſt neceſſario hærede ſcripto ſemper legatum hujuſmodi inutile fore, quia hîc inter mortem teſtatoris & hæredita-

reditatis acquiſitionem nullum tempus intermedium eſſe poteſt. Et idem ab *Vlpiano* notatum eſt. *8. l. nam cum libertas, quan. di. le. ced.*
6 An autem in inſtitutione ſervi proprii obtineat quod in legato diximus, ut libertati adjecta conditio, in inſtitutione repetita eſſe putetur, videamus: & arbitror idem eſſe juris: nam inutilis eſt hæc inſtitutio, ſi ſine libertate obtingat hæreditas. Vndè ſi ſervum meum purè hæredem ſcripſero, & ſub conditione juſſero liberum eſſe, differetur inſtitutio in tempus quo libertas data eſt. *l. 3. §. 1. de hæred. inſt.* Itaque ſi conditio in ſervi poteſtate ſit, niſi eam impleverit, neque hæreditatem, neque libertatem accipiet. Planè ſi fortuita ſit & defecerit, hæreditaſque ſolvendo non ſit: conſtituto jure ſervus liber & hæres eſſe cogetur; ſi ſolvendo ſit, libertatem quidem accipiet, hæreditas autem ut defectâ conditione, ad alium ex divi *Juſtiniani* conſtitutione tranſibit. *l. fi. C. de neceſ. ſer. hær. inſt.* Tantamque hæc repetitio vim habet, ut quamvis conditio de libertate codicillis adempta ſit, adhuc inſtitutioni inhærere dicatur. Vndè *Julianus* cùm ſervus purè inſtitutus fuiſſet, & liber eſſe juſſus; ſi intrà Calendas Decembres decem dediſſet, poſteaque codicillis purè ei libertas fuiſſet data, inſtitutionem tamen adhuc ex conditione pendere reſpondit. *38. l. qui filio §. 1. de hær. inſt.* Licèt enim codicillis conditio de libertate adempta fuerit, de hæreditate tamen in qua tacitè repetita erat adempta eſſe non putavit, uti nec codicillis adimi potuit. Porrò ſi adjecta libertati conditio inutilis ſit, in inſtitutione quoque nullam poteſtatem habere dicetur, non ſecùs atque ſuprà in legato ſcriptum eſt. Hinc ſi ſervum ſuum teſtator ita liberum eſſe juſſerit, ſi ſuus erit cùm morietur, & eundem ſub conditione

tione hæredem ſcripſerit, vivuſque eum alienaverit, emptoris juſſu præſenti die adire hæreditatem poterit, ut *Paulus* notat: quæ enim in libertate directè data ſupervacanea fuit conditio, in hæreditate poſteà ei data, ex tacita repetitione nihil operari debuit. Ampliùs etiam ſi utilis libertati adjecta fuerit conditio, & purè ſervus à domino hæres ſcriptus ſit, eâque pendente, ab eodem domino, venditus ſit, quoniam ceſſat repetitionis cauſa poterit ſervus emptoris juſſu, quamvis extinctâ libertatis conditione, adire hæreditatem: conſtitit enim inſtitutio, & eſt, qui jubendi poteſtatem habeat. Planè ſi defecta fuerit conditio priuſquam alienetur, utrique tam inſtitutioni quàm libertati extincta erit: neque poterit ſervus emptoris juſſu hæreditatem adire. Et hæc de iis repetitionibus ſufficiant, quæ de inſtitutione vel libertate fiunt, videamuſque de iis quæ de legato accipiuntur vel fideicommiſſo. Et ajunt conditiones legato vel fideicommiſſo adſcriptas, in ſubſtitutione ejuſdem perſonæ videri repetitas, licèt purè ſubſtitutio facta ſit. Teſtator Titium ex parte ſcriptum hæredem rogavit quædam reſtituere certis ancillis, cùm hæ manumiſſæ eſſent, & ſi hæres non eſſet Titius, eaſdem ancillas ei ſubſtituit: Titius hæreditatem repudiavit, an libertatis conditio in ſubſtitutione repetita eſſe cenſeatur, dubitatum fuit. *Paulus* repetitam eſſe reſpondit, in eumque caſum ancillas ſubſtitutas videri, in quem caſum legatum meruerunt. Cùm enim, inquit, ſervo alieno fideicommiſſum ab uno ex hæredibus ſub conditione libertatis datum fuerit, idemque ſervus eidem hæredi ſubſtituatur, licèt purè ſubſtitutio facta ſit, tamen ſub

46.l. fi. in diem §. 1. de cond. & de.

d. l. qui ſi filio ſ. pe.

d. §. pe.

85. l. latinus largus de leg. 2.

ſub eadem conditione ſubſtitui videtur, ſub qua
8 fideicommiſſum meruit. Diſſeramus ulteriùs quid juris in iis ſit legatis quæ à ſubſtituto repetita ſunt. Et in iſtis diſtingui ſolet, an repetitio tacitè per legem fiat, an verbis expreſſis per teſtatorem. Priore caſu repetitas videri ajunt, poſteriore ſecùs eſſe. Quæ diſtinctio etiamnùm ab omnibus interpretibus, ut arbitror, probata eſt, cùm tamen non habeant quò ſe à Marcelli quodam reſponſo excutere poſſint: hic autem cùm expreſſis à teſtatore verbis legata à ſubſtituto repetita fuiſſent, conditionem quoque repetitam forè reſpondit, ſi modò non talis ſit, quæ ipſam repetitionem legatorum vitiaret; ut ab hac communi ſententia diſcedere non ſim veritus, rectiuſque putem diſtingui poſſe, an extraneo vulgariter ſubſtitutum ſit, an filio impuberi. Priore caſu repetitam videri conditionem ſive per teſtatorem expreſſis verbis legata repetita ſint, ſive tacitè per legem: poſteriore non item, cujus ratio poſteà explicabitur. De priore expreſſa eſt *Papiniani* ſpecies. Extraneum inſtitutum teſtator rogaverat cum moreretur, prædia quædam libertis reſtituere, & ſi is hæres non eſſet, alium ſubſtituit: Cùm inſtitutus omiſiſſet hæreditatem, à ſubſtituto adita eſt: Quæſitum fuit an hic ad legata teneretur, & an ſtatim, an ſub eadem mortis conditione. Reſpondit *Papinianus* ſubſtitutum ea prædia debere reſtituere, verùm an ſtatim, an poſt mortem demum reſtituere d[illegible]voluntatis eſſe quæſtionem. Cæterùm conjectura à voluntate teſtatoris capienda inſtituti mortem expectandam eſſe. *Accurſius* inſtituti nomine ſubſtitutum contineri putat, *Bartolus* contrà. Porrò in hoc notandum eſt, quod de

79. l. cum pater §. ab inſtituto de le. 2.

55. l. ſi cui §. 1. de le. 1.

l. fi. de fid. lib.

d. §. ab inſtitu.

ex-

extraneo inſtituto ſe locutum eſſe, *Papinianus* ſtudioſè admonuit. In legis quoque tacita legati repetitione idem juris eſt. *Paulus* enim ſi extraneo hærede inſtituto ita exceptæ perſonæ legatum ſit: ſi hæredi x. dederit, quamvis acceptâ bonorum poſſeſſione contrà tabulas, legatarium tamen debere conditioni parere, eique decem dare qui contrà tabulas bonorum poſſeſſionem accepit. Et *Vlpianus*; ſi libertas ſub conditione data ſit, ſi decem dederit, & omiſſa fuerit teſtamenti cauſa, non aliter ſervum ad libertatem pervenire poſſe ſcribit, quàm ſi conditioni paruerit. In cohærede idem juris eſt atque in ſubſtituto. Vndè cum ſervo ita data libertas fuiſſet, ſi uxori teſtatoris ex parte ſcriptæ hæredi placuiſſet, eâque hæreditatem repudiante, tota ad filiam pertinere cœpiſſet: divus *Alexander* ſervum libertatem petere poſſe reſcripſit, ſi teſtatoris uxor non refragatur: quod tamen ita accipiendum eſſe *Accurſius* admonuit, ſi non juſtè refragatur: verba enim illa ſi placuerit, ad viri boni arbitrium referenda eſſe, aliàs oſtenſum eſt. In eandem ſententiam *Modeſtinus* eadem in ſpecie, ſervo juſtè petenti libertatem, uxorem contradicere non poſſe reſpondit. Porrò ſi à filio impubere hærede ſcripto ſub conditione legatum ſit, & à ſubſtituto legata repetita ſint, non videri conditionem repetitam eſſe, à *Paulo* traditum eſt. Ideoque ſi impubes, pendente conditione, deceſſerit, ſtatim à ſubſtituto legatum peti poterit [illegible] ſententia à *Iuliano lib.* xxx. *digeſt.* probata eſt; ut tamen non referre putarim, ſive ſubſtituto locus fiat ex pupillaribus tabulis, ſive ex vulgari ſubſtitutione tacitè comprehenſa in expreſſa pupillari: neque hæc

15. l. is qui §. de le. praeſt.

6. l. quia autem §. fi. ſi quis om. cauſa teſt.

8. l. cum præponas de fide. lib.

glo. ibi.

14. l. Lucius Titius de fide liber.

55. l. ſi cui de le. 1.

83. l. ſi fundum §. ſi pater eo. t.

hæc varietas ratione caret. Nam quòd ab impuberis ſubſtituto legata ſine conditione priore repetita eſſe cenſeantur, ea poteſt ratio aſſignari, quòd teſtator non eandem affectionem habuiſſe præſumatur ergà ſubſtitutum atque ergà impuberem; quo fit ut hunc minùs gravarit, adjectâ ſcilicèt gravamini conditione, quàm ſubſtitutum, quæ differentia in extraneo inſtituto ceſſat. Idque maximè verum erit, ſi ſic ab impubere legatum fuerit, ſi ad pubertatem perveniſſet; hîc enim quamvis à ſubſtituto expreſſè legatum repetitum fuerit, repetita tamen conditio videri non poteſt, quæ legatum inutile faceret, ut *Martianus* notavit: multoque magis procedet, ſi in ipſa inſtitutione ſupervacanea conditio fuerit aut inutilis. *Paulus* cùm à poſthumo legatum fuiſſet ſi hæres erit, non nato poſthumo, ſubſtitutos ad legata teneri reſpondit, quamvis poſthumus hæres non extitiſſet. Quod igitur *Vlpianus*, ſi à filio pupillo hærede inſtituto cùm is in tutelam ſuam veniſſet, legatum ſit, & à ſubſtitutoũ repetit, filio impubere mortuo, ſecundum hæredem ad legati præſtationem ſcripſerat non teneri, haud immeritò tam *Sextus* quàm *Pomponius* reprehenderunt, niſi fortè hoc modo repetitio facta ſit, quæ à filio meo legavi hæres meus ijſdem diebus dato. Sed quid ſi teſtator & impuberes liberos & ſimul extraneos hæredes ſcripſerit, & in univerſum ab hæredibus legata ſub conditione reliquerit, eiſdemque ſubſtituerit legatis repetitis? Arbitror conditionem repetitam videri, ſi repetita non vitiet. Hocque habet *Marcelli* reſponſum, cujus ſuprà memini: ſic enim teſtamento ſcriptum fuerat. Si quis mihi ex Paula quæ uxor mea fuit, intrà decem menſes natus na-

116. l. ſervo alieno §. pe. eo. t.

129. l. ab exheredati §. 1. de le. 1.

32. l. ſi quis à filio eo. tit.

l. fi. de fidei liber.

tave erit, ex ſemiſſe hæres eſto. Cajus Sejus ex ſemiſſe hæres eſto. Stichum & Pamphilum ſervos, & Erotem & Dyphilum peto & fidei hæredum committo, ut cùm ad pubertatem liberi mei pervenerint, manumittant. Quòd ſi mihi liberi nati non erunt, aut intrà pubertatem deceſſerint, tunc hæredes ex paribus partibus ſunto Mutius & Mevius. Legata quæ priore teſtamento quo filios & Sejum inſtitui, reliqui: præſtari volo & à ſequentibus hæredibus. Deinde codicillis ita cavit Lucius Titius hæredibus primis & ſecundis Salutem. Peto, ut ea quæ teſtamento cavi, legavi, præſtetis. Cùm liberi nati non fuiſſent, quæſitum fuit, an ſervis confeſtim libertates deberentur. *Marcellus* reſpondit hanc quidem conditionem, cùm ad pubertatem pervenerint, repetitam non videri in ſubſtitutis, qui admitti ad hæreditatem non poterant ſi fuiſſet adimpleta. Verùm ſi alterius generis fuiſſet conditio, expectandam eſſe. Et quid apertiùs dicere potuit, ut oſtenderet in legatis à ſubſtituto expreſſè repetitis, conditiones quoque regulariter repetitas videri ſi non talis ſit, quæ relictum vitiaret, veluti hæc: ſi decem dederit, aut ſi navis ex Aſia venerit. Planè ſi ſervo ab impubere ſub conditione legato, à ſubſtituto libertas data ſit, impubere pendente condi-
83. *l. ſi* tione mortuo, ſervo competere libertatem *Iulia-*
fundum *nus* ſcripſit: ſi verò filius ad pubertatem pervene-
§. fi. de. le. rit, exiſtente conditione vendicari poſſe.
1.

De legato tranſlato videamus. *Hermogenianus*, 9
Si legatum ſub conditione relictum ſit, & ad alium tranſlatum, ſi non conditio perſonæ cohæreat, ſub eadem conditione tranſlatum videbitur. Vndè cùm

cùm ita ſcriptum fuiſſet, peto Septicia, ut filio meo cum annorum XVI. factus erit, prædia illa reſtituas; ſi ad eam ætatem non pervenerit, Publio Mevio, & Cajo Cornelio: filiuſque anno XV. deceſſiſſet, *Marcellus* ſubſtitutis non eſſe reſtituenda prædia reſpondit, priuſquam tantum temporis effluxiſſet, quo filius ad XVI. annum perveniſſet, quòd veriſimile eſſe non putaverit voluiſſe teſtatorem maturiùs prædia ad ſubſtitutos pervenire, quàm ad ipſum filium. *Serbidius* tamen *Scevola*, cùm teſtator pecuniam legatam alumno, apud Sempronium eſſe voluiſſet, donec alumnus ad XX. annos perveniſſet, certis interim alumno præſtandis uſuris: ac deinde ſi alumnus ſine liberis deceſſiſſet pecuniam Septicie dari voluiſſet; alumno intrà XX. annum mortuo; præſenti die Septiciæ pecuniam reſtituendam eſſe reſpondit. Sed hîc in priore legato conditionem nullam fuiſſe palàm eſt; imò præſens fuit legatum, licet præſtatio in rem alumni in tempus dilata fuerit. Generaliter itaque cùm legatum ſub conditione datum transfertur, ſub eadem conditione tranſit, niſi ut dictum eſt perſonæ conditio cohæreat prioris legatarii: veluti ſi quis quod uxori in tempus liberorum legaverat ad alium tranſtulerit: conditio etenim de liberis hîc repetita non videbitur, ut *Pomponius* admonuit. Quin ſi ad fiſcum legatum tranſierit, cum ſua conditione tranſiiſſe putabitur, ut *Paulus* notat. De conjuncto videndum eſt, an in hoc conditio repetita eſſe cenſeatur, quæ alteri conjuncto adjecta eſt: & non videri repetitam magis eſſe putant. Nam cùm ita teſtamento ſcriptum fuiſſet: Sejo ſi mihi hæres non erit; & uxori ejus Mar-

36. l. publius §. 1. eo. t.

62. l. à filia §. 1. ad Trebell.

24. l. legatum de edi. leg.

59. l. in fa. cto §. 1. de cond. & de.

& in deficiente conditione dicetur. Verùm il-
d quæri hic poteſt, an de uno legato, ad aliud
ctum eidem perſonæ, cenſeatur conditio repeti-
? quod non putamus, niſi cohæreant dictione 107. l. liberos de
iquâ quæ repetitionem ſapiat. Sic etenim in cond.& de.
odo: *Scevola*, cùm teſtator libertis ità domum
gaſſet, ne de nomine ejus exiret, ac eiſdem eo
npliùs fundum: hoc, ne de nomine ejus exiret, 61. l. in re petendis de. le. 3.
fundo legato repetitum videri reſpondit, pro-
ter dictionem, eò ampliùs. Sic verba hæc: item
are damnas eſto & ad conditiones, & ad dies le-
atorum repetendas pertinere *Sabinus* notavit, ut
Iuliano relatum eſt. Non eſt diſſimile quod 20. l. Sejo. §. Cajo de fundo inſt.
cevola in hoc legato reſpondit: Cajo Sejo fun-
os meos illum & illum do lego, ita ut inſtructi
unt, & domum ſuperiorem dari volo: domum
uoque inſtructam legatam videri. Porrò ſi is 15. l. idem eſt de lib. leg.
ui ſub conditione debet, creditori ſuo leget:
onditionem remittere videri ab *Vlpiano* notatum 19. l. cum
ſt. Idemque fore ſi debitori quod ſub conditione fine §. fi. quando di. le. ce.
lebet legatum ſit, *Julianus* ſcripſit.

Cæterùm *Labeo* conditionem quæ ad genus 39. l. quæ. cond. de cond. & de.
erſonarum non autem ad certas & notas refer-
ur, totius eſſe teſtamenti admonuit, & ad om-
es hæredes inſtitutos pertinere: quæ autem ad
ertas perſonas accommodata eſt, ad eum dum-
axat gradum referri, quo hæ perſonæ inſtitutæ
unt. Sic alibi dicitur verba hæc: ſi præmiſſa vera 25. c. olim de reſcrip.
unt, nedum ad proxima, ſed ad omnia quæ præ-
edunt referri. Atque in contractibus quæ in l. item quia de pac. d. §. Cajo d. l. in repet.
præcedentibus adjecta eſt conditio, in ſequen-
ibus repetita eſſe creditur, ſiquidem inter ſe co-
hæreant, extraneaque non intercedant, & con-
F ditio

ditio utrique conveniat, neque ejus repetitio actum vitiet. Plerumque, inquit *Paulus*, quæ in præfationibus convenisse concipiuntur, etiam in ſtipulationibus creduntur repetita, ſi tamen non ex ea repetitione inutilis fiat ſtipulatio. Et in his de teſtamentis ad contractus argumentum ſumi ſolet. Sed & in caſu repetitionem neceſſariam eſſe ajunt, ſi videlicèt ſequens pactum inutile futurum ſit, niſi præcedentis conditione repetitâ. In conſtituto quoque *Paulus*, ſi id quod ſub conditione debetur purè conſtituatur, ex conditione tamen conſtitutum pendere reſpondit. Atque hæc de conditionum tacita repetitione ſufficiant.

126. l. ſi ita ſtipulatus §. chriſogonus de verb. ob. l. cum patrem C. de cond. inſt. l. licet imperator de le. 3. l. Titia §. idem reſpondit de ver. ob. & inſt. ad le. Aqui §. pe. 11. l. cum pater de pac. dot. 19. l. id quod ſub. de conſt. pe.

PHI-

PHILIBERTI BRVSSELII DE CONDITIONIBVS LIBER SECVNDVS.

TITVLVS PRIMVS
De pendentis conditionis effectu.

SVMMARIUM.

1. *Quæ pendentis conditionis, generalis in contractibus vis ſit.*
2. *Pendente cōditione contractus informes eſſe.*
3. *Medios fructus venditoris eſſe.*
4. *Venditori rem perire conditione pendente, & ut id accipiendum ſit.*
5. *Ad venditorem cuſtodiam & impenſas pertinere.*
6. *Cujus damno res interim deterior fiat.*
7. *Contractus ad hæredes tranſire.*
8. *In pignoribus quæ pendentis conditionis vis ſit.*
9. *In acceptilationibus quid operetur pendens conditio.*
10. *Quid in conſtituto.*
11. *Quid in compromiſſo.*
12. *Quid in nuptiis.*
13. *Quid in reſcriptis.*
14. *Quid in ſententiis.*
15. *Quid in poſſeſſione aut transferenda aut amittenda.*

16. *Vſucapionem non tranſire.*

17. *An ex contractu conditionali, purè facta traditio, dominium ſtatim transferat, aut uſucapiendi cauſam: nova contrà omnes ſententia.*

18. *Quid in præſcriptionibus?*

Pacto de retrovendendo, an xxx. annis præſcribatur.

19. *Interim novationem non fieri.*

20. *An pendente novationis conditione, ex prima oblatione agere liceat.*

21. *An ſubjecta pœna ſtipulatio, principalis rei petitionem impediat, ſive an novet primam. Nova ſententia.*

22. *An per ſecundam ſtipulationem interpoſitam novandi animo, mora præcedens ſtatim purgata ſit.*

23. *Pendente conditione actionem non eſſe.*

24. *An mora pẽdente conditione contrahi poſſit.*

25. *An ſolutum pendente conditione condici poſſit.*

26. *Quæ ſit adverſùs eum pœna, qui pendente conditione egit.*

27. *Quibus caſibus pendente conditione actio admittatur.*

28. *An creditori conditionali ſolvi poſſit.*

29. *An pendente conditione creditor quis vel debitor rectè appelletur.*

30. *Per conditionem contractus nonnunquam utiles fieri.*

31. *Alienari poſſe quæ ex conditione pendent.*

32. *In inſtitutionibus conditiones improprietatem non inducere.*

33. *Secundum teſtamentum conditionale rumpere primum.*

34. *Quid ſi deſtinata conditio, adſcripta teſtamento non ſit, aut contrà adſcripta cùm teſtator noluerit?*

35. *Sub conditione inſtitutum interim adire non poſſe.*

36. *Inſtitutum, ut rectè* ad-

adeat conditionem ſcire debere,& an extiterit.
37. Inſtitutum interim nec agere nec conveniri poſſe.
38. An ex parte purè & ex parte ſub conditione inſtitutus, ſtatim adire poßit.
39. Vt adeunda ſit hæreditas uno ex parte purè, alio ex parte ſub conditione ſcriptis hæredibus.
40. Hæreditatem interim neque delatam videri, neque ad hæredē tranſmitti.
41. Hærede antè conditionem moriente, ad quem deferatur hæreditas.
42. Pendente conditione hæreditatem repudiatione non amitti.
43. Pendente conditione hæredem ad bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas admitti.
44. An bonorum poſſeſsio ſecundùm tabulas pendente conditione, repudiari poßit.
45. In exhæredatione quæ pendentis conditionis vis ſit.
46. Vt conditionalis legati dies cedat.
47. Vt cedat dies legati alternativi, cujus una duntaxat pars conditionem habet.
48. Legatarium pendente conditione actionem non habere.
49. Legatarium interim inter creditores non eſſe.
50. Pendente conditione legatum repudiari non poſſe.
51. Legatarium interim decedentem nihil ad hæredem ſuum tranſmittere.
52. Idem eſſe in fideicommiſsis.
53. An hæreditas pendente conditione fideicommiſsi rectè reſtituatur.
54. Ad quem tranſeat legatum caducum.
55. An legatum caducum vel quaſi tranſeat cum onere.
56. An conjunctus cui purè legatum eſt, pendente alterius conditione, poßit ſolidum petere.

7. *An is qui hominem vendidit, teneatur de evictione ſi ſtatuliber ſit. Et quid ſi aliam pro alia conditionem dixerit.*

78. *An ſervus cui libertas data eſt, in eodem teſtamento alteri legari poſſit.*

82. *Legata quædam propter conditionem valere, quæ aliàs inutilia eſſent.*

De Catoniana regula.

83. *In tutoris datione quæ conditionis pendentis vis ſit.*

Poſt definitam conditionem, ac demonſtratis ejus ſpeciebus & iis quæ actum conditionalem faciunt, ſive expreſſè, ſive ex tacita repetitione, juſta rerum ſeries expoſtulat, ut de conditionis viribus ac poteſtate diſſeramus. Quod ſanè caput tanto accuratiùs tractandum eſſe credidi, quanto cujuſque rei finis, cæteris ejus dignior eſt partibus. Et cùm alius pendentis atque exiſtentis, & rurſùs alius deficientis conditionis effectus ſit: nec idem in contractibus operetur quod in teſtamentis, de ſingulis ſeparatim dicendum eſſe arbitratus ſum.

Pendentis autem conditionis vis in contractibus (ut hinc exordiamur) ſummatim hæc eſt, quòd contractum informem ac imperfectum facit. Non quidem ut contractum omninò non eſſe, dicere queamus, ſed quaſi non contractum eſſe, ut alibi *Vlpianus* notat. Conſtat enim quamvis conditione adſcriptâ neutri contrahentium altero invito à contractu diſcedendi poteſtatem eſſe, etiamſi res interim facta ſit deterior vel melior. Quin venditorem rem diligenter cuſtodire debere, ut ſi interim dum emptionis venditioniſque pendet conditio,

l. 1. §. ſed & cuſtodiam de peri. & commod. glo. in l. neceſſario §. ſi ita, eo t. & in l. 1. l. eo. t. & in §. 1. inſt. de emp. & ven.

l. 2. & 3. de peric. & commod. res vend. tio, culpâ ejus perierit; licèt extinguatur contractus præſcriptis verbis, teneatur emptori quanti ejus interſit probè cuſtoditam fuiſſe. Ipſum quoque locum ubi initus eſt contractus, & tempus quo convenit ſpectanda eſſe ajunt, quamvis alio aut loco aut tempore conditio extiterit: Vt ſi gabella quam vocant de contractu ſolvenda ſit, impletâ conditione, ibi ſolvendam eſſe dicant, ubi contractum eſt, illique Publicano vel Gabellario qui eo tempore fuit, cum ſub conditione contraheretur. Et ſi ſtatutum dicat non eſſe ſolvendam gabellam de contractu facto in nundinis, ad contractus quoque conditionales extendendum id putant, quamvis conditio poſt nundinas extitiſſet: & ſi ſuper rebellium bonis contrahi vetitum ſit, neque ſub conditione id facere licere, nec excuſare quòd conditio poſt tempus rebannitionis extitiſſet. Et ut alibi *Paulus* ſcribit, quamvis ſub conditione ſtipulatio facta ſit, ex præſenti tamen die vires accipit. Quo fit ut nec ſub conditione ſervus hæreditarius uſumfructum ſtipulari poſſe dicatur, quòd is ſine perſona eſse nequeat; neque juvare, quòd adiri poſſit hæreditas priuſquam exiſtat conditio, quia præſentis diei ratio habenda eſt, etiam ſi ex conditione petitio ſuſpenſa ſit. Quin generaliter ex ſtipulatione filiifam. & ſervi utcunque ii contraxerint, etiamſi ſtipulationem contulerint in alienationem vel manumiſſionem, patri tamen vel domino acquiretur actio, quia poteſtas cùm contraherent eorum fuit, ut idem ait *Paulus*, alioque loco magis ad id idoneo, latiùs de hoc agemus. Denique ſi die feriatâ contrahere lex vetet, & ſi contractum ſit, nullum eſſe

glo. in l. ſi uxor de judic. firma in trac. gabell. parte 61.

Bal. in l. 1. c. de nund.

Jaſ. in l. filiusfam. de ver. ob.

26. l. uſusfructus de ſti. ſe.

l. ſi filiusfamil. ver. ob.

l. fin. de ſtip. ſervo.

ſe conſtituat: nemo, ut arbitror, dixerit tenere
ntractum qui tunc factus ſit, propterea quòd
ſteà conditio extitiſset, ſub qua fortè contra-
um fuit. Et *Paulus* æs alienum, quod manente
cietate ab altero ſociorum ſub conditione con-
actum ſit, quamvis eâ pendente ſocietas diſso-
ta eſset, de communi ſolvendum eſse tradidit: *27. l. omne*
aliis nonnullis caſibus initium contractûs ſpe- *as pro ſo.*
andum eſse infrà oſtendetur. Enimverò utcun-
ue hæc, interim tamen dum pendet conditio, in-
ormis ac imperfectus contractus eſse dicetur,
on ſecùs quàm corpus in quo deſideratur anima,
nperfectum dicimus. Adeoque nullam ex hujuſ- *13. l. bo-*
nodi contractu actionem competere putant, ut *vem. §. ſi*
éque redhibitoria interim dum conditio pendet, *ſub, de ædil.*
mptori agere licere à *Paulo* notatum ſit: quia,
nquit, emptio quæ nondum perfecta eſt, judicis *l. 1. §. 1.*
rbitrio perfecta fieri non poteſt. Secundùm hæc *de do.*
lpianus non propriè donatum aut venditum eſse *32. l. non*
ripſit, quod ſub conditione donatum eſt, aut *videtur,*
enditum; ut de tali contractu neque gabella, *de mort.*
eque laudimia ſint ſolvenda antè conditionis *cau. don.*
xitum, neque conſanguineus ad retractum ad- *7. l. hæc venditio,*
nittendus, licèt in hoc diverſæ ſint ſententiæ. *de cont. empt.*
Hiſce conſequens eſt, medios fructus ad vendito- *Guid. Pa.*
em, non autem ad emptorem pertinere, quòd *conſil. 126.*
deò verum eſſe *Paulus* exiſtimavit, ut etiamſi res *Tiraq. in*
mptori interim tradita fuerit, adhuc fructus an- *§. 1. glo. 2. de retr.*
è conditionem perceptos, ad venditorem perti- *8. l. neceſ-*
ere putarit, quam ſententiam *Pomponius* & *Vl- ſario de pe-*
ianus probaſſe viſi ſunt. Et *Copus* veram eſſe ſcri- *ricu. &*
it: & ego quoque veram puto, licèt per tradi- *commod. rei vend.*
ionem factam conditione pendente plerique do-
ni-

Infrà. nu. minium exiſtimarent tranſlatum eſse. De quo po-
17. ſteà latiùs. Et arbitror ad hos fructus non ex vendi-
20. l. apud Labeonem. de præſcrip. ver. to, ſed præſcriptis verbis agendum eſſe. Cæterùm 4.
quamvis in puris venditionibus periculum omne ſtatim ad emptores tranſeat; in conditionalibus ta-
d. l. neceſ-ſariò. menſi res interim pereat, venditori periiſſe dicetur: quia perimitur contractus, & pretium petere venditor non poteſt. Si pendente conditione, inquit *Paulus*, res extincta fuerit, emptio perimitur.
d. l. apud Labeonem. Quemadmodum ſi argentum vaſcularius ad te detulerit, ut ſi placuiſset intrà certum diem, emeres, ac interim ſine dolo malo tuo perierit, vaſcularii detrimentum eſse dicimus. In donatione inter
28. l. ſi id q. de don. inter vir. & uxo. virum & uxorem idem à *Paulo* traditũ eſt. Si id, inquit, quod donatum eſt perierit, vel conſumptum ſit, ejus qui dedit, eſt detrimentum: haud immeritò; quia ejus manſit, ſuamque rem is qui donabat perdidit. Undè ad Leontium divi *Diocletianus* & *Maximianus*: Cùm ea ſpecies, quam vendidiſti, igne abſumpta ſit, ſi venditionem conditio nulla ſuſpenderit, amiſsæ rei periculum te non aſtringit: quaſi dicerent, ſi adjecta ſit conditio, periculum ejus venditoris eſſe. Hinc ſi antè nuptias mancipia
l. plerum-que §. pe. nul. de jur. do. & l. ſi mancipia eo. tit. æſtimata in dotem data deperierint, mulieri periiſſe ab *Vlpiano* traditum eſt. Cùm enim, inquit, conditionalis ſit venditio, pendente conditione mors contingens eam extinguit. Quod ita accipiendum eſt, ſi tota perierit, aut amplior ejus pars, ſic enim tota extinguitur emptio. Sin verò vel dimidia pars, vel minor quàm dimidia perierit, coarctandum emptorem putem venditionem adimplere pro ratione partis quæ ſupereſt, eaque boni viri arbitrio, ſecundùm pretium conventum æſtimanda;

parte ſublatâ contractu extincto: ut hîc idem ju-
s in parte ſit ratione partis, quod in toto reſpectu
otius. Exemplo ejus quod à *Neratio* in domo exu-
a cùm venderetur reſponſum fuit. Itaque ſi fundi 57. *l. domum de*
ſ menſuram venditi pars inundatione aut chaſma- *cont. emp.*
e antè menſuram perierit: ſi quidem pars major
erierit, totus contractus extinctus erit, ut fundi
omine emptor agere non poſſit: ſi minor dimi-
ia, in ea parte quæ periit, in reliqua venditione
ubſiſtente. Sicque accipiendum puto quod *Scevola* *d. l. ſi in*
b.vij. digeſtorum *Iuliani* notaſſe fertur. Ampliùs, *vend. §. 1.*
hæc dimidia commodè diſtingui non queat, ma- *de peric. & con. rei ven.*
is eſse putem totum perire contractum. Nam &
Martianus regularum lib. iij. Si duos quis ſervos
merit pariter uno precio, altero antè venditionem
nortuo, neque in vivo conſtare emptionem ſcrip-
t. In quo reſponſo quidam codices pro venditio- 44. *l. ſi duos, de*
is verbo traditionem habent, quam lectionem *cont. emp.*
robandam non puto. Neque hîc arbitretur quis
ne latere, uti hoc ipſum reſponſum *Accurſius* inter-
retetur: ejus videlicèt rationem in eo conſiſtere,
uòd emptor alterum ſervum empturus non fue-
it. Sed mihi hoc commentum prorsùs diſplicuit.
Hæc quæ diximus obtinent, niſi aliud inter con-
rahentes convenerit. Planè ſi pactum ſit rem inte-
im emptoris eſſe periculo, valere pactũ *Pomponius* 10. *l. ſi in*
otavit, ut tunc vel totâ re interim ſublatâ manere *venditione, de peri.*
ontractum putem, emptoremque ad pretium ſol- *& com.*
endum compelli posse? Sed etſi culpâ alterius res *l. 2. & 3.*
erierit, teneri eum putem, ut etiam, quemadmo- *eo. tit.*
um ſuprà dictum eſt, venditor in rei cuſtodia exa-
ctiorem diligentiam præſtare teneatur, quàm in
uis, hoc eſt, qualem bonus paterfam. ſuis rebus
dhibet, qualemque ij quibus res commodata eſt.

Si

Si quid igitur per ejus culpam deperierit, tenebitur ad intereſſe. Quòd ſi id emptoris dolo contigerit, ipſum haud ſecùs ad pretium ſolvendum compelli poſſe putem, atque ſi res extaret: hiſceque caſibus non ex empto, vel vendito actionem eſſe, quæ reverà necdum ulla eſt, ſed præſcriptis verbis. Vndè ſi vaſcularius hoc quo ſuprà diximus modo argentum ad te detulerit, ut ſi placuiſſet intrà certum tempus emeres, & cùm diſplicuiſſet, intrà tempus ſervo tuo referendum tradidiſſes, culpam ſervi te præſtare debere *Labeo* notavit, & præſcriptis verbis actionem ad hoc competere: neque diverſum in ſtricti juris judiciis obſervabitur. De impenſis igitur pro rei cuſtodia faciendis, non eſt quod dubitemus hos à venditore ferendos eſſe: tametſi *Vlpianus*, ſi mortis cauſâ donatus fundus extet, & in eum impenſæ neceſſariæ factæ ſint, fundum vendicanti, doli mali exceptionem opponi poſſe tradiderit, niſi pretium impenſarum reſtituat. Sed hoc de impenſis à donatario re interim traditâ factis intelligendum puto. Circà rei verò 6.
deteriorationem aliud atque in interitu obſervandum eſt: Nam *Paulus*, ſi exiſtente conditione res extiterit, licèt deterior facta ſit, interim dum conditio pependit; eâ tamen exiſtente, damnum emptoris eſſe ſcribit, quia, ut arbitror, ab emptione hâc de cauſâ diſcedere non poteſt. Planè ſi quid per culpam venditoris acciderit, actionem ejus nomine adverſùs [redacted]eſſe [redacted]itorem. Sed quæ tandem ratio eſt, quòd interitûs periculum ad venditorem, deteriorationis verò ad emptorem ſpectat? Sanè eam rationem eſſe dicunt, quòd exiſtens conditio retrò ad initium trahitur contra-

35. l. quod ſæpe. §. ſi res, de cont. emp.

20. l. apud Labeonem, §. ſi. de præſcrip. ver.

l. ſi eum, §. 1. ſi quis caut.

l. ſi fidejuſſor, de dol. ma.

14. l. ſi mortis, de mort. cauſ. donat.

d. l. neceſſariò.

ûs, idque fieri non poſſe, re nullâ exiſtente, cùm
on habeat in quo pedem figat, aut in quo con-
actum perficiat, neque poteſt emptio & venditio
ne re quæ veneat intelligi, ut *Pomponius* notavit. *8. l. nec emptio, de*
t *Paulus*, licèt conſenſum fuerit in corpus, ſi id *cont. empt.*
amen in rerum natura antè venditionem eſſe deſie- *15. l. & ſi*
t, nullam emptionem eſſe ſcripſit. Itaque cùm *conſenſum*
ontractus ad eum caſum pervenit à quo incipere *eo. tit.*
on poteſt, nimirùm ſi perimatur contractus: in
ipulationibus idem juris eſt, nam & hæ perimun-
ur ſi pendente conditione res extincta fuerit. A-
ud ſanè eſt cùm res extat, licèt deterior facta ſit; *d. l. neceſ-*
æc enim diminutio ſicut, augmentum & acceſsio *ſariò.*
ei cohærent, & rem ſequuntur. Et quemadmo-
um ſi quid pendente conditione venditæ rei per
lluvionem accreverit, lucro id eſt emptoris (nam
& hoc in legatis obſervatur) ita ſi interim dete- *24. l. quod*
ior fiat, ejuſdem emptoris damno cedere æquum *in rerum*
uit. Neque hîc par ratio eſt atque in fructibus, *§. ſi quis*
quos dominos ſequi & ab ipſa re prorſùs ſeparatos *de le. 2.*
eſſe, notiſſimum eſt. Non eſt diſſimile quod in
lote traditur, cujus fructus durante matrimonio
perceptos, ad maritum pertinere dicimus, quæ au-
tem accedunt vel decedunt, dotem augere, aut
minuere. Atque ea eſt hujus emptionis conditio-
nalis (licèt informis ſit) natura & effectus. Secun-
dùm hæc, ſi ſub conditione quid emptum fuerit;
queraturque emptor ſe ultrà dimidium juſti pretii
deceptum eſſe, re interim deteriore factâ, non au-
diendum putem, cùm hoc damnum ejus ſit. Idem- *59. l. quo-*
que econtrariò in venditore obſervandum eſſe re *ties, de*
factâ meliore, aut ſi ejus æſtimatio aucta vel dimi- *ver. ob.*
nuta ſit, tametſi pretium rei ſecundùm diem exi- *J. de cond. exiſt. au. 6.*

ſtentis

ſtentis conditionis æſtimandum eſse non me lateat ſed hoc diverſo eſt reſpectu, ut æſtimetur videlicet quanti temporis interſit, rem tradi. Cæterùm licèt contractus informes ſint tantiſper dum conditio pendet, ut *Juſtinianus* ex ſtipulatione quæ ſub conditione facta eſt, non deberi quod promiſsum eſt, ſed duntaxàt ſpem eſse debitum iri ſcripſerit, hanc tamen informitatem & ſpem utrinque ad hæredes tranſire placuit, ut ſi pendente conditione, contrahentium alter vel etiam uterque in humanis eſse deſierit, non pereat tamen contractus qualis qualis is fuerit, ſive ſtricti juris, ſive bonæ fidei. Si quis, inquit *Iulianus*, decem dare ſpoponderit, ſi Titius conſul factus fuerit, quamvis pendente conditione promiſsor moriatur, relinquit tamen hæredem obligatum: ut etiam non referre *Vlpianus* exiſtimaverit, ſive vivente eo, ſive mortuo, Titius conſulatum adeptus ſit. Et in dote idem reſpondit, ſi res alicui tradidero, ut nuptiis ſecutis dotis efficiantur, & antè nuptias deceſsero. Nam & hîc etiam nolente hærede meo, dominium ipſo jure ad maritum tranſibit. Item ſi quis à laico de alieno feudo ſub conditione inveſtitus fuerit, etiamſi præmoriatur inveſtitor, ſive inveſtitus, veniente poſteà conditione effectum res ſortietur, quamvis in Eccleſiaſtico inveſtitore præmoriente aliud obſervandum ſit: hîc enim ſucceſſorem ſuum ex conditione obligare non potuit. Quin ſi quis ita ſtipulatus ſit: Si navis ex Aſia venerit, mihi, aut poſt mortem meam Lucio Titio dare ſpondes? naviſque poſt mortem meam ex Aſia venerit; non Titio, ſed hæredi meo dari oportere, reſponſum eſt. Sed & hanc ſpem ad fiſcum tranſire *Paulus* ſcri- 7.

Inſtit. de ver. ob §. ex conditionali. & inſti. de inut. ſtipu. §. cum quis. d. §. ex conditionali & d. l. neceſſario. 57. l. ſi quis, de ob. l. 2. §. ſi pecuniam de donat. 10. l. ſi ego. §. 1. de in dot. c. 1. qui ſucceſ. ten. & c. mo. ſue. cont.

23. l. cum pater filia, de pac. dota. 59. l. in facto. §. 1. de cond. & demon.

ribit. Et extat apud *Vlpianum* ejus argumenti ſpe- *26. l. inter*
es talis. Pater dotem, quam pro filia dederat, ſibi *ſocerum. §.*
ddi ſtipulatus fuerat, ſi filia nupta conſtante ma- *fin. de pac:*
imonio mortem obijſset: pater capitali crimine *dota.*
mnatus eſt, deindè mulier in matrimonio deceſ- *14. l. quo-*
: quæſitum fuit ad quem dotis actio pertineret: *ties, §. de*
ad fiſcum tranſiiſſe, reſponſum eſt. Sed obtine- *nova.*
id putant, in ſtipulatoris perſona dumtaxàt, *glo. in l.*
on autem in perſona promiſſoris. Nam alibi *non ad ea,*
arcellus, ſi promiſſoris perſona deportata pen- *de cond. &*
nte conditione fuerit, ne quidem exiſtente con- *de. Alber.*
tione committi ſtipulationem tradidit; ut ſi no- *in 3. parte*
ndi cauſa interpoſita fuerit, novatio non ſequa- *ſta. q. 22.*
r: cujus eam dicit rationem, quòd perſona deſit *Nellus de*
æ obligetur. Sunt tamen, qui in univerſum pu- *occur. poſt*
nt conditionalia jura ad fiſcum non tranſire. Et *perfec. ban.*
hoc quod de patre dictum eſt, qui dotem ſibi *q. 18. An-*
ddi ſtipulatus fuerat, reſpondent actionem ibi *ge. de ma.*
rerum natura fuiſſe, cùm pater deportaretur. *leſ. verſ. & ejus bo-na publi-camus.*
ircà pignora autem duplex conditionis conſide-
tio eſt. Aut enim pro conditionali debito pig- *13. l. grege.*
us purè datur: aut cùm ipſa principalis obligatio *§. pe. de*
ura ſit, pignus datur ſub conditione: & hæc à ju- *pig.*
conſultis notata ſunt. Sed neutro tamen caſu
gnus perfectè ac formaliter contractum eſſe di-
tur, tantiſper dum conditio pendet: tantùm ab-
t; ut de pignore agere liceat, nam (ut *Martianus*
t) nihil interim debetur. Et expreſsè *Marcellus*, *5. l. res hy-*
pro conditionali obligatione pignus datum ſit, *pothecæ co-*
on aliter obligari ſcripſit, quàm ſi conditio ex- *tit.*
terit. Enimverò ſi præſens ſit debitum, hypo-
eca autem ſub conditione, licèt antè conditio-
em hypothecaria non rectè agatur, auferri ta-

men

d. §. penul.

men vel ſubduci hypothecam, cùm verum ſit pecuniam ſolutam non eſſe, iniquum fuerit. Ideóque hoc caſu arbitrio judicis cautiones interponendæ erunt de hypotheca reſtituenda, ubi conditio extiterit. Sed poſt hæc gravis eſt quæſtio, quis poſt exiſtentem conditionem potior in pignore ſit, ſi fortè eâ pendente alteri res eadem pignori data fuerit? Verùm cùm hoc ad exiſtentem conditionem, & quatenùs ſe hæc extendat, ſpectare videatur, illo commodiùs capite tractabitur. Sed tamen ex iſtis cuique liquere poteſt, ut conditio in pignoribus à die differat: dies enim quamvis pignori adſcriptus ſit, non impedit, quo minùs interim pignus formaliter contractum eſſe dicatur, aliter atque in conditione dictum eſt. Undè ſi quis de hypotheca in diem convenerit, dubium non eſt, quin potior ſit, licèt poſteà, antè diem tamen, cum alio creditore purè convenerit, eandem rem ſibi pignori eſſe. Acceptilationibus quo- 9.
que, ſi conditionale debitum ſit, interim nihil actum videri *Pomponius* notavit. Si ei, inquit, acceptum feratur, qui ſub conditione promiſit, ità demùm egiſſe aliquid acceptilatio dicetur, ſi obligationis conditio extiterit. Quod & à *Paulo* probatum fuit. Hinc eleganter *Vlpianus* ſcripſit: Si Stichum aut decem ſub conditione ſtipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus deceſſerit; decem in obligatione manere, perindè atque ſi ea acceptilatio interpoſita non fuiſſet: nimirùm cùm accepto ferri nequeat, quod in obligatione non eſt: palamque ſit non deberi cujus adhuc conditio pendet; exiſtenſque conditio, re interim ſublatâ, acceptilationi vires tribuere non

12. l. creditor. §. ſi primus qui pot. in pig. 16. l. ſub conditione, de ſolut. 12. l. quod in diem, de accep.

13. l. & per §. ſi Stichum, de accep.

on poſſit. In conſtituto verò hoc obſervare ſole- 19. *l. id*
mus,ut ſi id quod ſub conditione debetur, purè vel *quod de*
certo die conſtituatur, eâdem conditione ſuſpen- *conſt. pec.*
datur,quaſi conditione repetitâ, ut ſuprà admonui- *ſuppl. de*
mus. In eum autem qui purè debet,ſi ſub conditio- *cond. ta.*
ne conſtituat, vel eâ pendente, ſtatim utilem actio- *repet. nu.*
nem dandam eſſe *Pomponio* placuit ; niſi fortè no- 14.
vandi cauſâ conſtitutum ſit, ut *Bartolus* & *Baldus*
commentantur. In compromiſſo *Vlpianus* tantam
eſſe conditionis vim arbitratus eſt, ut ſi pœna ſub
conditione promiſſa ſit, non cogatur arbiter ſen-
tentiam dicere, priuſquàm conditio extiterit, ne
deficiente conditione compromiſſum pereat, & 11. *l. liti-*
ſententia ſit inefficax. Et in eâdem opinione *Pom-* *gatores §.*
ponium fuiſſe refert. In nuptiis autem ſi ſub condi- *fin. de re-*
tione contractæ ſint,adeò nihil actum videri ajunt, *cep. arb.*
ut nec publicè honeſtatis juſtitiam tales nuptias *glo. in c.*
producere putent: idemque in ſponſalibus dicen- *ſi pro te, de*
dum eſſe arbitrantur. Proindè ſi quis cum Sem- *reſcrip.*
pronia ſub conditione initis ſponſalibus, cum con- *lib. 6.*
ſanguinea ejus, pendente adhuc conditione, de *g. in c. a-*
præſenti matrimonium contraxerit, cum ſecunda *ctus, de reg.*
manere debebit. Et ſi quis ita contraxiſſet, ſi pater *juris.*
conſentiret, niſi eo conſentiente ad nuptias cogen- *c. unic. §.*
dum non eſſe, ab *Vrbano* Pontifice reſcriptum eſt. *fin. de ſpon-*
Quin ſi hic deliberante patre cum alia contraxe- *ſa. lib. 6.*
rit, poſteriores nuptias ratas forè ajunt, prioreſ- *c. ſuper eo.*
que pro nudis ſponſalibus habendas eſſe,nec referre *de condi.*
re quod fortè pater prioribus poſteà aſſentiat. *apoſ.*

Idem in reſcriptis quæ ad ſacerdotia à Pontifi- *gloſ. ibi-*
cibus dari ſolent obſervamus. *Bonifacius* octavus *dem.*
cùm pro aliquo ſcripſiſſet, de canonicatu præben-
daque Bituricenſi ei conferenda, ſi ad id accederet

G Epiſ-

13. c. ſi Epiſcopi & capituli conſenſus, eum qui antè aſſen-
pro te, de ſum præſtitum Bituricenſem Canonicatum obti-
reſer. li. 6. nuiſſet, præferendum eſſe exiſtimavit, quantumvis
poſteà in priorem illi conſenſiſſent: etiamſi ei de-
glo. ibid. cretum quod vocant irritans datum fuiſſet. Sic ſi
Pontifex certi valoris beneficium alicui conferri
clem. unic. jubeat, aut minoris ſi vellet, cum decreto irritan-
de conceſſ. te, Ordinario liberas in minoribus manus eſſe di-
prab. cunt, tantiſper dum impetrans voluntatem ſuam
declaret. Idem erit ſi alicui ita provideri man-
daverit, ſi per executorem repertus fuerit do-
ctoratûs gradu inſignitus eſſe, decernens irritum
d. cl. unic. & inane, ſi ſecùs à quoquam quâvis authoritate
c. 1. § ſub- fuerit attentatum; nam & hîc Ordinarii manus in-
junctum, terim liberas eſſe volunt, tantiſper dum execu-
de conceſſ. tori de ſuperiori qualitate conſtiterit: cùm, ut
preben. lib. præmonui, decretum irritans appoſitum provi-
6. ſioni conditionali, eâ pendente nullum pariat ef-
fectum: conſultum itaque putant, in inquirendo,
d. cl. unic. executorem moram non facere. Planè ſi juſſerit
ſup. quæ pontifex alicui ſacerdotium illud conferri, quod
cond. fac. intrà certum tempus, ut puta, intrà menſem à
nu. 36. die vacationis duxerit acceptandum decreto ap-
poſito, conditionem per hanc optionem non vi-
deri adſcriptam ajunt, ac ideò nullum omninò in-
ſuprà quæ trà menſem ab Ordinario conferri beneficium
cond. fa- poſſe, quia optione datâ priori ſingula reſervata
ciant. nu. & affecta ſunt, uti in ſervi optione legatâ dici ſo-
29. let, in qua optio conditionem non facit, ac ſimul
c. 1. de con- cujuſque impedit manumiſſionem. Sunt tamen
ceſſ. præ- qui huic ſententiæ adverſentur, optionemque in
ben. in 6. ſacerdotiis pro mera conditione eſſe putent; nec
deciſ. Ro. quod de ſervi cujuſque affectione dictum eſt, in ſa-
95. in no.

cer-

ſerdotiis locum habere. Alii dumtaxàt in puris gratiis, non in conditionalibus, locum huic deciſioni eſſe contendunt. Cæterùm ſi beneficium alicui ab Ordinario ſub conditione collatum ſit, quod quidem in caſu fieri poſſe conſtat, veluti ex cauſa permutationis vel favore unionis: quàmvis interim titulus acquiſitus non eſſe dicatur: non poſſe tamen dum pendet conditio, beneficium alteri conferri credimus.

17. c. ſi tibi abſenti, de preben. in 6.

Similiter ſi quis beneficium ſuum ex eiſdem cauſis in manus Ordinarii reſignaverit, quamvis interim verus titularius actu remaneat; attamen quamdiu pendebit conditio, revocare eam non poterit. Porrò quantumvis decretum irritans, in gratiâ ad vacatura beneficia appoſitum ſit, itaque affecta ſingula ſint, ut alteri conferri non poſſint, ad rem tamen proviſo jus competere non dicemus antè vacationem.

glo. in §. volens & §. quid ſi quis, de col. in prag.

Expectans itaque, vel nominatus, priuſquàm aliquod vacare cœperit, nullum ad rem jus habebit. In ſententiis autem non omninò eandem conditionis vim eſſe putamus, nec propter conditionem ſententias informes aut imperfectas eſſe: ſed contrà judicatæ rei firmitatem ſententias vel conditionales ſtatim habere, ut appellandi tempus non à conditione, ſed à die latæ ſententiæ currere dicatur, & officio ſuo judex functus ſit, ut de eadem re iterùm judicare non poſſit.

infrà. de cond. exiſten. nu. 20.

Sed tamen hoc in ſententia conditio operatur, quòd executio & effectus ſententiæ ſecundùm conditionis formam ſuſpenſus eſſe dicitur, neque quis propriè & perfectè condemnatus dici poteſt, priuſquàm conditio impleta ſit: ut ſi ità reus condemnatus ſit, ſi juraſſet actor; niſi actor juraverit, condemnatus

 non

Bal. in. l. 1. c. de hæ. inſt. Nellus de tempo. poſt bannum q. 55. Bar. in. l. ſi is qui pro emptore, de uſucap. Alix. ludo Ro. contrà Iaſ. & Alcia. in d. l. ſi quis pro emptore. glo. in c. ſaloni tan. d. 63. & c. preterea de appell. glo. in l. obligationem ferè §. conditio de ac. & ob. Vide de iſtis in cap. qui actus cond. recip.

non dicetur, licèt verum ſit dicere, in ea cauſa judicatum eſſe. Hinc ſi ſtatuto cautum ſit condemnatos ad mortem, hæreditatem adire non poſſe, Titium adire poſſe hæreditatem à quibuſdam notatum eſt licèt judicatum ſit, hunc decapitandum eſſe, ſi mille intrà decem dies non ſolverit; quamdiù enim conditio pendet, incertum eſt an aliquandò decapitandus ſit. Similiter ſi conſtitutum ſit, omnem retrò condemnatum in corpore, ſolutis quinquaginta dimittendum eſſe; illum, qui ſic condemnatus eſt ad ultimum ſupplicium, ſi mille intrà decem dies non ſolviſſet, dimittendum non eſſe notatum eſt, etſi quoſdam diverſum ſentire comperiam. Sic ſi quis niſi intrà decem dies ſolverit, excommunicatus ſit, licèt judicatum eſſe nemo negare poſſit, & ſententia ipſa perfecta ſit, nec aliam perfectionem deſideret, volenſque appellare ſtatim, ut dixi, appellare debeat, antè impletam tamen conditionem excommunicatus fuiſſe non dicetur, eò quòd in eum diem effectus ſententiæ dilatus ſit. Quando enim decem dies ad ſolvendum dati ſunt, iniquum fuerit antè eorum lapſum in excommunicationem incidiſſe, etſi non deſunt qui & hîc diverſum ſentiant. Ex ſuperioribus liquere puto, quid in locatione & conductione, quid in mandato, quid in mutuo, quid in ſocietate, quid in fidejuſſionibus, quid in voto Eccleſiaſtico, quid denique in reliquis actis judiciariis conditiones operentur, ac de iis dicendi ſe alia offeret occaſio.

Videamus de poſſeſſione (nam & hanc ſub condi- 15
tione tradi poſſe conſtat) quid in eâ pendens conditio operetur. Et quidem *Vlpianus* non amiſiſſe poſ-

poſſeſſionem eum ſcribit, qui ſub conditione re-
ceſſit: & ſi cui res ſub conditione tradita fuerit,
non aliter accipientis eam fieri, quàm ſi conditio
extiterit. Et hæc ſententia ab omnibus recepta
eſt: undè *Vlpianus*, ſi pecuniam mihi Titius dede-
rit, eâ conditione, ut tunc mea fieret, ſi Sejus
conſul factus eſſet, impletâ demùm conditione
16 meam fieri notavit. Ut etiam uſucapiendi condi-
tio ad donatarium tranſiiſſe non dicatur. Si ſpon-
ſa ſponſo, inquit *Julianus*, eâ mente res tradiderit,
ut non antè ejus fierent, quàm nuptiæ ſecutæ eſ-
ſent, uſu quoque capio ceſſabit; & ab *Vlpiano*
probatum eſt: idemque fore tradidit, ſi ego pro
muliere ſub eadem conditione ſponſo tradiderim.
Secundùm hæc, ſi res alienari prohibita, ut feu-
dalis vel emphiteutica, ſub conditione alienata &
tradita eſſe proponatur, eâ conditione pendente,
dominium tranſlatum eſſe non videbitur, & con-
ſequenter in commiſſum vel caducitatem cecidiſſe
non putabitur.
17 Sed controverſus eſt articulus, an ſecundùm
contractum conditionalem traditio purè facta,
dominium ſtatim transferat, aut uſucapiendi
cauſam. De uſucapione quòd dubii minùs habeat,
primùm videamus. *Paulus*, ſi emptio ſub condi-
tione facta ſit, pendente conditione, emptor non
uſucapiet, etiamſi putet conditionem extitiſſe; ſi-
milis enim eſt ei, qui ſe emiſſe putat, & non emit:
quam ſententiam & *Pomponio* & *Vlpiano* non diſ-
plicuiſſe comperimus. Hoc ampliùs; *Paulus*, ſi
æſtimata res antè nuptias tradita ſit, nec pro emp-
tore, nec pro ſuo, antè nuptias uſucapi poſſe no-
tavit, nimirùm cùm titulus deſit. Conditionalis

34. l. ſi me, de acq. poſ. 38. l. qui abſentis §. 1. eo. tit. glo. in c. olim cauſam, de reſt. ſpol. l. 1. §. ſi pecuniam, de donat. l. 1. pro dot. 8. l. dotis fructus §. fi. de jur. dot. 11. l. ſi ego, eo. tit. Guid. conſ. 58. & 126. Ray. in compr. feud. Zaſius & alii. l. 2. §. ſi ſub conditione pro empto. l. 4. de in diem adject. & 8 l. neceſſario de peri. & commod. rei ven. l. 2. pro do. Bart. in d. l. 2. pro do.

enim titulus informis eſt, nec juſtam poſſidendi cauſam præſtare poteſt. Et hanc ſententiam *Azo* probavit, & vera eſt: licèt *Rogerio* diſplicuiſſe dicatur, & *Accurſius* eâ in re varius ſit. Non obſtat quod *Julianum* ſecutus *Paulus* ſcribit, antè nuptias ſponſum pro ſuo uſucapere, ſi non appareat ſub conditione ei rem traditam fuiſſe, quia hoc accipiendum eſt, cùm à traditione cœptum eſt, reſque cauſâ dotis purè donatæ & traditæ ſunt. Nemo etenim neſcit rem purè in dotis cauſam dari poſſe, ut nuptiis non ſecutis condictioni locus ſit, ut non ſecutâ cauſâ, ob quam res data fuerat. Liquet itaque ex conditionali titulo, quàmvis traditio pura fuerit, uſucapiendi cauſam non tranſire. De dominio videamus. Et hîc omnes clamant interpretes, quàmvis conditionalis contractus ſit, ſi tamen traditio purè facta ſit, dominium interim transferri. Et hanc ſententiam *Rogerius*, *Accurſius*, *Bartolus*, *Baldus*, *Iaſon*, ac demùm *Alciatus* probaſſe viſi ſunt, & multis locis eam commendat *Tiraquellus*, Ego ſanè quanta quanta horum ſit authoritas, veram eam non puto. Principiò nemo negare poteſt, nudâ traditione dominium non transferri; ſed ità demùm ſi ex cauſâ venditionis, donationis, dotis, vel aliâ juſtâ ex cauſâ ſeu titulo facta ſit: in quo & hoc verſatur, ſi ob cauſam quid datum ſit, eâ non ſecutâ, quod datum eſt condici poſſe. Juſtus autem titulus eſſe non poteſt, qui ipſe informis eſt & imperfectus: imò nec propriè titulus hic appellandus eſt, velutì ex conditione pendens, quem nec ad uſucapionem ſufficere diximus, ideoque minùs ad dominium transferendum. Solet enim uſucapiendi con-

gl. in d. §. ſi ſub conditione. & in l. neceſſariò.
l. 1. pro dote.

d. l. dotis §. fi. & l. ſi ego & l. ſed niſi eo. 1. ſcribentes omnes in l. 1. §. ſi vir uxori, de acq. poſſ. & in l. 2. pro do. & in l. contractus c. de. fid. inſtr. gl. in l. 4. de ſervit. l. nunquam nuda, de acq. re. do. inſt. de re diviſ. §. per traditionem cum ſeq.

onditio haud difficiliùs concedi, quàm dominii
ranſlatio. Et expreſsè *Paulus*, ſi emptio condi-
ionalis ſit, quàmvis res tradita ſit, fructus ta- *d. l. neceſſariò.*
nen venditoris eſſe ſcripſit. Ex quo vel clarè con- *l. 3. §. ſi*
tat dominium tranſlatum non fuiſſe: fructus enim *decem, de*
lominum ſequuntur. Et *Vlpianus*: ſi ſervus decem *ſtatulib.*
lare juſſus, quinque det, cùm nihil proficiant, *30. l. ſed*
vendicari ea poſſe, quòd dominium eorum tranſ- *& ſi quis*
latum non fuerit, neque transferatur, niſi reſidua *§. 1. de uſufr.*
ſumma fuerit ſoluta, ut nec tunc retrò nummi ac- *8 l. dotis*
cipientis fuiſſe videantur: neque novum eſt domi- *fructus §.*
nia poſt traditiones adhuc ex tacitis conditioni- *ſi. & l.*
bus ſuſpenſa eſſe. Dixeris, ſi à muliere antè ma- *ſeq. de jur.*
trimonium res in dotem datæ ſint, ità ut ſtatim *dot. & 10.*
ſponſi fiant, ejus fieri etiam antè nuptias, nun- *l. ſi ego eo.*
cioque remiſſo condici poſſe: idemque fore, ſi *tit.*
ego mulieri dedero, ut ipſa ſuo nomine in dotem *3. l. generaliter, de*
daret. Sed hæc licèt totius erroris fundamentum *donat.*
ſint, noſtram juvant ſententiam; tantùm abeſt, ut
ei non adverſentur. Quis enim neſcit permultùm
referre, ſive quid ità mihi datum ſit, ſi Stichum
manumiſero, ſive ità, ut Stichum manumittam?
Sic & dandæ dotis duplicem eſſe formam ſcire de-
bemus. Aut enim conditionaliter res in dotem
datur, hoc eſt, ſi nuptiæ ſequantur: aut ſub mo-
do, ſive ob cauſam, ut nuptiæ ſequantur. Priore
caſu, niſi exiſtente conditione, neque dominium
tranſlatum videri, neque fructus ad ſponſum per-
tinere, ab eodem *Vlpiano* traditum eſt: ideoque *ea. l. dotis*
deficiente conditione rem vendicari poſſe: idque *fructus §.*
ex communi in rebus omnibus conditionis pote- *ſi.*
ſtate. Poſteriore verò caſu, ſecùs eſt. Nam cùm
res mihi in cauſam dotis datur, ut illam uxorem

 ducam,

eo. §.fi. & 6. l. ſi extraneus & 9. l. ſi donaturus, de condic. cauſa da. 9. l. ſed niſi de jur. dot. quæ condit. ta. inſint nu. 22.

ducam, purè data eſſe videtur. Cauſa enim, vel veriùs modus, donationi adjecta, ipſam neque informem, neque imperfectam facit, ideoque quamvis non ſecutâ cauſâ vendicari res non poteſt, ſed condici debet. Adjecta enim cauſa, quo minùs dominium tranſlatum fuerit, impedimento non eſt. Porrò ſi ex verbis non liqueat, an ſub conditione, an ob cauſam res data ſit, *Caliſtratus* in hoc dubio magis eſſe ſcribit, ut ob cauſam data eſſe præſumatur. Conditio itaque ineſſe hîc non dicetur, niſi ad repetitionem, ut infrà fuſiùs. Sed & hoc in præpoſitis notandum eſt ſpeciebus, quòd à traditionibus inceptum negocium fuit. Cæterùm etſi dicamus contractum conditionalem non eſſe cauſam legitimam ad tranſlationem dominii, re videlicet ſecundùm illum contractum traditâ: ex alia tamen cauſa traditione factâ dominium transferri poſſe nihil obſtiterit. Nam quamvis res conditionaliter vendita ſit, aut ſtipulanti promiſſa, pendente tamen conditione donari eidem poterit. Quid enim vetat te mihi purè donare poſſe, quod ſi navis ex Aſia venerit, mihi vendideras: & hîc ſi interim tradas, mea fiet, non ex venditi cauſa, ſed ex cauſa donationis, & perimetur emptio. Sic *Ariſto*, ſi is, qui mihi pecuniam ſub conditione promiſit, eâ pendente eam mihi dederit, ſtatim meam factam videri ſcripſit: quod ex promiſſione factum eſſe non potuit, cum adhuc informis ſit, ſed ex donatione & perimetur ſtipulatio. Cæterùm ſi hoc donationi adjectum ſit, ut ſi conditio extitiſſet, in ſolutum cederet; neque emptio, neque ſtipulatio ſtatim ſublata erit, ſed exiſtente conditione promiſſor liberabitur.

16. l. ſub conditione de ſolut. vide. inf. de cond. exiſ. nu. 14. & 15.

tur. Licèt enim anteà pecunia accipientis facta ſit, hæc tamen cauſa diſſoluta eſſe videbitur. Nam qui ſic donat, ut in ſolutum vertatur, ſub extinctiva conditione donare videtur. Et ſanè niſi hæc ità accipiantur, ſed contendamus per ſequentem traditionem dominium transferri, ſtatim ex titulo venditionis, aut promiſſionis pendentis ſub conditione, conſequens erit deficiente conditione, ex titulo prorsùs nullo tranſlatum videri: deficiens etenim conditio ſuper retrotrahitur. Ex titulo itaque conditionalis contractûs, traditione factâ, antè conditionem exiſtentem, tranſlatum eſſe dominium non putamus, ſed ipſam traditionem ex eadem conditione pendere. Enimverò ſi tradens putet conditionem extitiſſe, cùm adhuc pendeat, aut alio ductus errore rem purè tradiderit (cùm ſufficiat titulus putativus) tranſlatum quidem dominium propter tradentis voluntatem eſſe dicetur, ſed indebiti condictioni locum fore à *Pomponio* traditum eſt: in qua & fructus venient quos is cui bonâ fide ſolutum fuit, interim percepit, & partus ex ancilla natus, & quod alluvione acceſserit, ut *Paulus* notavit: idemque obſervatur, ſi re ob cauſam traditâ, cauſa ſecuta non ſit. Quin hoc ipſum quod dicimus, ex contractu conditionali non transferri dominium, optimè probatur in ea donandi cauſa mortis ſpecie, quæ ſic fit, ut res accipientis fiat, cùm mors ſecuta erit: medio enim tempore donatæ rei dominium apud eum manet, qui ſic donavit, etiamſi tradita ſit, ut nec exiſtente conditione retrò dominus fuiſse videatur. Undè ſi filiæfamil. uxori maritus causâ mortis rem tradat, eaque vivo

vide t. de cond. exiſ. nu. 14. & 15.

glo. in d. l. nunquam nuda.

16. l. ſub conditione, de condit indeb.

15. l. indebiti eo. tit. l. videamus §. item ſi indebitum, de uſur. l. qui ſe debere, de condic. ob cauſam.

11. l. ſed interim, de do. inter vir. & uxo. l. quod au. §. ſi eo. tit.

vivo adhuc marito ſui juris effecta ſit, ipſi mulieri non patri acquiretur: idem eveniet, ſi marito filiofamil. uxor eadem ex cauſa donaverit. Per contrarium quoque, ſi uxor donaverit marito patrifamilias, & mortis uxoris tempore filiusfamil. invematur, patri acquiretur. Non diſſimile eſt quod *Vlpianus* ſcribit: ſi vir uxori ſervum tradiderit, ut poſt certum tempus eum manumittat, tunc demùm ejus fieri, cùm tempore impleto manumittere cœperit, anteque manumittendo nihil eam agere, quia necdum ſuus erat; quod ſi in modo receptum ſit, multò magis in conditione obtinere debet, atque de his ſatis.

l. cum notiſſimi §. illud de præſcrip. xxx. an. C.

In præſcriptionibus idem obſervatur: in iis 18
enim ſtipulationibus, promiſſionibus vel pactis, quæ ſub conditione facta ſunt, xxx. vel xl. annorum præſcriptio poſt conditionis demùm exitum initium accipit, ut à *Juſtiniano* traditum eſt. Sicque præſcriptionum tempora adversùs eum qui dotem petit reſtitui, poſt conjugii demùm diſſolutionem incipere. Annus quoque ille, qui poſtquam ſervus aut filiusfamil. de poteſtate domini vel patris exierunt, ad agendum de peculio, dari ſolet, ſi conditionalis fuerit obligatio, non à die finitæ poteſtatis, ut *Julianus* ſcribit, ſed ab exiſtente demùm conditione computandus eſt: quam ſententiam *Vlpianus* etiam probavit. Et quinquaginta illos dies qui tutori ad ſe excuſandum dari ſolent, tutore ſub conditione teſtamento dato, *Tryphonius* pendente conditione currere negavit. Appellandi tamen tempus etiamſi ſententia ſub conditione dicta fuerit, à die latæ ſententiæ computari, *Vlpianus* admonuit, quod ſpeciale

l. 1. §. annus quando, de pec. ag. op.

l. pe. de excuſ. tuto.

l. 1. §. biduum quando app. ſit & 2. quæ. 6. biduũ.

eciale eſſe dicunt propter authoritatem rei judi- *Bart.d.§.*
tæ, vel quòd, ut ſuprà dixi, ſententia ſemper *biduum.*
ira eſt. Si cui igitur per ſententiam ſacris inter- *40.c.præ-*
ctum ſit, niſi intrà dies triginta ſolviſſet, appel- *terea de*
ndi tempus à die latæ ſententiæ currere dicetur. *appell.*
nimverò tempus illud quod condemnatis dari *gl. & ſcri-*
let, ſi ſententia ſub conditione lata ſit, penden- *bere in l. ſi*
conditione non eſſe numerandum, *Accurſius* *ſe non ob-*
otavit, & ab aliis probatum eſt: tunc enim inci- *tulit §. ſi*
t ſolvere debere, cùm conditio evenit. Hæc ta- *quis de re*
en quæ de præſcriptione non currente antè con- *jud.*
tionem exiſtentem diximus, quidam non obti-
ere putant, ſi conditio in ejus fuerit poteſtate,
ijus actio propter conditionem impedita fuit; ſed
nc currere præſcriptionem, ac ſi conditio exti-
iſſet. Impeditus enim fuiſſe non videtur, qui impe- *135.l.qui*
mentũ removere potuit, veluti in actione pigno- *poteſt, de*
ticiâ & pacto de retrovendendo; hiſce enim *reg.jur.*
xx. annis præſcribi putant, quàmvis ex conditio-
e pendeant, ſi pecunia reddatur. Quin ineſſe huic
acto *Angelus* conditionem reſpondit, ſi retroven-
tio intrà xxx. annos petita fuerit, ut etiam ad- *Ang. conſ.*
to jurejurando eandem conditionem ſubintel- *55.*
gendam putârit. Et in hac ſententia fuiſſe per- *Tiraq. in*
ultos recitant *Tiraquellus*, & *Hieronymus Cagno-* *tract. de re-*
s. Ampliùs *Petrus ab Anchorano* decem annorum *trac. conv.*
acio huic pacto præſcribi poſſe credidit, eò quòd *in gl. 2. n. 7*
oteſtativa conditio, cùm primùm poſſit, ſit im- *Cagnolus*
enda. Scripſit enim *Iulianus*, hanc conditionem, ſi *in l. 2. C. de*
n capitolium aſcenderit, ſic recipiendã eſſe, ſi cùm *pac. in*
rimùm potuerit, aſcenderit; quod etiam in dandi *empto.*
onditionibus obtinere communi probatum eſt *Conſ. 331.*
ntentiâ: quo fit, ut malam fidem præſcribenti non *29. l. hæc*
conditio de
cond. &
demon.

ob-

Iaſ. in l. petens Ba. in tract. praſ. in 4. parte 5. partis verſ. tertiò quaro. obſtare putent. Hanc opinionem *Iaſon* probat, & *Baldus* communem eſſe tradidit. Ego ſanè (pace eorum dixerim) hanc, licèt communem, ſententiam veram non eſſe arbitror. Sed cùm convenit rem quandocunque reddito pretio reddendam eſſe, xxx. annorum præſcriptionem obiici non poſſe putaverim: neque id bonæ fidei emptoris convenire. Non obſtat inprimis quod dictum eſt, poteſtativam conditionem implendam eſſe quàm primùm poteſt: nam hoc in contractibus non procedit, nec etiam in inſtitutionibus hæredum, ſed in ſolis legatis: atque hoc aliquando latiùs. Quin ſi quis idem eſſe contendat in contractibus, jam tota præſcriptionum quæſtio ſublata fuerit: ſtatim enim atque reddere pecuniam debitor aut venditor potuiſſet, & non reddidiſſet, perpetuò ab actione ipſâque implendæ conditionis poteſtate excluſus eſset, quod vel primo, vel altero anno contingere poſſe nemo neſcit. Sic enim in legatis eſſe ajunt, ut is, cui ita Stichus legatus ſit, ſi Titio decem dederit; ſtatim à legato excluſus ſit, ſi decem cùm primùm potuit, Titio non dederit. Sed & hanc in legatis feſtinationem ex præſumpta mente teſtatoris deſumptam ajunt, quæ in contractibus ratio non militat, maximè, ſi convenerit rem reddendam eſſe quotieſcumque oblato pretio. Præterea, ut demus in pacto de retrovendendo conditionem hanc, ſi pecunia redderetur, ità accipiendam eſſe, ſi cùm primùm poſſet redderetur; non tamen ex eo continuò ſequeretur, à die contractûs xxx. annos numerandos eſſe, ſed magis ab ipſa conditione deficiente. Sed quis convincere quæſo poterit me debitorem hodiè vel nudjuſtertiùs potuiſſe, cùm

Bart. & Soci. in d. l. hac conditio. t. de condit. implemento. nu. 9.

d. l. hac condit. ſcriben. ibi.

125. l. nepos de ver. ſig.

cùm hanc potentiam cum commoditate conjunctam eſſe conveniat? Et qui dixit ſe quid facturum cùm poterit, hoc dixiſſe intelligitur, cùm commodè poterit: quòd autem ſe arctet, ut de ſubſtantia partem diſtrahat, certè non requiritur. Itaque cùm iſtud poſſe in reconditis ac arcanis ſit, meritò in conſiderationem venire non debet. Quod autem dictum eſt, in pacto de retrovendendo, ſubintelligi conditionem, ſi intrà xxx. annos petitum fuerit, certè nullo jure probatur. Dixerit aliquis infinitatem vitandam eſſe: fatemur dum commodè poſſit, & ſine injuria alterius contrahentium id fiat; aliàs infinitatem admitti certum eſt. Nam & ſi convenerit mancipium, ſi diſplicuerit, in perpetuum redhiberi poſſe, valere pactum *Vlpianus* tradidit, omniqúe præſcriptioni renunciari poſſe communiter probatum eſt. Neque hæc noſtra ſententia teſtimoniis deſtituta eſt, quanquàm hîc non ſuffragiorum numero, ſed aut lege, aut ratione concertandum putem. Idem enim tenuerunt *Fabianus de monte*, *Barbatia*, *Joannes Crotus*, *Alciatus*, & *Raphael Fulgoſius*, *Richardus*, *Bartholomæus à Saliceto*, & *Chaſſeneus*, ut *Tiraquellus* quoque refert. Neque ſi verum fateri velimus, qui diverſum aſſerit, à mala fide ſe poſſit eximere. In redemptione redituum ita venditorum, ut perpetuò redimi poſſint, ſi pecunia reddatur, minùs eſt dubii, cùm hæc redemptio exceptioni conjuncta ſit; fit enim ad liberandam hypothecam, quæ apud debitorem eſt: quanquàm non defuerint, qui & hîc contrariam ſententiam aſſeruerint veriorem eſſe, ac ſecuti *Angeli* reſponſum, poſt xxx. annos reditum non redimi poſſe putarint, licèt de redimendo

l. ſi quis viva §. fi. de per. & com. rei ven. l. qui bona §. fi. de dam. inf. l. quod ſi nolis §. ſi quid de edilit. edict. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus de fidejuſ. ſcriben. in l. nemo poteſt. delega. 1.

In tract. de emp. q. 7. conſi. 51. & 22.

In repe. d. l. nemo poteſt.

In l. petens C. de pac. conſ. 123.

In conſue. burg. tit. des rentes §. 1.

quan-

Molinæus In trac. commer. q.17.

quandocumque conventum fuiſſet. Quæ opinio, ut certè juri adverſatur, ac prorsùs iniqua eſt, jampridem à quibuſdam confutata eſt. Videamus 19
nunc quid in novationibus pendens conditio operetur. Et in primis ſciendum eſt, obligationes quæ ex conditione pendent, cùm ipſæ informes ſint, interim novari non poſſe. In aliam etenim formam transferri, quod ipſum necdum formam acceperit, nemo non abſurdum eſſe dixerit. Si, inquit *Ulpianus*, quod ſub conditione debetur, purè quis novandi animo ſtipulatus fuerit, tunc demùm novatio fiet, ubi extiterit conditio. Ex adverſo quoque quod formatum eſt, in informem transferri obligationem, tantiſper dum informis eſt, veteribus non placuit. Undè ſi quod purè mihi debetur, novandi causâ ſub conditione ſtipulatus fuero, eâ pendente, novatio nulla facta eſſe dicetur. Sed & hoc *Juſtinianus* ad vetus jus addendum credidit, ut non aliter additâ vel detractâ conditione novatio facta eſſe cenſeretur, quàm ſi id nominatim conveniſſet. Ex quo perelegans ſuborta 20
quæſtio eſt, an videlicèt pendente novationis conditione, ex prima obligatione agere liceat? Quod primâ facie ex præmiſſis dicendum eſſe videbatur: quando enim novatio nulla eſt formata, quid eſt quod actionem conſtitutam impedire queat? Diverſum tamen à pleriſque reſponſum eſt, ſi quidem quod uni debebatur, novandi animo alteri promiſſum ſit. Si pecuniam, inquit *Jabolenus*, quam mihi præſenti die debebas, juſſu meo Titio ſub conditione promiſeris: pendente conditione, in eo ſtatu obligatio tua adversùs me erit, tanquam ſub contraria conditione eam mihi ſpopondiſſes, ut ſi pen-

8.l.Stichum §.1. & 14.l. quoties §. 1.de novat.

l.fi.C. de nova.

56 l.pecuniam.ſi cert.peta.

pendente conditione à te petam, nihil laturus ſim: nam cùm incertum ſit, an ex poſteriori ſtipulatione Titio deberi poſſit, antè tempus videor petere. Sic cùm mulieris debitor eâ jubente dotem viro promiſiſſet ſub conditione, ſi nuptiæ ſequerentur; quanquàm *Labeo* mulierem, ſi interim à debitore petiiſſet, audiendam putaverit: diverſum tamen à *Jaboleno* reſponſum fuit, ejuſque ſententia probata eſt. Sed & ſi diverſas perſonas ponamus eandem rem vel pecuniam eidem novandi animo promiſiſſe, idem reſponderi poterit: ut ſi à Sejo ſub conditione ſtipulatus fuero, quod purè mihi Titius debet (qualis apud *Caium* eſt ſpecies) ſi interim à Titio petam, exceptione repelli potero: imò ſi mihi ſoluiſſet Titius, repetere eum poſſe *Iulianus* notavit, ut à *Paulo* eſt relatum. Planè ſi idem eidem quod purè debebat, ſub conditione novandi animo promiſerit, an interim ex pura obligatione agi poſſit, major dubitandi ratio eſt. Et agi poſſe, primâ facie videri poterat, cùm eundem debiturum eſſe certum ſit, neque in alium transferri ſperetur obligatio. Et *Iulianus*, ſi quis quod purè debebat, ſub conditione novandi animo promiſerit, & ſolverit, repetere eum non poſſe tradidit. Sed his non obſtantibus diverſam ſententiam veriorem puto. Nam etſi in diem quid promiſſum ſit, debitum eſſe certum eſt, & in alium obligationem non tranſituram: & ad hæc, ſi ſolutum antè diem ſit, repeti non poſſe. Nemo tamen dixerit, quod in diem promiſſum eſt, antè diem peti poſſe: ut enim ceſſerit dies, nondum tamen venit. Et licèt novatio in propoſito caſu ex conditione pendeat, hoc tamen

83. l. ſi debitor de jur. dot.

31. l. in perſona §. fi. de pac.

60 l. Iulianus §. fi. de cond. indeb.

d. l. Iulianus.

10. l. in diem. eo. t.

213. l. cedere diem de verb. ſig.

tamen inter partes actum eſſe videtur, ne interim dum pendeat conditio, res peteretur: creditor enim puræ obligationi quodammodò renunciare videtur, ut alibi *Accurſius* notavit. Sed & moram quæ ex præcedente obligatione purâ contracta fuit, per ſubſequentem ſtipulationem conditionalem, novandi cauſâ interpoſitam, ſtatim purgari conſtat, ut infrà latiùs dicetur. Et ſi pecunia purè debita, ſub conditione, novandi animo conſtituta ſit, ſecundùm communem omnium ſententiam, pendente conditione ex pura ſtipulatione agi non poteſt. Sed & ſi poſt præſentem obligationem, pactum de non petendo, ſub conditione interpoſitum ſit, interim agi non poſſe, ex verbis *Papiniani* apertè liquet. Et habent hæc rationem, quoties enim in leviorem cauſam novatio tendit, pro reo debendi eſſe intelligitur, ut interim dum dubium pendet, urgeri non debeat. Sed hæc vera ſunt tantiſper dum ſecunda obligatio effectum habere poteſt. Quòd ſi eò deventum ſit, ut per ſecundam prior novari non poſſit, ut quia res in ſtipulationem deducta, extincta ſit, ſtatim ex priore obligatione purâ agere licebit, non expectatâ conditione ſecundæ. Cæterùm ſi ſine novatione quod purè debebatur, ſub conditione promiſſum fuerit, ex pura obligatione interim agi poſſe, non dubitarim: veluti ſi is qui purè debet, ſub conditione conſtituat. In hunc enim interim dum conditio pendet, utilem actionem dandam eſſe à *Pomponio* reſponſum fuit: & *Paulus* ſententiam ejus laudavit. Nam & conſtitutum regulariter pro ſtipulatore interponi ſolet. Huic confinis illa quæſtio 21
eſt, an ſubjecta pœnæ ſtipulatio principalis rei petitio-

glo. in verb. putant in l. Iulianus de cond. ind.

14. l. quoties. de novat.

infrà nu. 22.

Bart. & Bal. in l. id quod de conſt. pec. Caſt. Alex. & Jaſ. in l. pecuniam ſi cer. pet.

56. l. ſufficit, de cond. indeb.

26. l. eum qui ita §. fi. de ver. ob.

19. l. id quod de conſtit. pec.

Tractant Bart. & doct. in l.

itionem impediat, quæ in eam incidit, an pœnalis ſtipulatio novet principalem. A multis variè tractata eſt hæc quæſtio, quorum ut præteream ambages, arbitror in univerſum nullam ex pœnali ſtipulatione novationem induci, quandoquidem talis pœnæ adjectio, pro ſtipulatore ſemper fieri videtur. Itaq; ad ejus incommodum aut detrimentum interpretari non debet. Cùm Stichum manumiſſionis cauſâ Flavius Hermes Claudio donaſſet, licèt poſteà interpoſita fuiſſet ſtipulatio, ſi à Claudio hæredeque ſuo manumiſſus non eſſet, quinquaginta pœnæ nomine præſtari, ex pacto tamen oppoſito donationi Claudium de libertate conveniri poſſe *Scevola* reſpondit. Et *Paulus*, cùm duo coiiſſent in ſocietatem, hoc pacto, ut quod ex artificio quæſtûs feciſſent, commune inter eos eſſet, quàmvis poſteà ſtipulati fuiſſent, viginti dari, ſi quæſtum non communicaſſent, nihilominùs ſocietatis judicio, ut communicentur quæ quæſita ſunt, poſſe agi. Et cùm conveniſſet ementem aliquid facere, & ſi non feciſſet, promiſſa fuiſſet pœna, ab *Vlpiano* reſponſum fuit, non obſtante pœnæ promiſſione, ex vendito agi poſſe, ut fiat quod convenit. Et *Papinianus*: Si cùm Titio decem deberem, & pœnam, ſi ſolutum ei non eſſet, decem mihi aut Titio dari à Sempronio ſtipulatus ſim, utri ego velim: ex eo quod Titio ſolvendum eſt, incerti me cum Sempronio agere poſſe. Vndè liquet principalem obligationem, per quam Titio decem debebam, per pœnæ adjectionem quæ certa fuit, ſublatam non fuiſſe. Quam ſententiam *Vlpianus* etiam probaſſe videtur. Si Sejus promiſerit Mevium daturum fundum Titio, & ſi Mevius fun-

ita ſtipulatus de verb. ob. Zaſius ſingulari capite in ſuis intellectibus.

122. l. qui Romæ §. Flavius de ver. ob.

72. l. duo ſocietatem pro ſo.

19. l. prædia de ar. emp.

118. l. liber homo §. fi. de verb. ob.

38. *l. ſtipulatus* §. *ſi quis inſulam eo. t.* fundum Titio non dediſſet, pœnam, puta centum. Valere etenim ſubdit ſtipulationem, per quam Sejus à Mevio ſtipulatus ſit; nedum centum Titio dari, ſed etiam ſi fundum Titio dari ſtipulatus ſit; quaſi & hoc ſuâ interſit: aliàs enim poſterior ſtipulatio non ſubſiſteret. In pacti exceptione idem juris eſt. Si pacto, inquit *Vlpianus*, ſubjecta ſit pœnæ ſtipulatio; quæritur, utrùm pacti exceptio locum habeat, an ex ſtipulatu actio? Et *Sabinum* putare ſcribit, utrâque viâ ſtipulatorem, prout elegerit, ſe tueri poſſe. Et extat *Gordiani* ad *Cæcilium* reſcriptum quòd perhibet; ſi pacto pœnalis ſtipulatio ſubjecta fuerit, agentem vel id quod convenerat fieri, vel pœnam exigere poſſe. Adeò hæc, ut nec nudam pollicitationem pœnæ ſubjectione Divi *Diocletianus* & *Maximianus* extinctam eſſe putarint, cùm ſuper ea litem dicant moveri poſſe. Enimverò hæc quæ diximus tantiſper vera ſunt, locumque obtinent, dum ex ſtipulatione pœna exacta non ſit, aut hæc minùs contineat quàm principalis obligatio. Nam ſi ſtipulandi reus pœnam quam ſubjecit exegerit, hæcque pœnalis ſtipulatio ad effectum ſit perducta, principalem obligationem uſque ad concurrentem quantitatem abſorbebit, quaſi in ſe tranſlatam: in reliquo autem integra erit actio, hocque juri conſentaneum eſſe puto. Si quis, inquit *Vlpianus*, à ſocio pœnam ſtipulatus ſit, ſi in pœnâ minus ſit, quàmvis ex ſtipulatu eam fuerit conſecutus, poſteà tamen pro ſocio poterit agere, ſed agendo hoc minus accipiet, pœnâ in ſortem imputatâ: ut autem utrumque exigatur, ſi modò non aliud convenerit, periniquum fore viſum eſt. Haud diſſimile

11. *l. reſcriptum* §. 1. *de pac.*

14. *l. ſi pacto C. de pac.*

5. *l. nuda C. de contrà ſti.*

41. *l. ſi quis pro ſoc.*

42. *l. q. ſi eo. tit.*

ſimile eſt quod *Vlpianus* in ea, quam ſuprà retuli- *l. 4. §. Labeo de do. ma. excep. & 35. l. ſi quis rem. de arb. d. l. prædia.*
mus, ſcribit ſpecie: convenerat ementem aliquid
facere ſub pœna, & hanc ex ſtipulatu venditor
conſecutus fuerat: quærebatur an ex vendito ni-
hilo minùs liceret agere, ut fiat quod convenit.
Reſpondit: Si ex ſtipulatu pœnam conſecutus ſit,
ipſo jure ex vendito agere non poteſt, niſi in id
quod pluris interfuit ejus id fieri. Sanè ſi æqualis
aut major ſit pœna, quàm hoc quod principali
continetur obligatione, illâ exactâ, rem totam
abſolutam fore putamus. Qui à ſocio, inquit *Vlpi-* *d. l. ſi quis pro ſo.*
anus, pœnam ſtipulatus fuerat, pro ſocio non aget,
ſi tantundem in pœna ſit, quanti ejus interfuit,
pœnaque exacta ſit. Porrò ſi in diverſis perſonis *l. 1. §. ſi. de ſtip. ſer.*
ſtipulationes hæ conceptæ ſint; veluti, ut *Vlpianus*
ſcribit, ſi ſervus communis Titio & Mevio, Titio
decem calendis dari ſtipulatus ſit, & ſi data non
eſſent, Mevio xx. Præteritis calendis ipſo quidem
jure uterque agere poterit. Enimverò ex æquitate *l. ſi de prætor. ſtip.*
ſi agat Titius ad decem, exceptione doli ſummo-
veri poterit, quia Mevio ad xx. actio quæſita eſt.
Atque cùm id quod intereſt, plerumque perdiſ- *l. obligationum ferè §. ſi. de ac.*
ficilem habeat probationem, & ut *Venuleius* notat,
ad exiguam nonnunquam deducatur ſummam; per
compendium in caſu dici poſſe *Paulus* putavit,
exiſtentem pœnalis ſtipulationis conditionem,
priorem tollere, & quaſi novatione factâ, eam
in ſe transferre: veluti ſi navem à te fieri ſtipulatus
ſim, & ſi non feceris, centum mihi dari; hîc enim,
quia difficile fuerit probari, quanti meâ interſit,
navem à te factam eſſe, meliùs mihi erit centum
exigere, quaſi hoc quod intereſt ab initio à par-
tibus ad eam ſummam taxatum ſit. Et iſtud po-

tiſſimum uſu veniet, cùm in principali obligatione nudum factum eſt deductum, ad quod præciſè nemo cogi poteſt, ut mihi non malè *Zaſius* animadvertiſſe viſus eſt. De legato autem pœnali hîc nullam mentionem fecimus, quòd ad rem ſpectare non videatur. Nam ſi penus legetur, & ſi data non eſſet, centum: penus in ſola eſt præſtatione, non in obligatione: unum enim eſt legatum conditionale. Conſequens eſt videre, annè per ſequentem ſtipulationem conditionalem novandi animo interpoſitam, mora ex priori contracta ſtatim purgata ſit. Et cùm poſterior promiſſio oblationis vim habere videatur, præcedentem moram purgatam eſſe ſequitur, ut rei periculo debitor liberatus eſſe dicatur; nedum ſi ſecunda promiſſio pura ſit, licèt & tunc idem obtineat: ſed hoc magis cùm ſub conditione ſit, quòd eâ pendente nova mora contrahi non poſſit. Vbi enim nulla eſt petitio, mora eſſe non poteſt: undè *Martianus*: ſi cùm mihi Stichum deberes, & in ſolvendo moram feciſſes, ſub conditione eum promiſeris, eâque pendente Stichus deceſſerit, videamus, inquit, an quia novari prior obligatio non poteſt, petitio ſervi competat. Sed in promptu contradictio eſt; debitor enim, qui ſtipulanti creditori ſub conditione promiſit, non videtur in ſolutione hominis ceſſaſſe: nam verum eſt eum, qui interpellatus dare noluit, ſi offerat poſteà, periculo liberari. Et idem à *Marcello* probatum eſt, neque *Vlpiano* hæc ſententia diſplicuit. Ampliùs *Martianus*, ſi quis cum ſervus ei ſurreptus eſſet, ſub conditione ſtipulatus ſit ab alio, quidquid furem ei dare facere oportet, furem periculo liberatum eſſe reſpondit,

In ſuis intell.

l. 1. de pe. leg.

8 l. Stichum de novat.

72. l. qui decem §. 1. de ſolut.

14. l. quoties de novat.

d. l. quidecem §. ſed quid.

pondit, non ſecùs atque ſi oblatum ſibi ſervum accipere noluiſſet: ſi modò præſens ſervus adfuerit, cùm ſtipulatio interponeretur, ejuſque dandi facultatem promiſſor habuerit. Vt non rectè *Venulejus* ſcripſiſſe videatur: ſi hominem mihi dare te oporteat, & cùm in mora eſſes, novandi animo eundem à te ſub conditione ſtipulatus fuero, & ſervus poſteà deceſſerit, deindè conditio extiterit, te teneri, novationemque fieri. Et hoc quod dicitur, rem in humanis eſſe oportere, ut exiſtente conditione novatio fiat; intelligi, niſi per promiſſorem ſteterit, quò minùs daret: & item *Julianus*, cùm ait: ſi hominem quem à Titio ſtipulatus fueram, Sejus mihi ſub conditione promiſerit, & is pendente conditione poſt moram Titii deceſſerit, confeſtim cum Titio me agere poſſe, neque Sejum exiſtente conditione mihi obligari, quòd homine mortuo deſinat eſſe res in quam obligetur. Verùm ii qui nullas in jure ἀντινομίας admittendas putant, diverſimodè ad hæc reſponderi poſſe arbitrantur: *Juliani* enim dictum intelligendum ajunt, cùm ſecunda ſtipulatio in gratiam & favorem ipſius creditoris interpoſita fuit, eoque caſu præcedentem debitoris moram non pugare; quia ſic contrà agentium intentionem in creditoris damnum verteretur: aut ibi moram non fuiſſe purgatam, quòd Sejus id noluerit: aut quòd Titius in moram inciderit, per delictum videlicèt quòd hominem occidiſſet, vel letaliter vulneraſſet; quales moræ ſpecies difficiliùs purgari æquum fuit, quàm illas quæ per interpellationem inducuntur. Aut quod per tale delictum Titius poſt interpoſitam ſecundam ſtipulationem, in no-

31. l. ſi rem. de novat.

56. l. cum quis ita §. ſi. de ver. ob.

glo. in d. §. ſi. & in d. l. quoties.

 vam-

glo. in l. d. ſi rem.

vam moram inciderit. Similiter ferè ad *Venulei* dictum reſpondendum putant, aut ibi actum fuiſſe, ne mora purgaretur, vel ex delicto contractam fuiſſe, ſive antè, ſive poſt ſecundam ſtipulationem. Sed ut hæc ſibi conſtent, quiſque viderit. Et hæc de conditionali novatione dicta ſunto. Cæterùm 23
ejùs quod ſub conditione debetur, interim petitionem nullam eſſe ex ſuperioribus abundè liquet, hocque à diebus certis conditiones differunt, quòd in illis dies ceſſiſſe dicatur, ſed non veniſſe; in iſtis autem nec ceſſiſſe, nec veniſſe, ut *Vlpianus* docuit. Undè quod dicitur, ex omni contractu certum condici poſſe, ita accipiendum eſſe admonuit, ſi præſens ſit obligatio. Nam ſi ſub conditione ſit, antè conditionem agere haudquaquàm licitum erit. Eum itaque qui petere vellet quod ſub conditione debetur, à limine judicii protinùs repellendum eſſe *Papinianus* notavit. De iis etenim rebus quæ poſteà in obligationem caſuræ ſunt, judicium dari abſurdum eſſe *Iabolenus* ſcripſit. Quin ſi petitum fuerit, quod ex conditione ſuſpenſum eſt, tempore plus petitum videri *Iuſtinianus* admonuit. Undè *Marcellus* non ſemper dolo eum facere videri ſcripſit, qui repoſcenti depoſitum non reddit: Quid enim, inquit, ſi conditio depoſitionis non extitit, ſub qua fortè in ſequeſtro res cuſtodienda reddendaque tradita fuit? Adeoque hæc, ut nec fiſco antè conditionis eventum, petitionem dandam eſſe putarim, quàmvis debitorem primipili, eumque qui primipilo obligatus eſt, antè diem conveniri poſſe traditum ſit. Sed, ut dixi, diverſa diei atque conditionis ratio eſt

213. l. cedere diem, de ver. ſig.
9. l. certi condictio, ſi cer. pet.
79. l. eas cauſas, de cond. & de.
35. l. non quemadmodum, de jud.
Inſt. de act. §. plus.
l. 1. §. eſt aut. depoſ.
6. l. propriè eo. tit.
l. 1. C. de cond. ex le.
in l. pecuniam, ſi cert. pet.

eſt; tametſi *Jaſon* ad conditiones quoque hoc extendiſſe videatur, ſed non rectè. Hoc ampliùs, ſi ex duobus fidejuſſoribus, alter purè, alter ſub conditione obligatus ſit, eâ pendente, in virilem dumtaxàt partem, qui purè fidejuſſit, conveniri poterit. Licèt in duobus reis diverſum placuerit: altero enim reorum purè, altero ſub conditione obligato, quò minùs ab illo interim ſolidum petatur, hujus conditio impedimento non eſt, cùm ſinguli ſolidum ipſo jure debeant. Ita tamen, ut exiſtente conditione, à ſocio negotiorum geſtorum actione conveniri poſſit. Sed & ſi exiſtente conditione, is qui ſub ea fidejuſſerat, ſolvendo non ſit, in priorem reſtituendam eſſe actionem,

28. l. ſi plures, de fidejuſſo.
7. l. ex duobus, de duob. re. inſt. §. ſi. eo. tit.
glo. ibi. d. l. ſi plures.
127. l. ſi pupillus, de verb. ob.

24 *Pomponius* notavit. Cæterùm cùm pendente conditione res peti non poſſit, conſequens eſt, nec in mora eum conſtitui poſſe, qui ſub conditione debet; uti nonnullis locis ſuperiùs tactum eſt. Ubi, inquit *Scevola*, nulla eſt petitio, ibi mora eſſe non poteſt. Quod tamen verum eſſe putant, in ea mora quæ per negligentiam contrahitur: faciendo autem, ut occidendo, vel vulnerando, interim poſſe moram contrahi ajunt. Quandoquidem hæc moræ ſpecies interpellatione non indigere dicitur. Et ſuprà diximus, venditorem ad diligentem cuſtodiam, pendente conditione, teneri, ut ſi res vendita per culpam ejus interim perierit, emptori exiſtente poſteà conditione ad intereſſe teneatur.

glo. & ſcriben. in l. eum qui ita. §. ſi. eo. tit.
33. l. ſi ex legati cauſa & 88. l. mora, eo. tit. nu. 5.

25 Sed ut interim neque petitio, neque interpellatio ſit, an etiam ſi per errorem fortè res interim ſoluta ſit, indebiti condictione repeti poſſit? Et id procul ab omni dubio poſſe *Celſus lib. vj. digeſtorum* notavit. Et *Vlpianus lib. xl. ad Sabinum*: Quod

48. l. qui promiſit de cond. indeb.

ſub ea, inquit, conditione debebatur, quæ an
impleatur incertum ſit, ſolutum eâ pendente re-
peti poſſe certum eſt: & idem à *Pomponio* proba-
tur. Quin, ſi quis pactus ſit, ne conveniatur do-
nec Titius conſul fiat, contrà pactum urgendum
non eſſe, traditum eſt: ſufficitque ad indebiti con-
dictionem, ut *Papinianus* ſcribit, incertum eſſe
an temporalis, an perpetua ſit defenſio. Sed &
eum qui ſub conditione emit, ſi eâ pendente pre-
tium exolverit, repetere poſſe *Paulus* admonuit.
Cæterùm cùm dicamus quæ ex conditione pen- 26
dent, peti non poſſe: quæ pœna ſit, videamus ſi de
facto petita fuerint. Certè olim actionibus ca-
debat actor, ſecundùm *Azonis* ſententiam: hodiè
ſatis eſſe viſum fuit, tempus quod ſupereſt du-
plicari, & ut temerè litigantem actorem puniri.
Ut tamen ſciamus eum qui conditione pendente
agere cœpit, excuſari & vincere poſſe, ſi lite pen-
dente conditio evenerit; quemadmodùm eum
qui antè ſolutionem pignoraticia egit, ſi in judi-
cio pecuniam offerat, & rem pignoratam, & quod
ſuâ intereſt, conſequi debere, *Ulpianus* reſpondit.
Sed eum qui pendente conditione egit & repulſus
fuit, exiſtente poſteà conditione, iterùm agere
poſſe, certiſsimi juris eſt. Judicatæ etenim rei
exceptionem huic non obſtare, *Martianus* ſcribit.

Sunt prætereà caſus aliqui, in quibus pendens 27
conditio agentem protinùs non repellit. Quid
enim ſi conditionalis debiti chirographum ſubla-
tum aut deletum eſſe ponamus? *Paulus*: ſi dele-
tum chirographum mihi eſſe dicam, in quo ſub
conditione mihi debita pecunia fuerit, ſummatim
re expoſitâ, ad ſuſpicionem judicem adducam, &
vin-

18. l. quod ſi, eo. tit.
16. l. ſub conditione eo. tit.
56. l. ſufficit. eo. t.
8. l. neceſſario de peric. & com. rei ven.
glo. & doct. in l. pecuniam ſi cer. peta. inſt. de except. §. pe. & 1. de pl. petit.
9. l. ſi rem §. fi. de pig. ac.
41. l. in lege ad leg. acqui.
32. l. quidam tabularum §. 1. de fur.
14. l. ſi ſervus, de cond. fur.

vincere debebo: ita tamen ut condemnationis exactio in diem exiſtentis conditionis differatur. Quin *Iulianus lib.* xxij. *digeſtorum*, & *Vlpianus* xxxvij. *ad edictum*, ſi ſtatuliber vel res ſub conditione legata, ſurrepta ſit, pendente conditione agi poſſe, tantique æſtimandam rem eſſe tradiderunt, quanti emptorem invenire potuiſſet, in quam ſententiam *Papinianus* quoque deſcendit. Et, ſi ſub conditione ſcriptus hæres, aut is cui ſub conditione legatum ſit, de tabulis egerint exhibendis, nec exhibitæ ſint, in contumaciæ pœnam *Vlpianus*, quaſi extitiſſet conditio, æſtimationem hæreditatis ac legati fieri debere ſcripſit: neque actorem compellendum eſſe ad cavendum ſe reſtituturum quicquid conſecutus ſit, ſi conditio defecerit, quia ut dictum eſt, pœna fuit contumaciæ. Medio item tempore pignorum perſecutionem admittendam eſſe, ab eodem reſponſum eſt. Et ſi ſub conditione mulier pro alio interceſſerit, etiam eâ pendente, creditori cum priore debitore agere licebit. Quò enim, inquit *Cajus*, bonum eſt, expectare conditionem vel diem? cùm in ea cauſa ſit prior iſte debitor, ut omninò debeat actionem ſuſcipere. Itaque in omnibus ſupervacaneum eſſe ducunt, expectare conditionem, cujus eventus nihil operari poteſt. Cæterùm ut peti rem antè conditionem non poſſe dicamus, juſta tamen de cauſa caveri oportere, certi juris eſt. Plerumque, ait *Vlpianus*, & antè conditionem exiſtentem, & antè diem petitionis venientem, prætor ex cauſa jubere ſolet cautionem interponi: idque in omnibus bonæfidei obtinere judiciis, *Papiniani* authoritate definitum eſt.

52. l. ſi quis uxori §. fi. de fur.

82. l. ſi vendidero §. 1. eo. t.

l. 3. §. condemnatio, de tab. exhib.

14. l. quæſitum de pig.

13. l. aliquando ad Velleja.

12. l. inter omnes qui ſatiſd. cog.

41. l. in omnibus de jud.

Quod

Quod etiam *Martianus* tunc locum habere credidit, cùm hypotheca ſub conditione pro præſenti debito data eſt; & *Vlpianus*, ſi ab eo petita ſit hæreditas, qui ſub conditione debitor eſt: licèt enim hic condemnari non debeat ut ſolvat, judicis tamen officio de reſtituendo hoc debito, ubi conditio extiterit, cogetur cavere. Secundùm hæc *Paulus* latitante debitore omnes creditores in poſſeſſionem mittendos eſſe tradidit, etiam eos quibus ſub conditione pecunia promiſſa eſt. Quod tamen eatenùs accipiendum eſt, ut ſolâ miſſione, cautionis loco, contenti eſſe cogantur. Nam ut res vendat conditionalis creditor mitti non ſolet; bona enim ejus qui ſub conditione debet, quantùmvis latere dicatur, venire non poſſe, certiſſimi juris eſt. Ex cauſa quoque ſuſpicionis interim de pignore agi poſſe dicitur: & propter fugæ ſuſpicionem, debitorem vel propria authoritate capi poſſe, ſaltem ut caveat, à pleriſque traditum eſt. Sanè & eos quibus ſub conditione quid debetur, ſi ſeparationem bonorum petant, audiendos eſſe, *Papinianus* admonuit. Sed & plerumque pro expediendis negotiis, ſi conditiones occurrant, cautionibus utendum erit; ut ſi ſocii inter ſe ſocietatem dividant, ac quædam ex conditione inveniantur pendere: per cautionem enim id expediendum eſſe, *Paulus* notavit: ut ſi diſtractâ ſocietate conditio extiterit, ex communi ſolvatur; aut ſi unus pecuniam debeat, defenſum iri. In tributoria quoque actione, ſi unus creditorum ſibi integram portionem tribui deſideret, ac debitum conditionale immineat, cavere debebit, refuſurum ſe pro ratâ, conditione

13. l. grege. §. pe. de pigno.
18. l. quod ſi in diem §. 1. de pe. tit. hæred.
6. l. in poſſeſſionem quib. ex cau. in poſ. eat.
14. l. ſi quis §. ſi. eo. t.
7. l. Fulcinius §. ſi in diem eo. tit.
l. quæſitum, de pig.
Bal. in l. 1. C. de cond. ex leg.
4. l. creditores, de ſeparat.
16. l. cum ſocii com. dividun.
27. l. omne æs pro ſo. & 29. l. ſi ſocii eo. tit.
7. illud quoque de tribut.

ditione poſteà exiſtente. In actione quoque de peculio, eâdem cautione utendum eſſe, *Marcellus* & *Paulus* tradiderunt; veluti, ſi pro ſervo dominus fidejuſſerit, aut dos filiofamil. tradita ſit. *10.l.pecu. lium §. pe. 53. l. ex facto §. fi. de pecu.*
28 Diximus interim dum pendet conditio, debitorem ad ſolvendum cogi non poſſe. Nunc ex contrario videndum eſt, an interim, ſi velit, ſolvere poſſit. *Vlpianus*, ſi quis decem dare promiſerit, ſi aliquid factum fuerit, vel cùm factum fuerit, non videbitur ſatisfeciſſe, niſi poſt conditionis eventum dederit: hocque inter certam incertamque diem diſcriminis eſſe dicitur. Et idem à *Celſo* probatur; ad debitoris enim utilitatem illa adſcripta eſſe creditur: & re verâ quod necdum eſt, diſſolvi poſſe nemo propriè dixerit. Ut meminerimus tamen ejus quod *Pomponius* admonuit, donari & tradi conditionali creditori ſic rem poſſe, ut ſi conditio extiterit, in ſolutum cedat; quod *Ariſto* quoque probabat. Et hîc rursùs ſciendum eſt, parùm id profuturum, ſi in alterius fraudem factum ſit: veluti ſi poſt bona à creditoribus poſſeſſa, uni cui ſub conditione pecunia debebatur, eâ pendente, in fraudem aliorum exoluta fuerit; revocari enim poſſe *Vlpianus* ſcripſit, fraude probatâ. *38.l.ſtipulatio iſta §.intercertam, de verb. ob. 70. l. quod in diem de ſolut. 16. l. ſub conditione eo. tit. 10. l. ait prætor §.*
29 Cùm itaque hæc ſic conſtituta ſint, dubitaverit quis haud immeritò, an debiti conditione pendente rectè quis creditor vel debitor appelletur. Et videri poterat, hoc ex eventu pendere: ut ſi extitiſſet conditio, retrò creditor & debitor fuiſſe dicatur; ſi defeciſſet, contrà. Sic enim in aliis plerisque dicere ſolemus: ſicque *Paulus*, ſi is qui ſub conditione pecuniam debet, quâ exiſtente ſolvendo non ſit, ſervum manumiſerit, pendere liber- *pe. quæ in frau. cred. 19.l. hæreditate §.fi. de caſt. pe. l.qui res §. rem, de ſolut.*

16. l. ſi cum §. pe. qui & à quib. ma. libertatem ex eventu reſpondit. Sed *Vlpianus* creditores omnes appellari poſſe cenſuit, qui exceptione perpetuâ removeri non poſſunt, ex quâcumque cauſa ipſis debeatur, neque referre an in diem, an ſub conditione debitum ſit. Quæ ſententia *Paulo* non diſplicuit. Adeoque ſpem ſolam, ut aliquando competat actio, ſufficere *Vlpianus* putavit, ut interim quis rectè creditor appellari poſſit, dum tamen talis conditio non ſit, quæ ex ipſius debitoris pendeat poteſtate, ut quidam adnotarunt, & nos in pignoribus aliquandò explicabimus. Sed hæc in illis accipienda ſunt, quibus ex contractu pecunia debetur. Nam aliàs idem *Vlpianus*, eum cui ſub conditione legatum ſit, pendente conditione, creditorem non eſſe reſpondit, ſed tunc demùm cùm extiterit conditio, contrà atque in eo qui ſub conditione ſtipulatus ſit: hunc enim vel pendente conditione, creditorem appellari poſſe notavit. Sic & *Hermogenianus* in fraudem creditorum manumiſſum, liberum eſſe negat, ſive dies ſolvendæ pecuniæ jam ceſſerit, ſive in diem, vel ſub conditione ſit debitum; diverſamque legati ſub conditione relicti cauſam eſſe: priuſquàm enim conditio extiterit, inter creditores legatarius non habetur. Sicque *Pauli*, *Africanique* reſponſa, quorum ſuprà mentionem fecimus, conciliari poſſe putarim. Verùm ut hæc, in fraudem creditorum tamen latitare non videri eum qui ſub conditione obligatus eſt, idem *Paulus* ſcripſit: quod tamen ſecundùm ea, quæ ſuperiùs diximus, accipere oportet. At quid ſi ſtatuto æri alieno obnoxii de re aliquâ excludantur; in ſtatutis autem verba propriè accipien-

10. l. creditores, de verb. ſig.

55. l. creditor eo. t.

54. l. conditionales eo, tit.

Bart. in l. ſub conditione de ſol.

41. l. is cui, de act.

27. l. qui in fraudem qui & à quib. ma.

51. l. eo tempore, de pecu.

da

da eſſe aiunt. An igitur ij qui ſub conditione ob- 27. *l. ſpa-*
ligati ſunt, excluſi erunt? *Jaſon*, nonnulliique *donem* §.
alii, non excludendos eſſe putavêre, quemadmo- *ſi civitatis,*
dum tutelæ fidejuſſores, magiſtratuſque tutelæ *de excuſ.*
periculo obnoxij, ab aliis tutelis non excuſari *tut.*
traditum eſt. Porrò *Accurſius*, cùm debitores mi- *glo. in aut.*
norum ab eorum tutelâ arceantur, etiam eos ar- *minoris c.*
cendos putavit, qui ſub conditione obligati ſunt. *quida. tut.*
His ſanè verbis, quicquid te dare facere oportet, *poſ.*
nihil aliud in ſtipulationem deductum eſſe, quàm 76. *l. ſi ſti-*
quod præſenti die debetur, ab *Vlpiano* & *Paulo* *pulatus* §.
reſponſum eſt. Et *Proculus* ſi quis ita ſcripſerit, 1.
quicquid mihi Lucium Titium dare facere opor- 89. *l. ſi à*
tet, Sempronio lego: eam pecuniam non deberi *colono &*
ſcribit, cujus dies, moriente teſtatore, nondum 125. *l. cum*
venerat; niſi hæc adjecta verba ſint, *præſens*, *in* *ſtipulamur*
diemve. Planè ſi debitor conditionalis creditori *de ver. ob.*
legaverit quod ei debet, remiſiſſe conditionem vi- 47. *l. ſi ita*
30 deri, *Vlpianus* notavit. Hoc quoque pendenti *ſcripſiſſet,*
conditioni adſcribi poteſt, quòd contractum alio- *de leg.* 2.
qui inutilem, nonnunquam utilem reddit; veluti 15. *l. idem,*
ſi quis rem ſuam ſub conditione emerit, vel ſti- *de lib. leg.*
pulatus fuerit, vel ex contrario alienam rem pig-
nori dederit cùm ſua erit. Licèt enim hæc præ-
ſentis temporis obligationem recipere non poſ-
ſint (quod tamen in contractibus ferè ſpectandum
eſſe diximus) cùm nemo rem ſuam emere poſſit,
aut ſtipulari; ſatis tamen eſſe viſum fuit, quod
contractus inter partes conſiſtere poſſit, & rem
eſſe talem quæ ſuâ naturâ & nunc, & contractui
formâ accedente, hoc eſt conditionis exiſtentis
tempore, alienata eſſe poſſit. Sed de his alio ma- *In tit. qui*
gis proprio dicetur loco. Porrò id conditionis ef- *actus cond.*
recip.

ficere

ficere periculum *Scevola* admonuit, quòd nonnunquàm pœnæ ſtipulatio, legitimum uſurarum
5.l.periculi de nau.fe. modum excedere poſsit, ut ſi piſcatori erogaturo in apparatum ita pecunia data ſit, ut eam redderet ſi quid cepiſſet; aut athletæ undè ſe exhiberet exerceretque ſi viciſſet; ſicque in pecunia trajectitia, uſuram centeſimam admiſſam eſſe dicimus: &
l.4.eo.t. l.1.C.de pact. pactum alioqui inutile, propter conditionis incertitudinem divus *Severus* ad *Philinum* valere ſcripſit. Vt etiam hinc dubitari poſsit, an pactum nudum, ſi conditio ei adſcripta ſit, actionem pariat; quod quidem videri poterat, cùm pro cauſis conditiones eſſe dicantur. Ego tamen diverſum ſentio; ut ſi tibi centum ſine cauſa promiſiſſem, ſi conſul factus eſſem, licèt conſul factus ſim, actionem tamen tibi non competere putem. Secùs erit, ſi actus in contractum tranſierit: ut ſi tantundem tibi promiſiſſem ſi me ſuffragio juviſſes; hoc etenim caſu ſi juviſti, agere poteris. Quoties enim invicem aliquid dari vel fieri convenit, res in contractum abit. An autem alienari poſsint quæ ex conditione pendent, dubium non eſt. 31

17.l.nomina,de ha. ven. Nomina eorum, inquit *Vlpianus*, qui ſub conditione vel in diem debent, vendere ſolemus, & ſtatim conſiſtit emptio; ſicut & retis jactum fructuſque futuros, emi poſſe dicimus. Vndè ſi tibi Titius decem aureos ſub conditione debeat, & ego abs te nomine ejus emero, confeſtim, inquit, ex empto & vendito agere potero, ut vel
19.l.multum interest,eo.tit. l.3.C.de don. acceptum ei facias. Et generaliter futuræ actionis ſpem in alium transferri poſſe, imperator *Decius* *Marcello* reſcripſit. Atque his explicatum ſatis puto, quid in contractibus conditio pendens operetur.

tur. Ad teſtamenta tranſeamus. Teſtamenti autem duæ ferè partes ſunt, una inſtitutiones comprehendit, altera legata, fideicommiſſa, tutelas
32 & id genus alia. Porrò in inſtitutionibus quamvis totam teſtamenti ſubſtantiam conditio ſuſpendere dicatur, improprietatem tamen non inducit de qua in contractibus locuti ſumus, quin proprie inſtitutus eſſe dici poteſt, qui ſub condi- *26. l. uſusfructus, de ſtip. ſer.*
33 tione ſcriptus eſt: adeoque ut per ſecundum teſtamentum in quo quis ſub conditione hæres ſcriptus eſt, primum ſtatim ſublatum eſſe dicatur. Cùm in ſecundo teſtamento, inquit *Pomponius* hæredem eum qui vivit inſtituimus ſive purè ſive ſub conditione, ſuperius teſtamentum rumpitur, etiamſi conditio non exstiterit. Et poſthumi agnatione rumpi teſtamentum, in quo hæres non aliter quàm ſub conditione ſcriptus eſt, *Vlpianus* notavit; quamvis poſt defectam conditionem natus *16. l. cum in ſecundo, injuſt. teſt.*
34 rumpere non poſſit, quòd ex ſe nullum ſit. Cæterùm ſi in teſtamento conditionem teſtator adſcribere deſtinaſſet, & non adſcripſerit, *Marcello* pro non inſtituto fore ſcriptum hæredem viſum fuit, nimirùm cùm id conſtet, purè eum hæredem eſse teſtatorem noluiſſe, & conditio incerta ſit. Ponamus ita teſtamento ſcriptum eſſe; Titius mihi hæres eſto, ſi filio meo, ac deindè relicto loco vacuo ad alia progreſſum eſſe, certè dicemus inſtitutionem eſſe inutilem. Quod tamen *Juſtinianus* ſic ſcripto teſtamento, ille hæres eſto ſecundùm conditiones infraſcriptas, non imitandum eſſe credidit: ſed hoc caſu ſi nulla poſteà conditio expreſſa fuerit, purè hæredem fore: benignius enim eſt, ut credatur voluntatem ſuam *5. l. nam etſi, eo. t. 9. l. quoties §. tantundem, de hæred. inſt. l. pe. C. de inſt. & ſubſt. ſuprà, qua cond. fac. nu. 17.*

teſta-

d.§. tantundem. teſtator mutaſſe. Verùm ſi teſtator conditionem addiderit, dum nollet, idem *Marcellus*, detractâ conditione, hæredem fore putat, nec nuncupatum videri, quod contrà voluntatem teſtatoris ſcriptum eſt, quæ ſententia *Vlpiano* quoque placuit. Enimverò ſi teſtamentarius conditionem contrà voluntatem teſtatoris detraxerit, vel mutaverit, *Marcellus* pro non inſtituto ſcriptum hæredem habendum eſse dicebat. Quod *Bartolus* *ſuprà, quæ cond. fac. num.16.* obſervandum non eſse arbitratur, cùm ſcribentis tabularii, aut error, aut dolus teſtamento obeſse non debeat. Ego *Marcelli* dictum verum puto, ſi conſtare non poſſit, quam re verâ conditionem teſtator adſcribere voluerit, & tamen appareat purè eum hæredem ſcribere noluiſse. De iſtis autem verbis, *ex partibus quas adſcripſero*, alio loco à nobis dictum eſt: & ſi ità plures inſtituti ſint, nullis poſteà definitis partibus, æquas datas videri. Cæterùm id indubitatum eſt, eum qui 35
9.l.ſed etſi alio ad Trebell. l. filius à patre, de lib. & poſth. ſub conditione ſcriptus eſt hæres, eâ pendente hæreditatem adire non poſse: adeò ut ſi de facto adierit, nihil egiſse dicatur; neque ei prodeſse, quòd alteri hæreditatem reſtituere paratus ſit, *Vlpianus* notavit. Quod etiam in ſuis hæredibus & neceſsariis aliiſque quibuſcumque legitimis ſuc- *58.l. ex parte, de acq. hæred.* ceſsoribus obtinere creditum eſt. Hoc prætereà 36
in eo qui hæres ſcriptus eſt, ut hæreditatem ac- *69.l. in plurium §.1.eo.ti. 32.l. hæres inſtitutus, de acquir. hæred.* quirere poſſit deſideratur, quòd ſciat an purè, an ſub conditione inſtitutus ſit; certiorem enim eſse oportere viſum fuit, eum qui hæreditatem adit, quo jure ei hæreditas delata ſit. Et ut alibi *Pomponius* ſcribit, ut quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet ex quâ causâ hære-

hæreditas ad eum pertineat. Enimverò vehemen-
tem opinionem, ſi cum veritate concurrat circà
conditiones pro ſcientiâ ſufficere crediderim.
Nam idem *Vlpianus*, ſi purè inſtitutus putet ſe ſub
conditione ſcriptum eſſe, eaque impleta ſit, ac-
quirere hæreditatem poſſe ſcripſit. Haud multùm
diſſimile eſt, quod in eo traditur, qui ventre præ-
terito ſcriptus hæres eſt. Hoc ampliùs *Iulianus*, ſi
facti ſit conditio, ut adire hæreditatem poſſit, qui
ſub conditione inſtitutus eſt; ultrà impletionem
requiri putavit, quòd conditionem extitiſſe ſciat.
Hujuſmodi, inquit, conditiones, ſi navis ex Aſia
venerit, ſi Titius conſul factus fuerit, quàmvis
impletæ ſint, impediunt hæredem circà aditionem
hæreditatis, quamdiù ignorat eas impletas eſſe: &
Caſſius in eadem videtur fuiſſe ſententia. Verùm
Vlpianus, licèt conditionem extitiſſe hæres igno-
ret, hæreditatem adire poſſe ſcripſit. Sed hoc
Accurſius ita demùm verum putat, ſi vehementem
habuerit opinionem conditionem extitiſſe: &
communiter probatur, licèt *Socino* diſpliceat. Pla-
nè ſi juris ſit conditio, ut quæ non expreſſa ab ho-
mine à lege ſubintelligebatur, adiri hæreditatem
poſſe ajunt, quamvis ſcriptus hæres talem condi-
37 tionem extitiſſe ignoret. Pendente itaque condi-
tione ſcriptum hæredem, nec agere, nec conve-
niri poſſe conſequens eſt, niſi fortè, ut terminus
ei conſtituatur, intrà quem conditionem impleat,
aut bonorum agnoſcat poſſeſſionem, ut ſuo dicetur
loco. Porrò ſingulariter *Vlpianus* admonuit, valere
pactum ſi ſcriptus ſub conditione hæres eâ pen-
dente cum creditoribus convenerit, ut minùs ju-
ſto debito ſoluatur, licèt in ſervo hærede ſcripto id

22. *l. ſi is ad quem. eod. tit.*
34. *l. ſed etſi* §. 1. *eod. tit.*
30. *l. cum quidam* §. 1. *eo. tit.*
21. *l. multum, de cond. & demon.*
21. *l. ſi quis extraneus.* §. *fi. de acq. hæred.*
glo. & ſeri. ibid.
In. d. l. multum.
d. l. multum.
In tit. quæ in conditione ſunt, non eſſe in oblig. nu. 5.
7. *l. juriſgentium* §. *fi. de pac.*

non obtinere *Vindius* & *Marcellus* notarint, quòd ſervis factis liberis prodeſſe non ſoleant, quæ in ſervitute egerunt; doli tamen exceptionem, & hîc admittendam eſſe putarunt.

Sed quid ſi quis ſolus hæres inſtitutus ſit ex par- 38
te purè, ex parte ſub conditione, an adhuc partis conditio expectanda erit? Et in promptu contradictio eſt, cùm pars parti, vel hærede invito accreſcat, & ſupervacaneum ſit expectare conditionem, quæ ſive exiſtat, ſive deficiat, nihil mutare poſſit; cujuſve eventus vel defectus, ut *Cajus* ſcribit, nihil operatur. Secundùm hæc *Martianus*; qui ex parte hæres inſtitutus eſt purè, ex parte ſub conditione, ſolus, etiam pendente conditione, ex aſſe hæres erit, ſi adierit hæreditatem, quia omninò ſolus hæres futurus eſt; veluti ſi ita ſcriptum ſit: Titius ex parte dimidia hæres eſto, & idem Titius ex altera parte dimidia, ſi navis ex Aſia venerit. Vt etiamſi is, qui ex duabus partibus hæres inſtitutus eſt, ex una purè, ex alia ſub conditione, poſt aditam hæreditatem ex pura inſtitutione, pendente conditione deceſſerit; ea quoque pars ad hæredem ſuum pertineat. Sed hæc, ut dixi, cùm unus ſolus hæres ſcriptus eſt. Quid ſi plures ſcriptos eſſe ponamus, unum ex diverſis partibus, ex una purè, ex alia ſub conditione, & item alium ex alia parte purè: an primus ex parte pura hæreditatem adiens, utramque acquirat? *Celſus*, inſtitutione ſic ſcriptâ: Titius ex ſemiſſe hæres eſto: Sejus ex quadrante hæres eſto: Titius ſi in capitolium aſcenderit, ex alio quadrante hæres eſto: Titium dum pendet conditio ex ſolo ſemiſſe adire poſſe notat. Quod ſic verum credimus, ut

33. l. ſi quis ita. de hæred. inſt.

52. l. cum hæres §. 1. de acqui. hæred.

53. l. qui ex duabus, eo. tit.

59. l. liber ho. §. ſi Titius de hær. inſt.

ut intelligamus quadrantis conditionalis partem pro ratâ ei accreſcere. Ius enim accreſcendi in hac portione per conditionem non ſuſpenditur, nam etſi deficiat conditio, eum ſequetur. Vndè ſi demus Titium ex parte tertia, Mevium ex parte tertia inſtitutos eſſe, Titium ſi intrà tertias calendas navis ex Aſia venerit, ex reliqua parte: Titius ſtatim ex ſemiſſe hæres erit, ſextans autem ſolus in pendenti manebit, ut ſi extiterit conditio, Titius ex beſſe hæres ſit, ſi non extiterit, ſextans ille Mevio accreſcat.

d. l. liber hom. §. ſi ita ſcriptum. 8. l. ſi ita ſcriptum. de bo. poſſ. ſecund. tab.

39 Alia ſeſe offert ex his anceps diſputatio. Ponamus duos ſcriptos hæredes eſſe, alterum purè, alterum ſub conditione: an is qui purè inſtitutus eſt, interim totam hæreditatem obtinere poſſit, an partem dumtaxàt? Diverſæ ſunt ſententiæ. *Joannes* antiquus legum commentator, partem dumtaxàt ei concedendam eſſe putabat: ſequuntur eum *Jacobus de Aretio*, *Baldus*, & uterque *Raphael*. Nam exiſtente poſteà cohæredis conditione, non poſſet deſinere eſſe hæres, & à principio in viriles vocati eſſe cenſentur: & partem facere dicitur, qui ad partem admitti ſperatur. *Pileus* & *Azo* interim hunc in ſolidum hæredem eſſe dicebant; pro quibus ſunt, quæ infrà à nobis de liberti aſſignatione, & reſtitutione hæreditatis ex fideicommiſſo univerſali dicentur. *Accurſius* verò *Hugonem* ſecutus diſtinguendum credidit, an hâc formâ inſtitutio ſcripta ſit: Titius hæres eſto, & ſi navis ex Aſia venerit, tunc etiam Sejum cum eo inſtituo: an hâc, Titius ex ſemiſſe hæres eſto, Sejus ſi navis ex Aſia venerit ex ſemiſſe hæres eſto: ut priore caſu tota interim hæreditas

glo. in l. 2. ſi pars hær. pet.

Refert Jaſ. in l. plane. §. conjunctim. de lega. 1. l. 1. §. ex tribus de bo. poſſ. contr. tab.

Bart. in d. §. conjunctum. purè inſtituto concedenda ſit, poſteriore ſecùs. Quam diſtinctionem ſequuntur *Bartolus, Angelus, Salicetus, Florianus*, & *Ioannes ab Imola*; non quòd interim in ſolidum hæres ſit, ſed quòd conditionalem partem pro curatore adminiſtret, tantiſper dum futurus eventus expectetur. Cæterùm etſi is, qui ex parte ſub conditione inſtitutus eſt, de jure civili dum pendet conditio, nullo modo *Infrà nu. 43.* adire poſſit: de jure tamen prætorio bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas agnoſcere poſſe, ut & ipſe tanquam curator interim adminiſtret, infrà dicetur. An autem is qui purè inſtitutus eſt, cohærede ſub conditione dato, nec bonorum poſſeſſionem admittente, interim ſolidum à debitoribus hæreditariis exigere poſſit, ex ſuperioribus acta eſt quæſtio. Et *Venulejus lib.* vij. *Stipula-* *7. l. ſi hæres fam. Hercisc.* *tionum*: Si hæres unus cùm ſub conditione adjectum cohæredem haberet, dixerit ſe hæredem eſſe, & actione expertus vicerit, deindè conditio cohæredis extiterit; electionem cohæredi dandam dixit, an ſibi judicati actionem communicari vellet, an experiundi de novo contrà debitorem fieri poteſtatem. Cautionibus itaque ejus

l. unica. §. ſin autem C. de cadu. toll. indemnitati ſuccurrendum eſſe autumo. Neque 40 ſolùm ab aditione hæreditatis inſtitutionis conditio remoratur; quin hòc facit, ne interim hæreditas delata eſſe dici poſſit: ut nec deliberan- *l. quoties, de acq. hæred.* di jus competere dicamus, multoque minùs ad alium interim tranſmitti poſſit; tranſmittuntur e- *l. Jam dubitari. & l. Cornelius de hæred. inſt.* nim illa ſola quæ delata ſunt, ut *Vlpianus* admonuit. Quod in ſuis quoque hæredibus uſu venit, ſi ſub conditione ſcripti ſint, cùm interim ſuſpenſa ſuitas eſſe dicatur. Quamvis enim filii, nepo-

tes

tes, reliquique deſcendentes teſtamento parentum ſcripti hæredes, etiamſi antè apertas tabulas deceſserint, hæreditatem tranſmittant: ſi tamen ſub conditione inſtituti ſint, & eâ pendente decedant, nihil tranſmittent. Et quod dicitur, hæredem omnem ſcientem ſibi delatam eſse hæreditatem, jus deliberandi, ſi intrà annum decedat, ad quemcunque tranſmittere, tunc quoque locum habere non poſse ſequitur, cùm conditio adſcripta fuit. Hinc ſubſtitutionis ſpem ad hæredem non tranſire dicimus: ad vivos enim, ut *Marcellus* ſcribit, ex ſubſtitutione hæreditates deferuntur, non etiam ſi deceſserint ad hæredes eorum. Et cùm ita ſcriptum fuiſset, quiſquis mihi ex ſupraſcriptis hæres erit, idem impuberi filio hæres eſto, *Vlpianus* ſolos ſuperſtites hæredes pupillo fore reſpondit, neque hæredis hæredem admittendum eſse: & idem à *Scevola* probatum eſt. Non moverit quòd *Neratius* ſcribit, eum qui patri hæres fuit, ſi filio impuberi ſubſtitutus ſit, non poſse hæreditatem ejus prætermittere: & ſi mortuus ſit pupillo vivo, hæredem ſuum pupillo quoque hæredem fore neceſsarium. Nam hoc ex vi juris accreſcendi procedit quod cum pupillari ſubſtitutione unitum eſt, & ad hæredes tranſit.

l. unica. c. de iis qui antè apert. tab. glo. ibi. & in l. cum in antiquioribus. c. de jur. delib. d. l. cum in antiq. 9. l. ſi ex pluribus de ſuis & lig. hæred. 10. l. ſed ſi plures. & 8. l. qui liberis, de vulga. & pup. 59. qui patri. de acq. hær.

41 Cùm itaque non tranſmittantur quæ hoc modo deficiunt, cui cedant videamus. In promptu eſt, quod reſpondeatur ex *Iuſtiniani* verbis, ut ſi ſubſtitutus aliquis fuerit, ad eum tranſeant; ſin minùs, ad cohæredem pertineant: ſi neque is ſit, intercidit teſtamentum qualiſqualis fuerit conditio, ſive arbitraria, ſivè caſualis, ſivè mixta. Undè *Martianus*, ſi is qui ex ſemiſse purè, & ex alio ſe-

52. l. cum hæres §. qui ex parte de acq. hær.

miſse ſub conditione inſtitutus fuit, in parte conditionali ſubſtituto dato, pendente conditione deceſserit; ad ſubſtitutum deficientem portionem tranſire ſcripſit: & idem à *Celſo* & *Pomponio* reſponſum fuit. Deficiente verò ſubſtituto, ut dixi, ad cohæredem vel invitum, ſi quidem is portionem ſuam agnoverit, pro hæreditaria parte, cum ſuo tranſit onere, accreſcendi jure: ut ſi ex hæredibus quidam conjuncti ſint, & alii diſiuncti, & inter conjunctos aliquid deficiat, ad ſolos conjunctos pertineat. Quòd ſi omnes hæredes disjuncti ſint, & unus eorum pendente conditione deceſserit; ad cohæredes pro portionibus hæreditariis deficiens portio ſpectabit. Utrùm hæredes, inquit *Jabolenus*, ſine partibus ſcribantur conjunctim, an ſeparatim, hoc intereſt, quòd ſi quis ex conjunctis deficiat, portio ejus non ad omnes, ſed ad conjunctos pertineat; ſin autem ex ſeparatis, ad omnes qui eodem in teſtamento ſcripti ſunt hæredes: & idem à *Celſo* notatum fuit. Cæterùm quòd dictum eſt, onus ad cohæredem tranſire, intellige, niſi is re tantum conjunctus fuerit, vel niſi onus perſonæ cohæreat. Denique ſi neque ſubſtitutum, neque cohæredem habeat, qui ſub conditione inſtitutus fuit, & eâ pendente deceſſerit, ſublato teſtamento hæreditas ab inteſtato deferetur: ſi ij non appareant, ad ærarium pertinebit. Sed quid ſi interim hæres deportatus & bona ejus publicata fuerint, an exiſtente conditione hæc quoque hæreditas fiſco debeatur? & certum eſt, non deberi, quando nec ea hæreditas, quæ purè relicta fuit, hærede deportato, priuſquàm eam adijſſet, ad fiſcum tranſeat, ſed

27. l. ſi te ſolum de hær. inſt.

63. l. hæreditas de hæ. in. 59. l. liber hom. §. cum quibus, eo. tit.

d. l. unic. §. ſin aut. deficientis.

d. l. unic. §. ſin aut. de cadu. toll.

ſed pro eo erit, atque ſi hæreditatem hic repudiaſſet. Et *Paulus*, ſubſtitutionem quæ nondum competit, extrà bona noſtra eſſe ſcripſit, depor-
42 tatoſque mortuorum haberi loco. Superioribus conſentaneum eſt, nullius eſſe momenti, repudiationem hæreditatis factam, pendente inſtitutionis conditione: nemo enim repudiando amittere poteſt, quod delatum non eſt; & ubi aditioni locus non eſt, neque repudiationi locus eſſe debet. Si, inquit *Vlpianus*, ſubſtitutus antè repudiet hæreditatem, quàm inſtitutus hæres de ea decreverit, nihil valebit repudiatio: idem erit in ipſo hærede, ſi pendente conditione ſub qua ſcriptus eſt hæres, hæreditatem repudiaverit. Ampliùs, ſi is ad quem legitima hæreditas pertinere poteſt, ſub conditione inſtitutus ſit, tantiſper dum conditio pendet, nihil de legitima hæreditate conſtituere poſſe dicitur. Adeò hæc, ut exiſtente poſteà conditione haud ſecùs adire poſſit, atque ſi non repudiaſſet: quando enim actus nullus eſt, impedimentum præſtare non poteſt. Et hæc vera eſſe *Vlpianus* ſcribit, qualis qualis fuerit conditio, etiam ſi in arbitrium hæredis collata ſit. Duobus tamen caſibus hæc non obtinere putant; primus eſt, ſi in judicio repudiatum ſit, & judex tamquàm publica perſona id acceptarit. Et *Paulus*, ſi interrogatus hæres reſponderit ſe non aditurum, etiamſi conditio extiterit, vendenda eſſe defuncti bona tradidit. Secundus eſt, ſi per pactum renunciatum ſit; quibus nonnulli propter religionis authoritatem tertium addunt, ſi cum juramento renunciatum ſit. His etenim caſibus repudiationem, vel pendente conditione, va-

Nullus de tempore poſt bannum q.30. 42. l. ſubſtitutio, de acq. re. do. 4. l. ſi necem. §. ſi deportatus, de bon. lib. 18. l. is poteſt, de acq. hæred. 13. l. is qui hæres. §. 1. de acq. hær. 69. l. in plurium §. 1. eo. tit. 17. l. nec is §. fi. eo. tit. & ibi. glo. d. l. is qui hæres. glo. & doct. in d. l. is qui hæres. l. 1. de cura. bo. dan. Iaſ. ibi.

lere putant. Porrò etſi ſub conditione inſtitutus
11. l. ſi ſervus, de bo. poſſ. in tab. hæres, eâ pendente, hæreditatem de jure civili
nec acquirere nec amittere poſſit; de jure tamen
prætorio, à bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas
arcendus non eſſe dicitur, ſive ab inteſtato
ſucceſſurus fuerit, ſive non: adeò ut etiam
ſervum, ſi ſub conditione hæres ſcriptus ſit, ad-
6. l. hi demum. eo. t. 23. l. ſi quis inſtituatur, de her. inſt. mittendum eſſe, *Scevola* putarit; dum ut *Vlpianus*
admonet, utiliter inſtitutus ſit: inutilis autem
inſtitutio nec ad bonorum poſſeſſionem proficit.
Sic *Pomponius*, cum qui in diem incertum inſtitutus
eſt, bonorum poſſeſſionem agnoſcere poſſe
ſcripſit, & tanquàm hæredem diſtrahere hæreditatem,
hoc eſt, non ſecùs quàm ſi hæres eſſet.
Hanc enim bonorum poſſeſſionem interim dum
Bart. ibi. l. 3. ſed ſi ſub conditione, de bo. poſ. con. tab. conditio pendet, nihil dicunt juris tribuere, ſed
hoc dumtaxàt præſtare, ut tamquàm curator ad-
miniſtrare poſſit. Quæ in filiis quoque vera ſunt,
ut ſi ſub conditione ſcripti ſint hæredes, ad bo-
norum poſſeſſionem contrà tabulas admitti non
11. l. ſi in adoptionem eo. tit. l. 3. §. ſi ſub. ea. debeant; niſi alio fortè edictum committente. Si-
quidem ritè inſtitutio ſcripta fuerit: ut ſi in po-
teſtate filius ſit, conditio poteſtativa ei adſcripta
ſit, aut fortuita, & ipſe in defectum ejus ſit ex-
hæredatus: aut ſi filius emancipatus ſit, qualiſ-
cumque. Porrò ſi filius in poteſtate exiſtens, in-
l. ſuus, de her. inſt. & l. ſi pater C. de inſt. & ſubſt. ſtitutus ſit ſub conditione, quæ in ejus poteſtate
non eſt, nec in defectum ejus exhæredatus ſit, ſta-
tim non valere teſtamentum conſtat, ipſumque
filium ab inteſtato adire hæreditatem poſſe. Ita
l. 2. §. 1. de bo. poſſ. cont. tab. tamen, ut ſi velit approbare teſtamentum, id in
ejus ſit facultate, & hoc caſu ſecundùm tabulas
poſſeſſionem petere poterit. Et ſi defecerit con-

ditio, prætor tuebitur eum, ac ſi contrà tabulas poſſeſſionem accepiſſet. Et hanc *Juliani* fuiſſe ſententiam mihi viſum eſt. Iſta autem bonorum poſſeſsio quæ filiis datur, jus dicitur tribuere, quia in omnem eventum hæredes ſunt futuri. Sed etſi plures inſtituti ſint, unus purè, alius ſub conditione, hunc qui ſub conditione inſtitutus eſt, eâ pendente, ad bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas admittendum eſſe arbitramur; tametſi hic eſſe videatur qui bona hæreditaria adminiſtrare poſſit. Illam etenim non arbitror cauſam hujus dandæ poſſeſſionis, ſed quò ei cautum ſit qui hæres aliquando futurus eſſe ſperatur; quando enim nullus eſſe poſſit, qui ei caveat, conſentaneum rationi fuit per hanc poſſeſſionem ei proſpicere, quamvis & ipſe viciſſim cavere debeat, in caſum conditionis deficientis. Secundùm hæc *Julianus*, ſi ita ſcriptum ſit: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto; Titius ſi navis ex Aſia venerit ex parte tertia; & idem Titius ſi navis ex Aſia non venerit, ex parte ſexta. Titium ſtatim bonorum poſſeſſionem accepturum eſſe reſpondit, non ſolùm tertiæ partis, ſed ejus quoque quæ ex ſextante ei accreſcit, hoc eſt, ſi juſtum ineamus calculum ſextantis duabus quintis. Idemque fore putarim, ſi Sempronius purè in ſolidum hæres ſcriptus ſit, & Titius itidem ſub conditione. Nam ſi totam hæreditatem Sempronio concederemus, poſteà deſinere eſſe hæres non poſſet; quanquàm de iſta ſpecie à plerisque dubitatum ſit. Porrò ſi quis ita hæredes ſcripſerit: uter ex fratribus meis Sejam uxorem duxerit, ex dodrante hæres eſto; uter non duxerit ex quadrante: *Vlpianus*, priuſquàm conditio

8. l. ſi ita ſcriptum, de ſecun. tab.

l. 2. §. ſi quis ita. eo. tit.

ditio exiſtat, neutrum poſſe petere bonorum poſ-
ſeſſionem ſcripſit. Cujus rationem *Bartolus* di-
cit quòd ex conditionis exiſtentia ſit incertum,
uter vocatus ſit. *Accurſius* verò ita interpretari
maluit, ut neuter ex dodrante mitti poſſit, ſed e x
ſemiſſe ſinguli: alii alia commentantur. Cæte-
rùm ſi poſthumum ſub conditione exhæredatum
eſſe ponamus (admittit enim exhæredatio condi-
tiones quaſdam) veluti ſi ita ſcriptum ſit, ſi mihi
filius unus naſcetur, exhæres eſto; quia deficere
poteſt conditio ex *Pedii* ſententia, venter in poſ-
ſeſſionem mitti poterit; poteſt enim naſci filia vel
plures filii, vel filius & filia uno partu, uti & mi-
hi uxor peperit. Sanctiùs itaque eſse creditum
eſt, ſub incerto ejus qui edetur, ali etiam eum
qui exhæredatus ſit, quàm eum qui non ſit ex-
hæredatus, fame necari. Quæri denique ſolet, 44
an hæc bonorum poſſeſſio, conditione inſtitutio-
nis pendente, repudiari poſſit? Si hæreditatis
aditionem imitemur, conſequens erit, non poſ-
ſe interim repudiari. Sed in hac poſſeſſione di-
verſum eſſe *Accurſius* notavit, quià pendente con-
ditione competit, & peti poteſt: quo fit ut etiam
repudiari poſſit. Et *Vlpianus*, ſi quis ſemel bono-
rum poſſeſſionem petere noluit, etſi tempora
largiantur, jus tamen ejus hunc perdidiſſe nota-
vit, & ad alios vel ad fiſcum tranſiiſſe. Hæc ita-
que in inſtitutionibus vis ferè conditionum eſt.
Cæterùm de exhæredatione videamus; in quâ ſi 45
adſcripta ſit conditio pendens, hoc operatur, quòd
interim exhæredatus non videtur, qui ſub con-
ditione exhæredatus eſt. Proindè ſi is qui exhæ-
redatus ſub conditione fuerat, eâ pendente de-
ceſſerit,

l. 1. §. ſed & ſi ſub. de vent. in poſſ. mitt. d. l. 1. §. ſed & ſi.

glo. in l. is qui hæres, de acq. hær. l. is poteſt. eo. tit. l. 1. de ſucceſ. edic. §. qui ſemel.

ceſſerit, non exhæredatus deceſſiſſe putabitur, quantùmvis poſteà exhæredationis conditio extiterit: tunc enim cùm moriebatur, exhæredatus non erat. Hinc rectè *Tryphonius*, filium qui à patre ſub conditione inſtitutus fuerat, quæ in ejus poteſtate non erat, & in defectum ejus exhæredatus; ſi pendente utroque caſu deceſſerit, hæredem ab inteſtato patri deceſſiſse adnotavit: quià dum vixit, neque ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit; mortuo enim exiſtens conditio nullum officium præſtare poteſt. *28. l. filius à patre, de lib. & poſth.*

46 De legatis videamus & fideicommiſſis particularibus, quid in iis pendens operetur conditio. Conſtat autem puri legati diem à morte teſtatoris cedere, etiamſi hæreditas tardiùs adita fuerit: hoc autem, ut *Vlpianus* ſcribit, moram petitioni facit, non ceſſioni diei. *7. l. hæredis aditio, quan. dies leg. ced.* Sed & quantùmvis longæva dies adjecta ſit, veluti Calendis Ianuariis centeſimis, idem erit, ut *Paulus* notavit. Ampliùs, etſi ipſe hæres ſub conditione inſtitutus ſit, & per conditionem impeditus tardiùs adierit hæreditatem: à morte tamen teſtatoris ceſſiſse puri legati dies dicetur. *21. l. ſi dies, eo. tit.* Undè idem *Paulus*, cùm in pupillaribus tabulis legatum relictum fuiſset, à morte patris quàmvis pupillus ſupereſset, ceſſiſse diem reſpondit. *l. 1. eo. t.* Quin ſi expreſſis verbis ità ab impuberis ſubſtituto legatum fuerit: ſi intrà pubertatem filius meus deceſserit, Sejo hæres meus centum dato; Sejum decedentem, vivo pupillo, legatum ad hæredem ſuum tranſmiſiſse *Vlpianus* ſcripſit. *d. l. hæredis aditio.* *21. l. ſi dies §. 1 eo. tit.* Et *Pomponius*, ſi ſub eâ conditione, ſub quâ te hæredem ſcripſi, Titio legavero, à morte meâ ceſſurum legatum tradidit. Idem fore *Julianus* pu-

19. l. cum tat, ſi ab eo purè fideicommiſsum mihi datum ſit,
ſine. §. 1. cui ſub conditione legatum fuit. Quin ſi debitori
eo. tit. §. fi. purè legatum ſit, quod ſub conditione debet, aut
idipſum alteri; adhuc à morte cedet legati dies.
Hæ enim omnes legati ſpecies purè & ſine conditione
ſunt. In conditionalibus porrò legatis diverſum
eſt; hæc enim quàmvis teſtatore mortuo
tantiſper pendere dicuntur dum pendet eorum
5. l. ſi poſt conditio. Si ſub conditione, inquit *Vlpianus*, le-
diem. eo. t. gatum fuerit, non priùs dies ejus cedet, quàm
conditio extiterit; ne quidem ſi ea fuerit conditio
d. l. ſi dies. quæ in poteſtate ipſius legatarii ſit. Et *Paulus*; ſi
incerta dies legato adjecta ſit, veluti cùm pubes
erit, cùm in familiâ nupſerit, cùm magiſtratum
inierit, cùm aliquid denique quod ſcribendo comprehendere
ſit commodum, fecerit: niſi temporis
conditio obtigerit, neque res pertinere, neque
41. l. legata de cond. legati dies cedere poteſt. Idemque à *Labeone* pro-
& demon. batur; & ideò quæ ſub conditione legata ſunt,
interim legari non poſse ſubdit. Rectè itaque
Inſt. de leg. *Theophilus*: καταφορὰ τοῖς λεγάτοις ἐστὶν τοῖς μὲν
πούροις ἡ τοῦ τεστάτορος τελευτὴ, τοῖς δὲ αἱρετικοῖς ἡ τῆς
αἱρέσεως ἔκβασις. Hoc ampliùs; etſi teſtamenti
cauſa omiſsa fuerit, adſcriptam tamen libertati
48. l. Sta- conditionem expectandam eſse *Vlpianus* notavit.
tius florius. Et *Paulus*, cùm mater filio hæreditatem poſt
§. Cornelio. de ju. mortem ſuam reſtituere rogata fuiſset; quàmvis
fiſ. matre condemnatâ, bona ejus à fiſco fuiſsent occupata;
tamen antè mortem ejus fideicommiſſi
non ceſſiſse diem reſpondit. Sed & ſi alternativè 47
27. l. ſi illud aut illud, de leg. 1. legatum ſit, & in una parte conditio adjecta ſit,
totum ex conditione pendebit, ut neutrum interim
tranſmittatur; unum etenim legatum non
plura

plura eſse dicitur. Si, inquit *Papinianus*, purè fundum alterum Titio, vel alterum ſub conditione legaveris, pendente conditione neutrum eliget Titius; nec ſi interim moriatur, quicquam ad hæredem ſuum tranſmittet. Et apud *Paulum*, ſi Titio uſusfructus Stichi, aut ſi navis ex Aſia venerit, decem legata ſint, dum pendet conditio, non poſse uſumfructum peti legimus, ne poteſtas hæredi utrum velit dandi auferatur. Similiter ſi quis Sejæ decem, aut ſi pepererit, fundum leget; nam & hîc dies neque pro decem cedere dicitur, quamdiù incertum eſt, an pariat. Ampliùs *Iulianus* in tacita conditione idem eſse putavit: ut, ſi ita legatum ſit; Stichum, vel quod ex Pamphila natum erit, hęres meus dato: quàmvis enim ſi ſeparatim Stichus, aut per ſe quod ex Pamphila naſcetur legatum ſit, dies à morte teſtatoris cedere dicatur; cùm tamen utrumque ſimul jungitur, ab exiſtente demùm conditione cedere dicitur: vel quia, ut *Bartolus* ait, duplex hîc dubietas eſt, vel quòd hæc alternatio tacitam in ſe conditionem habeat, ſi eò ventum ſit, ut electioni locus eſse poſsit. Itaque ſi dum adhuc in pendenti eſt, an ex Pamphila aliquid naſcatur, legatarius deceſserit, neutrum ad hæredem ſuum tranſmittet. Quod ſanè notatu perdignum eſt, in tacitis conditionibus. Porrò ubi certum eſse cœperit conditionem exiſtere non poſse, alterius legati diem cedere & tranſmitti ſtatim ajunt: veluti in proxima ſpecie; ſi certum eſse cœperit, ex Pamphilâ nihil naſci poſse, utpotè ſi mortua ſit: tunc enim Stichum deberi dicimus, & decedentem legatarium ad hæredem ſuum tranſmittere. Similiter

25. l. cum illud quan. di. le. ce. & ibi. glo.
21. l. Titio de uſuſ. leg.
16. l. cùm ita quan. di. leg. ce.
Bart. in d. l. cùm illud.
inf. de con. qua ta. inf. nu. 53.

liter

14. l. ſi uſusfructus eo. tit. liter in illa ſpecie; Seję decem, aut ſi pepererit, fundum: moriens enim Seja decem tranſmittit ad heredem ſuum. Eamque ſententiam *Julianum* probaſse *Vlpianus* refert. Et ſecundùm hęc, ſi uſusfructus aut decem, utrum legatarius vellet, legata ſint: *d. l. ſi uſusfructus.* *lib.* xxxvij. *digeſtorum Pomponius*, ſi poſt mortem teſtatoris antè aditam hęreditatem legatarius deceſserit, decem deberi ſcripſit: quia mortuo legatario certum eſſe cœpit, uſumfructum deberi non poſſe. *gl. d. l. cum illud.* Sicque in illa *Papiniani* ſpecie; cùm purè fundus alter, vel alter ſub conditione Titio legatus eſſet; *Accurſius*, ſi Titio decedente certum fuerit conditionem exiſtere non poſſe, hæredi ejus fundum qui purè legatus fuit deberi arbitratus eſt. *21. l. ſi dies, eo. tit.* Quando igitur legati conditionalis dies pendente conditione dicitur non cedere, conſequens eſt, nec peti poſſe, nec legatario ejus nomine actionem concedendam eſſe, ut *Paulus* ſcribit: ut nec ad exhibendum interim eum agere poſſe, quàmvis hæres ne poſſideret dolo feciſſet, *Vlpianus* putarit. *9. l. Iulianus §. ſi tibi decem. ad exhib.* Hoc ampliùs, ſi ex parte ſcriptus hæres, pecuniam præcipere, eamque inter legatarios diſtribuere juſſus ſit: eorum legatorum nomine quæ ex conditione pendent, nihil præcipere poſſe dicetur. *99. l. quidam teſtamento. §. ſi ſcriptus de lega. 1.* In fideicommiſſo idem juris eſt. Vndè *Modeſtinus* quàmvis hæres ſtatuliberum manumiſiſſet, fideicommiſſum tamen quod ſub conditione relictum ſervo fuerat, non eſſe repræſentandum dixit. *65. hæres ſtatuliberum de cond. & demon.* Quin ſi ipſe legatarius fideicommiſſo ſub conditione gravatus eſſe ponatur, idem obſervabimus. Hiſce conſentaneum eſt, quod *Vlpianus* ſcribit; ei qui pendente conditione legatai rem petiit & ſuccubuit, rei judicatæ exceptionem *83. l. ſi fundum. §. Stichum. de leg. 1.*

48

ſi

ſi poſteà petat, objici non poſſe. *Bartolus* tamen ſi
antè concluſionem extiterit conditio, in judicium
49 deductam videri putat. Adeoque hæc, ut eum cui
ſub conditione legatum eſt, interim inter credito-
res habendum non eſſe *Vlpianus* putarit, neque
creditorem appellari poſſe: tametſi in eo qui ſub
conditione ſtipulatus eſt, ſecùs ſit; quod *Hermo-
genianus* quoque probavit. Quàmvis enim jure
cautum ſit, in fraudem creditoris manumiſſum
ſervum ad libertatem non pervenire; ſi tamen is
ſolus fraudatus ſit, cui ſub conditione legatum
fuerat, edicto locum non fore ſcribit: ut ſub ſta-
tuto de creditoribus hunc comprehenſum non vi-
deri *Iaſon* notarit.

11. l. ſi mater. §. eandem. de excepti. rei jud.
12. l. grege. §. fi. de pig.
Bart. ibi.
41. l. as cui, de ac. & ob.
27. l. qui in fraudem, qui & à quib. ma.

50 Denique ut petere legatarius interim non poſſe
dicitur: ita ſi repudiet, nihil egiſſe putabitur. Si
ſub conditione, inquit *Pomponius*, nobis legatum
ſit, antè conditionem repudiare non poſſumus,
cùm ad nos necdum pertineat. Undè *Neratius*; ſi
purè mihi & ſervo meo ſub conditione legatum
ſit, licèt ego quod mihi legatum eſt repudiarim,
exiſtente tamen conditione, in ſervi perſona ad-
jecta, totum legatum me poſſe agnoſcere admo-
nuit. Enimverò ſi per pactum conditionali lega-
to renunciatum fuerit, valere pactum ajunt: quin
& ſi in judicio renunciatum ſit, vel extrà judi-
cium, cum jurejurando, noſtri idem fore putant.

46. l. ſi ita ſcriptum §. 1. de le. 2.
61. l. ſi mihi eo. tit.
l. 1. C. de pac. l. 1. de cur. bo. dan.
Cum. in l. ſi is qui heres de acq. hær.
58. l. intercidit, de cond. & demon.

51 Quid igitur, ſi legatarius dùm adhuc pendet con-
ditio inter homines eſſe deſierit? Et nihil ad ſuos
hæredes tranſmittere, ſed prorsùs intercidere le-
gatum, ex ſuperioribus liquet; & *Vlpianus* & *Pau-
lus* tradiderunt. Et *Pomponius*; ſi Titio cùm an-
norum 14. erit, legatum ſit, & is antè eam æta-

8. l. neceſſario de per. & cond. rei vend.

tem

22. *l. ſi Titio, quandi: leg. ced.*

tem deceſſerit, ad hæredem ſuum non tranſire legatum expreſsè ſcribit, nihilque intereſſe, utrùm ita ſcribatur, cùm annorum xiiij. erit; an ſic, ſi annorum xiiij. factus fuerit. Quod à *Juſtiniano* quoque expreſsâ conſtitutione confirmatum eſt; definiente hujuſmodi legata caduca appellari. Ampliùs *Martianus*: ſi alteri ex ſociis, qui fundum meo vicinum communem inter ſe habebant, viam ad eum fundum ſub conditione legavero, & alteri ſimiliter purè; & pendente conditione ille cui ſub conditione legaveram, deceſſerit: evaneſcere legatum notavit, neutrique viam deberi: non illi, quia in perſona ejus intercidit; nec huic, quia per partem acquiri ſervitus non poteſt. Sed quid ſi legatarius civiliter mortuus ſit, quia deportatus, & omnia bona ejus confiſcata ſint? & arbitror idem juris fore, neque ſpem legati ad fiſcum tranſire. Neque admittendam eorum puto diſtinctionem, qui referre ajunt, an conditio caſualis fuerit, an poteſtativa. Ab indignis tamen quibuſdam caſibus legata auferri, & fiſco applicari pernotum eſt: atque tunc fiſcum eiſdem conditionibus parere debere, quibus perſona à qua pervenit legatum, putaverim. In fideicommiſſis 53 idem obtinere arbitrantur: ut ſi Titio ita reſtituere rogatus ſim, ſi ſine liberis deceſſero; Titio me ſuperſtite mortuo, nihil hæredi ejus reſtituere debeam. Undè *Pomponius* cùm hæres juſſus fuiſſet, fratris ſuæ filiæ res aliquas reſtituere eâ conditione, ut ſi filia fratris ſine liberis deceſſiſſet, eaſdem res hæredi reſtitueret: ac mortuo hærede, filia hæredis hæredi caviſſet ſe eas res reſtituturam: incerti condici cautionem illam poſſe

l. unic §. & cum & §. quod C. de cad. tol.

l. 3. de ſer. leg.

glo. in l. non ad ea, de cond. & de Chaſſ. in conſuet. Bur. t. de confiſcat. §. 2.

59. *l. in facto. §. fiſcus de con. & de.*

17. *l. in cauſa §. Pomponius de minor.*

ſe tradidit; ſed & in integrum poſſe reſtitui *Ariſtoni* viſum fuit. Et hæc nedum in particulari, ſed in univerſali quoque fideicommiſſo obtinere certiſſimi juris eſt. Undè cùm ſcriptus hæres rogatus fuiſſet, cùm moreretur, filiis ſuis hæreditatem reſtituere, vel uni ex his cui vellet: nullo electo, eo mortuo *Papinianus* inter illos liberos dividendam hæreditatem reſpondit, qui eo tempore cùm moreretur hæres, ſupererant. Et hæc
53 ſententia vera eſt: licèt *Accurſius* aliquando diverſum ſcripſiſſe comperiatur. Hinc natum puto quod *Cajus* ſcribit, antè impletam conditionem rectè reſtitui hæreditatem, nec ſi reſtituta ſit, actiones transferri, quia non ita reſtituta ſit, ut teſtator rogavit. Et *Martianus*; ſi quis ſub conditione fratris ſui filiis hæreditatem reſtituere rogatus ſit, antè conditionem exiſtentem dum adhuc in patris poteſtate ſunt, neque volentibus rectè reſtituet: cùm poſsint conditionis exiſtentis tempore vel ſui eſſe juris, vel etiam eorum aliquis mortem obijſſe. Hinc cùm Sejus ſcriptus hæres, rogatus fuiſſet, poſt mortem ſuam hæreditatem Appiæ reſtituere, aut ſi quid Appiæ contigiſſet, hoc eſt, ſi ipſa prior mortem obiiſſet, Valeriano: Sejum à Valeriano liberatum non fore *Papinianus* reſpondit, quòd vivus Appiæ hæreditatem reſtituiſſet. Quæ tamen ita accipienda ſunt, ſi præmatura reſtitutio alteri damnum adferre poſſit. Aliàs enim poſt mortem ſuam reſtituere rogatum, & priuſquàm fati munus impleat, ſive
4 quarta retenta, ſive omiſſa reſtituere poſſe, explorati juris eſt. Ad quem autem legatum vacuum ac caducum vel quaſi caducum tranſeat, *Iuſtinianus*

d. l. unic. §. ſin autem & l. cum filiof. de leg. 1. c. Raynutius de teſta. 79. l. cum pater. §. hæreditatem, de leg. 2. & 69. l. unum. §. Rogo. eo. tit. glo. in l. is cui de act. & ob. & in l. ſi in perſona. c. de fidei. com. 10. l. ſed etſi antè ad Trebel. 117. l. filiusfa. §. divi, de le. 1. 39. l. uxorem §. Sejum, de leg. 3. 12. l. poſt mortem c. de fideicom.

ſtinianus paucis aperuit. Nam uti in hæreditatibus dictum eſt, ad ſubſtitutum primo deferuntur loco, poſt hunc ad conjunctum: quòd ſi neque conjunctus ullus ſit, apud eum manent, à quo relicta ſunt, ſive is hæres fuerit, ſive legatarius. Nám & hunc fideicommiſſo gravari poſſe pernotum eſt. Vndè *Julianus* ſi à filio hærede legatum ſit Sejo, ejuſque fidei ſub conditione commiſſum, ut Titio reſtituat, Titiuſque pendente conditione deceſſerit, deficiens fideicommiſſum non ad filium reverti, ſed apud Sejum manere debere reſpondit, & ab *Vlpiano* probatum eſt. Ut intelligamus tamen 55
hujuſmodi legata ad præmemoratas perſonas cum adjuncto tranſire onere. Si duobus, inquit *Labeo*, eadem res legata fuerit, ſi hæredi centum dediſſent: alter ex his, quinquaginta dando partem ſuam conſequetur, & pars ejus qui non dederit, alteri cum ſua conditione accreſcet. Idque in univerſum *Juſtinianus* probavit, ſive per formam legati, ſive per formam modi vel conditionis onus expreſſum fuerit: ut ſi Titio decem millia legata ſint, ſi Mevio quinque millia dediſſet, legato facto caduco Mevius ab hærede quinque millia petere poſſit. Neque refert ſive in dando, ſive in faciendo conſtiterit; dummodo per alium impleri poſsit, neque perſonæ cohæreat: quòd ſi cohæreat perſonæ, ſecùs eſſe. Quid enim, inquit, ſi juſſerit teſtator legatarium in certum abire locum, vel liberalibus imbui ſtudiis, aut uxorem ducere? Et diligenter notandum eſt, quod diximus onus per conditionis formam adjectum vel ad ipſum hæredem legato facto caduco tranſire, ut hæres vel invitus talem conditionem implere cogatur,

62. l. Iulianus, de leg. 2.

53. l. ſi quis legata §. 1. de cond. & demon. l. 2. c. de iis quæ ſub mo.

con-

co..ditiòque ſic in diſpoſitionem tranſit, quod nemo animadvertit, ut inferiùs dicetur. Cæterùm hæc in conjunctis procedunt, ſi verbis conjuncti fuerint, hoc eſt, cùm eodem ſermonis contextu res una pluribus legatur. At ſi re tantùm conjuncti, verbis autem disjuncti ſint, ut ſi eadem res duobus ſeparatim legata fuerit, non tranſire onus dicitur; ſingulis enim ſolidum hîc teſtator dare voluiſſe intelligitur, & alio ſuperveniente concurſu hunc partem facere & prioris legatum diminuere; ſi non veniat, legatum ejus non augeri nec quicquam ei decreſcere, ſed nihil decreſcere: ut meritò is qui non alienum, ſed ſuum dumtaxat legatum imminutum retinet, onus in aliam perſonam collatum ſentire non debeat. Secundùm hæc *Iulianus*: ſi ſeparatim mihi totus fundus purè legatus ſit, & tibi ſub conditione, & tu deceſſeris priuſquàm extiterit conditio, partem quam tu vendicaturus fueras, apud me manere ſcripſit, neque me implendi conditionem neceſſitatem ullam habere. Quæ obiter annotaſſe circà accreſcendi jus pro præſenti inſtituto ſufficere arbitratus ſum. Sed cùm is cui res ſub conditione legata eſt, interim petere non poſſe dicatur, an conjunctus ſolidum poſſit petere quæritur? Non diſſimile diſputatum fuit, in duobus hæredibus inſtitutis, altero purè, altero ſub conditione. Sed hîc aliter atque ibi totam rem ab eo vendicari poſſe dicimus, cui purè legata eſt. *Vlpianus*, ſi mihi uſusfructus fundi purè, & tibi ſub conditione legatus ſit; totius interim fundi uſusfructus ad me pertinebit: adeò ut ſi capite minutus fuero, totum amittere poſſim; ita tamen ut tibi hoc nociturum non eſſe ſcia-

infrà quæ in cond. ſunt. nu. 7.

d. l. unic. §. fin aut. in deficientis.

30. l. ſi ſeparatim, de cond. & demon.

7. l. idem eſt §. 1. de uſusfr. ac creſ.

10.l. ſub ſciamus, conditione tuâ exiſtente. Et ſecundùm
conditione hæc *Terentius Clemens lib.* xij. *ad legem Juliam &*
§.1.de aſ- *Papiam*: ſi uni purè, & aliî ſub conditione liber-
ſig. lib. tus aſſignatus ſit, pendente conditione illum ſo-
lum patroni jus habere reſpondit, cui purè aſſig-
l.1.§.ſed natus ſit. In fideicommiſſo idem obſervamus; ut
& quoties ſi quis duobus rogatus fuerit reſtituere, alteri pu-
ad Trebel. rè, alteri ſub conditione, interim univerſam hæ-
reditatem illi reſtituere poſſit, cui purè relicta
28.l. ex fuit; hocque ſenatum cenſuiſſe *Vlpianus* refert. Am-
aſſe.eo.t. pliùs, *Africanus*; ſi ſcriptus hæres quadrantem mi-
hi purè, & tibi æquè quadrantem ſub conditione
reſtituere rogatus ſit, & coactus adeat: totam hęre-
ditatem mihi interim reſtituendam eſſe ſcripſit.
5.l.purè de Prędictis conſentaneum eſt, quod *Paulus* tradidit; ſi
do.excep. mihi purè decem debeas, & ea tibi ſub conditione
legaverim, hæredem meum interim petere poſſe,
neque exceptione ſummovendum eſſe, ſi tamen
8.l.non ſo- tibi cavere paratus ſit. Vndè *Africanus* ſi debitori
lum §.fi.de liberatio ſub conditione legata ſit, & hæres eâ
lib. leg. pendente debitum exegerit, manere ex teſtamen-
mento actionem reſpondit: idémque fore ſi ab im-
puberis ſubſtituto liberatio relicta ſit, impubeſ-
41.l. lega- que quod debetur, exegerit. Neque hæc à juris
ta de cond. dictamine aliena ſunt, cùm & rei ſub conditione
& de. legatæ dominium interim apud hæredem eſſe, &
12.l. & in familiæ Herciſcundæ venire judicium, unique
poſt.§.1. ex hæredibus adjudicari poſſe, cum ſuâ tamen cau-
fa.Her. ſâ, *Papinianus* notarit. Non ideò minùs rectè, in-
66.l.& quit *Paulus*, quid noſtrum eſſe vendicámus, quòd
non ideo de abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio le-
rei ven.
32.l.om- gati, vel libertatis extiterit. Quin *Modeſtinus* fun-
nium §.2. dum ſub conditione legatum, ab ipſo legatario hæ-
de leg.2.
redem

redem vendicare poſſe ſcribit: & ſi ſervus ſub conditione legatus furtivus eſſe cœperit, hæredi competet condictio. Idem in legatario eſſe dicemus, ſi is ſub conditione rem ſibi purè legatam alteri reſtituere juſſus fuerit: interim enim dum pendet fideicommiſſi conditio, in legatarii eſt dominio. Ideoque, cùm Stichum teſtator Sempronio legaſſet, & niſi eum intrà annum manumiſiſſet, dari juſſiſſet Titio; pendente conditione in Sticho nihil non eſſe Sempronii, *Iulianus* reſpondit. Ampliùs, ſi fundus detracto uſufructu Titio legatus ſit, & ejuſdem fundi uſusfructus ſub conditione Sempronio; interim dum hujus conditio pendet, apud Titium non apud hæredem uſumfructum fore idem *Iulianus* tradidit. Sed & ſi uni hæredum aliquid ſub conditione prælegatum ſit, interim ad omnes pertinebit. Et licèt ex Senatuſconſulto quod Claudii temporibus Suillo Ruffo, & Hiſtorio Scapulâ conſulibus factum fuerat, is ſolus ex liberis patronus declaratus ſit, cui aſſignatus eſt libertus; ſi tamen uni ex liberis ſub conditione aſſignatus ſit, interim ad omnes hæredes & liberos pertinebit. Sic & ſtatuliberum, hoc eſt, eum cui ſub conditione libertas data eſt, interim hæredis eſſe dicimus, ideoque noxæ ab eo dari poſſe, dantemque liberari rectè ab *Octaveno* ſcriptum fuit: hocque *Sabinus* & *Caſſius* probarunt. Adeò ut ſtatulibero hæres ſine libertate legare non poſſe dicatur, ut *Labeonem* notaſſe *Pomponius* refert: quamvis ſub eâ conditione quæ libertati adſcripta fuerit, rectè ei leget; vel etiam purè, ſi ita libertas data fuit, cùm morietur hæres eſto; cedunt enim tunc ſimul & legatum & libertas. Vndè & Syllaniano ſenatuſconſulto ſtatuliber

14. l. ſi ſervus de con. fur.
62. l. Iulianus de le. 2.
83. l. ſi fundum §. ſtichum d. le. 1.
l. 4. ſi uſusf. pet.
l. 1. de aſſig. li. & inſt. eo. tit. §. ſi.
10. l. ſub conditione de aſſig. lib.
9. l. ſtatuliberum. de ſtatulib. & §. illud.
15. l. pretor de nox. ac.
11. l. ſtatuliberum de leg. 2.

l. 1. §. ſervi. de Sylla. contineri dicitur: quòd enim exiſtens conditio dominio hæredis eum eximit, non facit ne interim ejus fuiſſe videatur. Pro ſervis igitur interim ſta- 58

29. l. ſtatuliberi de ſtatulib. tuliberos eſſe conſequens eſt; quod etiam in pœnis *Pomponius* verum eſſe credidit; neque hîc ſtatuliberos ab aliis differre ſervis putavit: ideoque in publicis judiciis eaſdem pœnas, quas alii ſervi ſuſtinere.

14. l. ſtatuliber. de quæſt. Sed hæc ſententia *Modeſtino* diſplicuit: is enim in delicto repertum ſtatuliberum, ſperandæ libertatis prærogativâ, non ut ſervum, ſed ut liberum propter ambiguum conditionis, punien-

9. l. moris §. fi. de pen. dum eſſe tradit. Et in hanc ſententiam ut benigniorem, conceſſit *Vlpianus*, & divi *Pii* ad *Salvium Martianum* reſcripto probatam fuiſſe refert. Non

gloſ. in d. leg. ſtatuliberi. deſunt tamen qui *Pomponii* ſententiam in eo obtinere putent, qui antè acceptam ſtatutæ libertatis cauſam deliquerunt. Enimverò ſi ſtatuliber rem domini ſurripuerit, ut ſervum coërceri poſſe, *Vlpiano* non diſplicuit: quod tamen *Labeo* non ad-

l. 1. §. habet ſi quis teſt. li. eſ. l. ſi eo. tit. 8. l. edictum §. fi. de quæſt. mittendum eſſe putavit, ſi conditio citò extiterit. An autem torqueri poſſit ſtatuliber, ex cauſarum pendet varietate. Nam *Paulus* in adulterii cauſâ, poſtulari poſſe ſcribit, ut de ſtatulibero quæſtio habeatur. Tantiſper, inquit, ſervus hæredis eſt, dum conditio pendet: idemque in omnibus id ge-

9. l. Dinus §. fin. eod. tit. nus judiciis dici poſſe putavit. In cauſis autem pecuniariis diverſum eſſe à *Martiano* traditum eſt. 59
Cùm itaque legata res interim hæredis ſit, fructus quoque medios ad eum pertinere conſequens eſt:

32. l. omnia §. fundum de le. 2. quod adeò verum eſſe *Modeſtinus* credidit, ut etiam hæredem hos à legatario vendicare poſſe admonuerit. Quòd ſi legatarium fideicommiſſo gravatum eſſe ponamus, idem juris erit, atque in hære-

de

de diximus, fructus ſcilicet medios ad eum pertinere: adeò ut eorum nomine rurſùs fideicommiſſo gravari poſſit. Si legatum mihi, inquit *Iulianus*, ſervum, ſub conditione manumittere rogatus ſim, propter medii temporis fructus fideicommiſſum relinqui à me poterit, aliter atque ſi purè rogatus fuiſſem. Vndè cùm is cui fundus legatus fuerat, eundem alteri cùm moreretur, & alteri centum præſtare rogatus fuiſſet, *Vlpianus* in pendenti, pecuniæ fideicommiſſum fore reſpondit: itaque demùm præſtari debere, ſi medii fundi fructus ſufficiant. Fructuum autem appellatione quæ contineantur, & an perceptos eſſe oporteat, an à ſolo ſeparatos eſse ſufficiat, alium à præſenti tractatum habet: de fructuario ſanè ad hæredem *Iulianus* argumentum ſumpſit. Cæterùm in partu idem obſervamus. Cùm libertatem, inquit *Alexander*, mulieri ſub conditione datam eſse proponas; quis dubitaverit eos, qui antè impletam conditionem ex ea nati ſunt, ſervos eſse, & ad hæredem pertinere? Et *Vlpianus*, ſi ea quæ ſub conditione libertatem accepit, eâ pendente partum edidit, ad libertatem partus non perducetur: moram enim non fortuitam ancilla paſsa eſt; ſed eam quæ ex teſtantis voluntate & judicio evenit. Et idem *libro* 4. *Regularum*: quidquid ſtatulibera peperit ſervum eſse hæredis. Vndè cùm filiæ ſuæ teſtator quam exhæredaverat, mancipia decem legaſset cùm nupſiſset in familia, quod medio tempore ancillæ enixæ fuerant, ad filiam non pertinere *Scevola* reſpondit. Et alibi *Licinius* Locuſta *Proculo* ſuo ſalutem. Cùm faciat conditionem in prælegan-da dote, ut ſi mallet uxor mancipia quæ in dotem dede-

l. 3. §. 1. de le. 3.

24. l. generaliter §. ſi rogatus de fid. lib.

14. l. ſi fur. de uſufr.

l. 3. c. de fideicom. liber.

26. l. eum verò §. idem impera. de fid. lib.

16. l. ſtatulibera. de ſtatulib.

l. pen. de opt. leg.

42. l. Licinius de l. 2.

dederat, quàm pecuniam numeratam recipere: ſi ea mancipia uxor malit, nunquid etiam ea quæ ex iis mancipiis nata ſunt, uxori debeantur, quæro? *Proculus* Locuſtæ ſuo ſalutem. Si uxor malit mancipia quàm dotem accipere, ipſa mancipia quæ æſtimata in dotem dederit, non etiam partus mancipiorum ei debebuntur. Et cùm quis mulierem poſt mortem ſuam reſtituere rogatus fuiſſet, partum non fuiſſe reſtituendum, *Neratium* reſpondiſſe *Paulus* refert. In univerſali fideicommiſſo idem juris eſt; ut videlicèt medii fructus dum conditio pendet percepti, ad eum pertineant, qui reſtituere rogatus eſt, ejus enim gratiâ dilatio adſcripta eſſe videtur: idque à divo *Antonino* reſcriptum fuiſſe *Cajus* refert. Ideoque cùm hæres Titio hæreditatem reſtituere juſſus fuiſſet, ſi Titius ei centum dediſſet, ac Titius tardiùs pecuniam intuliſſet; de uſuris fruſtrà quæri reſponſum fuit: quantò enim tardiùs pecuniam numeravit, tantò tardiùs ad hæreditatem pervenit, & medii temporis fructus lucriſecit; adeò ut eos fideicommiſſarius reddere cogatur, ſi quâ ratione eos occupaverit. Secundùm hæc *Julianus*, cùm filius ex aſſe ſcriptus hæres hæreditatem ſorori poſt mortem ſuam reſtituere rogatus fuiſſet, hæreditatem quam interim dum pependit conditio, hæreditarius ſervus adiit, in fideicommiſſum non venire reſpondit, & à *Cajo* probatum fuit. Idem erit ſi hæres reſtituere juſſus fuerit, quidquid ex hæreditate ad eum pervenerit. Si, inquit *Papinianus*, hæredes rogati ſint, quidquid ad eos ex hæreditate boni ſve teſtatoris pervenerit, id omne coloniæ Beneventanorum reſtituere, nihil de fructibus pendente conditione perceptis, petitum

14. l. Paulus. §. 1. de uſur. 61

63. l. facta §. reſcripto ad Trebell.

25. l. quidam ita §. fi. & l. ita tamen. §. 1. eo. tit.

d. l. facta. §. ſi hæres.

57. l. ſi hæredes mei. eo. tit.

tum videbitur. Et *Modeſtinus* his verbis, quidquid *81. l. quod*
ex hæreditate boniſve meis ad te pervenerit, cùm *his verbis*
morieris reſtituas, fructus quos hæres vivus per- *de le. 3.*
cepit, eaque quæ fructuum vice ſunt, non venire
ſcripſit. Item *Celſus lib. xx Inſtitutionum*, cùm is *33. l. ſcribit*
qui quadringenta in bonis habebat, ab hærede pe- *ad Trebel.*
tiiſſet, ut ſi ſine liberis decederet, quanta pecunia
ad eum ex hæreditate perveniſſet, reſtitueret Me-
vio: quàmvis ex mediis fructibus alia quadringen-
ta percepiſſet, Mevio tamen dumtaxat quadrin-
genta deberi reſpondit, ut *Martianus* refert: aug-
mentumque illud ad hæredem pertinere. Ampliùs, *38. l. dedu-*
etſi quis quod ex hæreditate ſupererit, cùm mo- *cta. §. quod*
rietur reſtituere rogatus ſit, fructus tamen ſuper- *ex heredi-*
fluos non videri reſtituere rogatum eſſe, *Papinia-* *tate eo. tit.*
nus notavit: ut non rectè *Vlpianus* ſcripſiſſe videa- *l. 3. §. non-*
tur; ſi quis reſtituere rogatus ſit, quicquid ex *nunquam*
bonis ſupererit; ut ea quæ bonâ fide diminuta ſunt, *de uſur.*
non comprehendantur, hoc tamen quod ex fru-
ctibus ſupererit, jure voluntatis reſtitui oportere.
Niſi id accipere malis, cùm conſtat teſtatorem id *32. l. bali-*
voluiſſe ut fructus reſtituerentur: quod *Celſus* in *ſta ad Tre-*
his verbis probavit; quantacumque pecunia ex hæ- *bell.*
reditate de bonis meis ad te pervenerit, eam pecu-
niam omnem reſtituas, ſi ſine liberis moriaris. Sed
etſi in ipſius fideicommiſſarii favorem dilationem
adjectam eſſe appareat, fructus eſſe reſtituendos
dicemus; veluti ſi hæredes rogati ſint, quicquid *78. l. Lu-*
ex parte tertia hæreditatis ad eos perveniſſet, Cajo *cius. §. ha-*
Mevio teſtatoris alumno reſtituere, cùm is anno- *redum ad*
rum factus eſſet xv. ac interim ex reditu eos alere: *Trebell.*
hoc enim caſu *Scevola* hæredem de reditu & ſervo- *44. l. ſi ita*
rum mercede reſtituendis rogatum videri reſpon- *§. Pegaſus*
de le. 2.

dit,

dit. Sicque *Pegaſum* ſolitum fuiſse diſtinguere *Pomponius* refert, ſi in diem fideicommiſsum relictum ſit: intereſse videlicèt cujus causâ dilatum ſit, utrùmne hæredis, eoque caſu hæredem fructus retinere; an legatarii, veluti ſi in tempus pubertatis fideicommiſsum relictum ſit, & hoc caſu fructus antecedentis temporis præſtandos eſse.

d. l. 3. §. cum Pollidius.

Secundùm hæc *Vlpianus*, cum Pollidius à propinqua ſua inſtitutus hæres, rogatus fuiſset, mulieris filiæ quicquid ex bonis ſuis ad ſe perveniſset cùm certam ætatem puella complêſset, reſtituere, ne filiæ tutoribus ſed potiùs propinquorum neceſſitudini res committeretur: fructus bona fide à Pollidio perceptos reſtitui debere reſpondit; quòd tutelæ lubrico fideicommiſſi remedium mater prætuliſse videretur. Non diſſimile eſt, quod *Scevola* ſcribit in hac ſpecie; filium ex dodrante & uxorem ex quadrante teſtator hæredes inſtituerat, & filium rogaverat, ut novercæ hæreditatem reſtitueret, illamque ut infirmitatem filii commendatam haberet, eique menſtruos denos præſtaret, donec ad xxv. annum ætatis perveniret; cùm autem implêſset eam ætatem, partem dimidiam hereditatis ei reſtitueret. Hîc enim cùm filius ad eam ętatem perveniſſet, quęſitum fuit de fructibus, an mulier eos privigno reſtituere deberet? *Scevola* ſecundùm ea quę proponerentur, fructus quoque medii temporis novercam reſtituere debere reſpondit: filii enim infirmitati pater magis conſuſere voluiſſe viſus fuit, quàm in rem mulieris reſtitutionem ſemiſſis differre. Certè ut is favor haudquaquàm interveniat, ſi tamen cum incremento hæres hæreditatem ejuſve partem reſti-

21. l. liberto. §. filium de an. leg.

reſtituere juſſus ſit ; *Cajus* hæreditatem quoque , *d. l. facta.*
quam interim ſervus hæreditarius adiit, reſtituen- *§. ſi hæres,*
dam putavit : niſi evidenter ab hærede probetur, *ad Treb.*
ſui contemplatione ſervum fuiſſe inſtitutum. Et
Pomponius ſi nominatim adjectum ſit, ut cum in-
cremento hæres fideicommiſſum præſtet, fructus *d. §. Pega-*
62 omninò reſtituendos tradidit. Porrò ut fructus ex *ſus.*
particulari re legatâ medio tempore perceptos ad
hæredem pertinere verum ſit : in legato tamen *20. l. grege.*
univerſitatis, veluti ſi grex legatus ſit, omnes fœ- *& 22. l. ſi*
tus gregis medio tempore nati, tanquàm augmen- *grege. de*
tum & pars rei, ad legatarium pertinebunt. Undè *leg. 1.*
cùm fundum inſtructum libertis patronus legaſ-
ſet, ac petiiſſet ut morientes partes ſuas ſuperſti-
tibus reſtituerent , *Papinianus* medii temporis
augmenta fœtuum & partuum, ut & detrimenta *l. 3. de fun. inſtr. le.*
fatalium, fideicommiſſo contineri reſpondit. Suſ-
picionem autem *Martini* antiqui gloſſatoris, qui *67. l. pecu-*
verebatur ne ibi negatio deeſſet, ut pro eo quod *lium. de*
dicitur contineri , legendum ſit non contineri, *leg. 2. &*
Florentinæ nunc emiſſæ Pandectæ, nobis ademe- *l. denique.*
runt. Idemque in equitio & peculio juris eſſe arbi- *§. ſi de pe- cul. leg.*
tror. Neque referre *Vlpianus* putavit, ſive ipſi ſer- *39. l. e-*
vo, ſive extraneo peculium legatum ſit, exceptis *quis. §. 1.*
tamen iis quæ ex operis ſuis ſervus acquiſivit: hæc *de uſur. d.*
enim extraneum cum peculio non ſequuntur. Pla- *§. fin.*
nè ſi ſervo peculium cum libertate legatum ſit, ea
quoque quæ ſervus ex operis ſuis comparavit, ip-
ſum ſequentur; quamvis in *Caii Caſſii* libris aliud
inveniri commemoretur. *Africanus* denique ſi *28. l. ſi hæ-*
fundus mihi ſub conditione detracto uſufructu le- *reditas. §.*
gatus ſit, ac pendente conditione hæres deceſſerit, *1. de ſtatu- lib.*
plenam mihi ubi conditio extiterit deberi proprie-

tatem

43. l. qui uſumfructum. §. 1. de uſufr.
26. l. Sempro. Attalus de uſuf. leg.
11. l. ſi is cui. §. ſi. quemad. ſer.

tatem profeſſus eſt: ut cui interim uſusfructus ſit
conſolidatus. Neque id dici poſſe credidit, de eo
uſufructu teſtatorem locutum fuiſſe, qui exiſten-
te conditione inciperet: idémque à *Paulo* proba-
tum eſt. In ſervitute non diſſimile eſt. Nam ſi hæ-
res fundo ſub conditione legato ſervitutem acqui-
ſierit, legatarium quoque ſequetur, ut *Martianus*
commonuit. Quin ſi per alluvionem quid interim
legatæ rei accreverit, non ad hæredem hoc, ſed ad
legatarium pertinebit.

24. l. quod in rerum. §. ſi quis de leg. 2.
66. l. circa legem ad le. Fal.
73. l. in quantitate. §. in diem. eod. tit.
87. l. qui quadringenta. §. qui ducenta eod. tit.

Cæterùm cùm fructus pendente legati condi- 65
tione perceptos ad hæredem pertinere dicamus,
conſequens eſt hoc minùs legatarium videri acci-
pere, quantùm in iis fructibus eſt. Ideóque, ſi de-
cem alicui ſub conditione legata ſint, eáque condi-
tio poſt decennium fortè extiterit; non videri de-
cem legata eſſe *Vlpianus* notavit, ſed minùs decem:
quia, inquit, intervallum temporis & ſpacii interu-
ſurium, minorem quantitatem legati facit. Quem-
admodùm ſi in diem legatum ſit, *Caius* quantùm
intereà donec dies veniat, ex fructibus vel uſuris
lucrari potuit, hoc minùs datum videri ſcribit. Vn-
dè eleganter *Africanus*; cùm is qui ducenta in bo-
nis habebat, Titio centum præſenti die, Sejo cen-
tum ſub conditione legaſſet, tantóque poſt con-
ditio extiterit, quòd ex centum quæ Sejo legata
fuerant, hæres xxv. lucrari potuerit: eam ſum-
mam Sejo deceſſiſſe putavit, & acceſſiſſe hæredi.
Ideóque ſi ratio Falcidiæ habenda ſit, cùm hære-
di ad quartam quartǽque fructus xxx. deſint, non
quindena, ut quidam putabant, à ſingulis confe-
renda erunt: ſed cùm Sejus quartâ parte minùs,
quàm Titius acceperit, conſentaneum eſt, ut e-
tiam

tiam quartâ minùs conferat. xxx. igitur quæ conferenda diximus, in VII. æquales partes dividere oportebit: ex quibus Titius quatuor tribuat, Sejus tres. Quod etiam Arithmeticâ ratione demonſtrari poteſt. Nam cum clxxv. (tantùm enim utriuſque continet legatum) hæredi xxx. præſtent, conſequens ſit ex juſta proportione, centum quæ in Titii legato erant, XVII. ac quatuor ſeptenas unius partis tribuere debere; lxxv. verò, quæ in Seij legato eſſe diximus, debere XII. ac tres ſeptenas; quas partes ſi ſimul addamus, triginta emergunt. Atque hoc modo explicatum puto, *Africanum* in calculo non erraſſe, quamvis hoc eum nomine *Ioannes* Gloſſator noſter magnâ injuriâ inſimularit.

46 An iſti autem fructus medii qui ex re legata pendente conditione percipiuntur, hæredi in Falcidiam imputentur, diſſeramus. Principiò quidem id certum eſt, in patrimoniorum quantitatibus exquirendis mortis tempus ſpectari debere, nihilque legatariis prodeſſe, ſi antè aditam hæreditatem per ſervos hæreditarios, aut ex ancillarum partu, pecorumve fœtu tantùm acceſſerit hæreditati, ut quartæ ſufficere poſſit. Uti nec ipſis nocuerit quòd antè aditam hæreditatem in tantum decreverint bona, incendiis fortè, rapinis, aut naufragiis, aut ſervorum morte, ut ſuprà legata, minùs quartâ reliquum hæredi eſſe cœperit. Porrò fructus iſtos medios de quibus agimus, hæredi in Falcidiam imputandos eſſe arbitramur, ſic ut quartam quartæque fructus ex bonis quæ mortis tempore fuerunt, habeat, uti *Papinianus* admonuit. Quin ipſos ancillarum partus conditione pendente editos,

d. l. in quantitate, eo. tit.

30. l. in ratione eo. t.

45. l. in lege & 15. l. quod de bonis. §. fructus eo. tit.

24. l. Paulus eo. tit.

39. *l. ſed & ſi §. fi. eo. tit.* editos, hæredi in quartam imputari *Paulus* ſcribit. Ampliùs, ſi libertatis conditione pendente, hæres ex ſervi operis aliquid conſecutus ſit, idem *Paulus Celio* placuiſſe refert, pretium ejus, in legis Falcidiæ rationem venire. Idem juris in univerſali fideicommiſſo eſſe puto; nam fructus medii dum fideicommiſſi pendet conditio percepti, hæredi in Trebellianicam computabuntur. *Vlpianus*; ſi hæres ſub conditione rogatus fuerit hæreditatem reſtituere, quod perceperit Falcidiam ſummovebit, ſi modò tantùm fuerit, quantùm quarta facit, quartæque fructus: hi enim fructus qui pendente conditione percipiuntur, ex teſtantis judicio percipi videntur; aliter atque in eo dicere ſolemus, qui præſenti die reſtituere rogatus ſit: quamvis enim is poſt multùm temporis reſtituat, medios tamen fructus in Trebellianicam non imputabit, propterea quòd ex petentis negligentia, non teſtantis judicio percepiſſe eos hæres videatur. Quin eos fructus & uſuras quas hæres ab hæreditariis debitoribus interim accepit; item prædiorum mercedes, in quadrantis portionem imputandas eſſe, *Papinianus* exiſtimavit. Sed etſi filiusfamilias, patrem peculium caſtrenſe rogaverit poſt mortem ſuam Titio reſtituere; fructus quos pater vivus perceperit, in quartam eſſe imputandos, *Paulus* reſpondit. Hæc tamen non eò uſque trahenda eſſe, *Papinianus* admonuit, ut nedum perceptos fructus, ſed & uſuras quas venditis rebus, de ſortibus redigere hæres potuiſſet, in quartam imputare debeat. Non item procedunt quæ de fructibus mediis imputandis diximus, in primi gradus liberis. Hi enim, ſi rogati ſint reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſ-

22. l. mulier. §. ſi hæres, ad Trebell.

58. l. deducta §. ante, eo. tit.

18. l. filiusfa. eo. tit.

d. §. ante.

6. l. Jubemus C. ad Trebell.

deceſſerint: quartam detrahere poſſe dicuntur, non per redituum, aut fructuum imputationem, ſed de ipſis bonis hæreditariis: quod vel tunc ipſis licere, à divo *Zenone* ſancitum eſt, cùm teſtator fructus imputare juſſit. Quin in extraneo, ſi teſtator fructus medios in quartam imputari vetuerit, voluntati ejus ſtandum eſſe, *Bartolus* notavit. *In d.l. jubemus.* Sed & in eam quantitatem, quam defunctus hæredi debuit, hoſce fructus medios imputandos eſſe, *Papinianus* admonuit. Atque hinc pereleganter; Si Sejus Mevium hæredem ſcripſerit, ac rogaverit, ut poſt mortem fratri ſuo Titio hæreditatem reſtitueret, Meviuſque inſtituto eodem Titio, rogaverit eum utramque hæreditatem, & ſuam, & Seianam poſt mortem ſuam reſtituere Sempronio: licèt quod ad Sejanam attinebat, fratri dodrantem Mevius debuerit, invituſque ei cogebatur relinquere, ideoque in reſtitutionem non veniret; *Papinianus* tamen cùm ex mediis fructibus debitam quantitatem Titius percepiſſet, æris alieni loco hanc partem non eſſe deducendam reſpondit. *79. l. cum pater. §. Titio de leg. 2.* Rurſùs in hac ſpecie; Avus nepotem cujus tutor fuerat, hæredem inſtituit, & ſimul rogavit, ut ſi ſine liberis antè certam ætatem deceſſiſſet, tam hæreditaria bona, quàm propria, Titio reſtitueret. Quæſitum hîc fuit, an nepos, ejuſve hæres, poſt exiſtentem conditionem, quæ avus ex cauſa tutelæ ei debuerat, deducere poſſit? Et certum eſt poſſe. *15. l. quod de bonis §. quod avus, eo. tit.* Enimverò ſi ex mediis fructibus pendente conditione parem pecuniam cum tutelæ debito nepos perceperit, eam cum debito compenſandam eſſe, idem *Papinianus* reſpondit. Ex eodem genere eſt, quod *Vlpianus* ſcribit; cùm pater filiam quam hæredem inſti- *22. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebell.*

ſtituerat, rogaſſet hæreditatem Titio reſtituere, ſi ſine liberis deceſſiſſet, quamvis pro dote juſtam quantitatem deducere eam poſſe, explorati juris ſit; ſi tamen de fructibus hæreditatis viva tantùm percepiſſet, quantùm ad juſtam dotem ſatis ei ſit, nihil ulteriùs detrahendum eſſe. Cæterùm id ſcire oportet, teſtatorem hanc debiti deductionem, ſi velit, prohibere poſſe: uti etiam de Trebellianicâ ſuprà notatum eſt. An autem in legitimam, quam naturæ quartam appellant, medii iſtis fructus imputari debeant, quæri etiam ſolet: Ponamus ſilium ex ſemiſſe ſcriptum hæredem, rogatum eſſe ſub conditione hæreditatem Titio reſtituere, an ei fructus medii in legitimam imputandi ſint? *Papinianus* imputandos eſſe credidit: Sed à *Iuſtiniano* ſancitum eſt legitimam deberi ex ipſa ſubſtantia patris, neque in eam imputari, ſi quid filius ex aliis cauſis lucratus ſit, idque humanitatis rationem poſtulare putavit. Cùm autem medios fru- 67
ctus rei ſub conditione legatæ, ad hæredem pertinere dictum ſit, an impenſas quoque ferre cogatur, videamus. Et ſanè impenſas illas quæ fructuum colligendorum fiunt gratiâ, ad hæredem pertinere dubium non eſt; ut ſi quid in arando ſerendoque agro impenſum ſit, uti in dote à marito reſtituenda dici ſolet: & hoc ſi modicæ ſint impenſæ, & ad præſentis anni fructum referri poſſint. Idem de iis impenſis dicemus, quæ pro temporali rei fiunt cuſtodia, nam hæ ab hærede præſtandæ ſunt; veluti ſi in ædificiorum tutelam hactenùs, ut ſarta tecta habeant, aut ægo ſervo curando, quid impenſum fuerit. Nam & alia onera, ut puta ſtipendia, tributa, ſalaria, & alimenta hæredem ferre debere

d. §. Titio & §. quod avus.

8. l. Papinianus. §. undè ſi quis, de inoff. teſt. 36. l. ſcimus. §. 1. c. eo. tit.

8. l. divortio. §. impendia ſolut. matr. l. 3. §. 1. de impenſ. in reb. dotal. d. §. impendia. 8. l. hactenus, de uſuf. & 7. l. cum c. eo. tit.

bere putem. Secùs de iis dicetur impenſis, quæ perpetuam rei utilitatem reſpiciant, ut quæ poſt conditionem exiſtentem legatario prodeſſe poſſint. Quatenùs autem ſe hæc extendant, à Judice diſpiciendum erit. Sicque accipiendum puto, quod *Papinianus* ſcribit: ſumptus in reficienda domo neceſſarios à legatario factos, petenti ei legatum cujus poſteà conditio extitit, non eſſe reputandos. Nam & ſic habent Pandectæ Florentinæ. Quanquàm ego, ſi conjecturæ locus ſit, verbum illud *factos*, ſupervacaneum eſſe putem: ut ſenſus ſit, impenſas pro reficienda re quas interim hæres fecerit, à legatario reſtituendas non eſſe, ſecundùm ea videlicèt quæ ſuperiùs diximus, ſi modicæ ſint, & ad temporalem cuſtodiam pertineant. In univerſali item fideicommiſſo idem obſervamus. Porrò ſi domus ſub conditione legata interim exuſta fuerit, & hæres eam extruxerit, cùm ad hoc non teneretur, *Papinianus lib.* IX. *reſponſorum*, ſumptuum rationibus viri boni arbitratu deductis, & ædificiorum ætatibus examinatis, ab hærede præſtandam reſpondit. Ampliùs, ſi nullâ retentione factâ domum hæres tradidiſſet, incerti conditionem ei competere, quaſi plus debito ſolverit, *Julianus* ſcripſit. Si modò ſine culpâ hæredis incendium contigerit. In quo notandum eſt, æſtimationem refectionis fieri ſecundùm valorem ædificiorum tempore exiſtentis conditionis. Hoc enim vult *Papinianus* dum ait, ædificiorum ætatibus examinatis, licèt alia exemplaria habeant, *quantitatibus æſtimatis*, alia *quantitatibus extantibus æſtimatis*. Cæterùm ſi quis exactiùs impenſarum rationem deſideret, ab iis accipienda erunt, quæ

glo. in l. ubi purè. §. fi. ad Trebell. 25. l. ſi ſervos, de pig. ac.

64. l. ſumptus de le. 1.

19. l. ubi purè §. fi. & 22. l. mulier, ad Trebell.

61. l. domos, de le. 1.

63. l. quod ſi nulla eo. tit.

62. l. ſi modo eo. t.

8. l. ſi neceſſarias. & 25. l. ſi

in pignoribus, rebus venditis, & iis quarum alterius uſusfructus fuit, & in dotibus, & ſimilibus tradita ſunt.

Et ex ſuperioribus ſatis liquere puto, cujus 68
periculo aut damno res ſub conditione legata interim deterior fiat. Diximus enim cuſtodiam hæredem debere, temporaleſque impenſas in eam cauſam ab eo præſtandas eſſe: majores autem ac perpetuas, neque ab hærede omittendas eſſe intelligimus, ſed à legatario ei reputandas eſſe, conditione exiſtente. De interitu autem videamus. Et quidem ſi res purè legata fuerit, & perierit ſine culpâ, & antè moram hæredis; legatario perijſſe, extrà dubium eſt. Contrà, ſi moram hæres fecerit: tunc enim periculo ejus, ſi fortè ſervus legatus ſit, & vivit, & deterior fit, ut *Africanus* ſcribit. Et cùm pręſtandæ rei legatæ, pendente conditione, hæres in mora eſſe videri nequeat; conſequens eſt vel hoc caſu magis legatarii damno eſſe interitum: ut ſcilicèt ei, exiſtente conditione, nihil præſtari debeat; nam per interitum ſpeciei debitæ, ſublata eſt hæredis obligatio: Quòd ſi conditio deficiat, hæredi perijſſe videbitur. Undè *Paulus* ſervos ſub conditione legatos, ac inter cohæredes diviſionis cauſâ æſtimatos, ſi ſuſpenſâ conditione moriantur, tam hęredi, quàm legatario, vel fideicommiſſario deperijſſe ſcribit. Sic in univerſali fideicommiſſo, *Papinianus*, eum qui poſt mortem ſuam, hęreditatem reſtituere rogatus fuit, nec mancipiorum, nec urbanorum prędiorum periculum pręſtare debere notat. Et *Vlpianus*, ſi quiѕ rogatus ſit reſtituere hęreditatem, & ſervi deceſſerint, vel alię res perierint, placet

non

ſervos, de pig. ac. 14. l. Iulianus. §. preterea de ac. emp. 7. l. cum c. de uſuf. 22. l. ſi proprietarius de dam. infect. to. t. de impen. in re. dot. 9. l. prætor ait §. quod ait prætor. de bo. autho. jud. poſ. 36. l. non ampl. §. 1. & 49. l. cum res. de le. 1. Inſt. de le. §. ſi res. 111. l. ſi ſervus leg. §. ſi ſervus. de leg. 1. 35. l. ſervos fa. Her. 58. l. deducta. §. ante ad Tre. 22. l. mulier. §. ſed enim eo. t.

non cogi eum reddere quod non habet. Sicque
accipiendum eſt, quod *Papinianus* ſcribit; ſi in- *l.3.de fun.*
ſtrumentum fundi quis poſt mortem reſtituere *inſtr.*
rogatus ſit: detrimenta fatalium medii temporis
fideicommiſso contineri, hoc eſt, legatario de-
cedere. Sed hæc ita vera ſunt, ſi hæres dolo careat, *d. §. ſed*
& eâ culpâ quæ dolo eſt proxima. Undè *Neratius* *enim.*
lib.2. reſponſorum: Si cùm hæres res hæreditarias
diſtrahere deberet, non fecit latâ culpâ; ejus rei
rationem reddet: idemque fore, ſi ædes ſuâ cul-
69 pâ exuſtæ fuerint. Sed ut rem ſub conditione le-
gatam interim legatario periiſſe verum ſit, an ta-
men hæredi in Falcidiam imputari debeat, cùm
in eam imputentur omnia, quæ mortis teſtatoris
extant tempore, dubitari poteſt. In quantitate
patrimonii exquirendâ, viſum eſt, inquit *Cajus*,
mortis tempus ſpectari. Undè *Martianus*, mor-
tes ſervorum, cæterorumque animalium, furta, *73. l. in*
rapinas, incendia, ruinas, naufragia, vim ho- *quantita-*
ſtium, prædonum, latronum, debitorum facta *te. ad leg.*
pejora nomina, ad hæredis damnum pertinere *Falcid.*
reſpondit. Sed hæc non obtinere in re ſub con- *30. l. in ra-*
ditione legatâ, *Papinianus* notavit; ſi quandoque *tione eod.*
conditio impleta fuerit: eo enim caſu, ab eo diſ- *tit.*
ceſſura fuerat ex facto teſtatoris. Si ſervus, in-
quit, ſub conditione libertate datâ, vitâ deceſſe-
rit, ſiquidem impleta conditio quandoque fuerit, *11. l. in ra-*
hæredi non videbitur periiſſe. Quòd ſi defece- *tione §. 1.*
rit, in contrarium trahit ratio: & tunc quanti ſta- *eod. tit.*
tuliber moriens fuit, æſtimabitur. At ſi purè *§. ſi ſervus.*
ſervus legatus, vel manumiſſus, poſt mortem te- *1.*
ſtatoris antè aditam hæreditatem perierit; hære-
ditati omninò periiſſe dicetur: neque hæredi in

Falcidiam imputabitur: cùm aditâ hæreditate certum ſit, vel liberum fieri, vel ſi legatus ſit, legatario acquiri. Hocque eſt quod dicunt; peremptum non imputari in Falcidiam, quod extans in eam non imputaretur. In fideicommiſſo autem univerſali, quod ſub conditione relictum eſt, ſi quæ mancipia poſt mortem teſtatoris, pendente conditione deceſſerint, hæredi in Trebellianicam imputanda eſſe crediderim. Cùm, inquit *Papinianus*, poſt mortem ſuam hæres reſtituere hæreditatem rogatus eſt, mancipiorum, urbanorumque prædiorum uſus, & caſus, quadrantem diminuit: quàmvis horum periculum hæres præſtare non cogatur, ut fideicommiſſario ea reſtituat, ut ſuperiùs dictum eſt. Et in hoc ſententiæ *Raphaelis*, quam refert *Alexander ab Imola*, & probare videtur, ipſe quoque ſubſcribendum puto: licèt *Accurſius*, ac plerique alii, diverſum ſentiant: neque aliter caſum hæredi imputandum eſſe, quàm ſi culpâ ejus mancipia perijſſent. Cæte- 70 rùm videndum eſt, quæ Falcidiæ ratio ſit, dum pendet legati conditio; an videlicèt tale legatum Falcidiæ locum facere poſſit: idemque in ære alieno, quod ſub conditione debetur, tractari poteſt, an videlicèt interim bonis ſtipulatoris annumeretur, & bonis promiſſoris detrahatur. Et ſanè magnam de hac re dubitationem inter veteres fuiſſe à *Cajo* relatum eſt: quidam putabant æſtimandum eſſe, quanti ſpes legati, aut æris alieni vænire poſſet, eamque ſummam in Falcidiæ rationem ponendam eſſe. Et in hac opinione fuêre *Proculus* & *Marcellus*. Item *Celſus*; ſi propter conditionalia legata pendeat Falcidiæ ratio, quæ præſenti

58. l. deducta. §. ante, ad Tre.

in d.§. ante. & ibi etiam Caſtren.

78. l. in quantitate. § 1. & 2. ad leg. Falcid.

45. l. in lege & l cum Titio eo. t.

ſenti die data ſunt, non poſſe tota vendicari putabat. Sed horum rejectis opinionibus ex *Caii Caſſii*, & veterum ſententiâ in legatis meliùs eſſe viſum fuit, cautionibus rem expedire. In univerſum itaque, ſi propter conditionale legatum, dubitetur an lex Falcidia locum habitura ſit, an non; eos cui præſenti die legatum ſit, cavere hæredi oportebit, de reſtituendo quod plus debito accepiſſe comperientur, conditione alterius legati exiſtente. Sicque prætor hæredi ſubveniendum credidit, ſive ex primis tabulis, ſive ex pupillaribus, ſive ex utriſque res pendeat. Hinc *Julianus*, ſi quadrans ſub conditione legatus ſit, & dodrans purè: ſi dodrantem legatarius petat, cavere eum oportere ſcribit, reddi quantò ampliùs quàm per Falcidiam licuit, accepit: & à *Paulo* idem probatum eſt. Similiter ſi in annos ſingulos legatum ſit, quia multa & conditionalia ſunt legata, cautioni huic locus erit. Hinc *Vlpianus*, ſi in annos ſingulos legatum ſit, integras penſiones ſolvendas eſſe tradit, tantiſper dum dodrans non excedatur. Planè ſi annus venerit, cujus penſio addita prioribus excedat dodrantem, retrò ſingulorum annorum legata reſecanda eſſe. Idem obſervabitur, ſi ſervis libertates datæ ſint, quorum pretia, conditione exiſtente, de hæreditate detrahere oporteat. Quod igitur *Hermogenes* ſcribit, ſtatuliberum hæredis familiam non augere: intelligitur omninò & præciſè. Nam ſi deficeret conditio libertatis, diceretur ſervus in familia hæredis eſſe, & eam augere; contrà, ſi extiterit, quia tunc detrahitur ſervus de hæreditate: interim verò cautio præſtanda erit. Statuliberos autem medio tempore

53. l. ſi propter eo. tit.
31. l. is cui eo. tit.
l. 1. ſi cui plus quam per leg. Fal. & d. l. is cui et.
l. 1. §. interdum ad leg. Falc.
l. 1. §. ſi legata & §. Iulianus cum ſeq. & §. hæc verba, ſi cui plus quàm per leg. Falc.
l. 1. §. interdum ad leg. Falc. §. ſi in annos.
47. lex Falcidia eo. t. d. l. in quantitate, §. ſed & ſi.
38. l. ſtatuliber, eo. tit.
Bart. Ange. Alex. de Imol. ibi.

 hæ-

36. l. ſed ſi non ſervus §. fi. eo. t. 37. l. ejus ſervi eo. t.

hæredis eſſe, & à cæteris ſervis non differre, ſuprà demonſtratum eſt. Planè ſi ſervus purè legatus ſit, & ſub conditione libertas per fideicommiſſum ei data ſit, pretium ejus ſtatim de hæreditate detrahendum eſſe dicitur; ſed quoad alios legatarios, æſtimatio ejus perindè ac ſtatuliberi fieri debet. Hæc, ſi legati conditio pendens Falcidiæ ambiguitatem injiciat: at ſi ex æris alieni conditione hæc pendeat ambiguitas, utrâque viâ ſuccurri poſſe traditum eſt, cautione, vel æſtimatione, quanti ſpes obligationis vænire poſſit. Quanquàm, ſi verum dicamus, non ſatis firma hujus differentiæ ratio reddi poſſit; niſi illam ſufficere putes, quòd in contractibus conditio ad hæredes tranſeat, ideoque faciliùs emptorem invenire poſſe. Non diſſimilem cauſam habet, ſi ſuprà debitam patrono partem, ſub conditione legatum ſit; aut ſi tributoriâ actione agendum ſit, aut inter ſocios conditio pendeat, de quibus ſuprà in contractibus dictum eſt. Et in bonis conferendis, ſi quædam ex conditione pendeant; illud, inquit *Paulus*, intelligendum eſt, filium in bonis habere, quod deducto ære alieno ſupereſt. Sed ſi ſub conditione debeat, non ſtatim id deducere debebit, ſed id quoque conferre, cautione ei præſtitâ ab eo qui in poteſtate eſt, ut exiſtente conditione defendatur pro eâ parte quam contulit. Et in dote conferenda, ſi ſub conditione promiſſa ſit, cautionem mulier præſtabit, ut tunc dotem conferat, cùm dotata eſſe cœperit. Cæterùm quemadmodùm legatarii ex ſupradictis cauſis hæredi cavere debent: ita & hæredes legati conditionalis nomine, ſtatim legatario cavere oportet; licèt tale legatum necdum peti

d. l. in quãtitate §. 1.

Bart. ibi. Ange. & Alex. ibi. l. 1. §. interdum ſi cui plus quam per leg. Falc. l. 2. §. 1. de coll. do.

l. 1. §. ſi ſub conditione, de coll. do.

5. l. poſtquam §. ſi dies, ut le. no. ca.

peti poſſit. Et obtinet illud nedum in legatis, ſed etiam in fideicommiſſis, ſive particularibus, ſive univerſalibus. Nam ut *Neratius* ſcribit, ſive res aliqua, ſive hæreditas, ſive jus aliquod, ſub conditione relictum fuerit, ſtipulationi huic locus eſt. Quod ſi non caveat hæres, is cui cavendum erat in poſſeſſionem mittitur; non quidem ut pro domino eſſe incipiat, ſed ut cuſtodiam, vel pignoris jus habeat, neque hæredem expellere poterit, ſed ſimul cum eo poſſidere: quòd ſi non admittatur, quanti ejus interfuit cautum habere, æſtimabitur, ut *Paulus* admonuit. Sed & ſi mihi, cùm defuncto centum deberem, ſub conditione liberatio legata ſit, ſi interim hæres petat, cavere eum mihi oportebit de pecunia reddenda ubi conditio extiterit, aliâs exceptione repellendus erit: expedit enim mihi pecuniam potiùs retinere, quàm in poſſeſſionem rerum hæreditariarum mitti. Deniquè ſi ei qui in aliena poteſtate eſt, ſub conditione legatum fuerit, ei cavendum eſſe qui in poteſtate habet, traditum eſt: non quidem præciſè, ſed ſub conditione, ſi cùm ejus legati dies cedet, in poteſtate ejus ſit. Verùm cùm ſic evenire caſus poſſit, in quo cautum non ſit, utrique & filio, & patri cavendum eſſe, & *Vlpianus* & *Paulus* putarunt: quod ni factum fuerit, uterque in poſſeſſionem mitteretur; uterque enim commodi ſpem habet. Idem juris eſſe *Vlpianus* & *Papinianus* tradiderunt, ſi duobus ſub contrariis conditionibus res eadem legata ſit: nam & hîc utrique cavendum eſt. Cæterùm meminiſſe oportuit, ſi filio, vel ſervo, à patre vel domino ſub conditione legatum ſit, dum in poteſtate ſunt, cautionem peti non poſſe. Vndè *Adria-*

14. l. hæc ſtipulatio eo. t. et. l. 4. C. ut in poſſ. le. l. fi. de vent. inſp.
5. l. is cui ut in poſ. le.
5. l. qui legati C. eo.
14. l. ſi quis §. 1. ex qui. cau. in poſ. ea.
5. l. pure, de do. ma. excep.
l. 1. §. fi. & l. 3. ut leg. no. ca.
11. l. ſi filiofa. quib. ex cau. in poſſ. ea. d. l. 3.
9. l. etiamſi ut in poſ. le.
8. l. Paulus. §. 1. de prato. ſti.
7. l. filio ut le. no. ca.

nus Imperator, cùm Junius Cerealis filio ſuo Iunio Simonidi, ſi in poteſtate ſua eſſe deſiiſſet, hæreditatem reſtituere rogatus eſſet: quia cautiones in-
50. l. Imperator ad Trebell. terponi non poterant propter patriam poteſtatem, multa tamen in fraudem fideicommiſſi fieri probarentur, reſtitui ſtatim hæreditatem filio juſſit;
d. l. filio. pro reverentiâ tamen paternâ, egenti patri judicis officio ſuccurrendum eſſe credidit. Enimverò ſi hi, conditione adhuc pendente, de poteſtate exierint, cautiones petere poſſe incipient: ita tamen ut rerum ſuarum hypothecâ contenti eſſe debeant. Ad fidejuſſores autem dandos urgeri dominum vel
6. Jubemus §. in ſupradictis c. ad Trebell. patrem, iniquum eſſe viſum fuit. Amplius, ſi à patre vel matre inſtituti filii, fratribus vel nepotibus hæreditatem reſtituere rogati ſint: omninò ceſſare ſatiſdationem hanc, à divo *Zenone* Imperatore conſtitutum eſt, ſi non ſpecialiter eandem præſtari teſtator juſſerit: vel is qui filiis reſtituere rogatus eſt, ad ſecundas tranſierit nuptias. Prætereà ſcien-
l. 1. c. in poſ. leg. dum eſt, ut ad cautionem hanc perveniatur, ſummariam cognitionem ſufficere poſſe: non debet hîc, inquit divus *Pius*, qui juri dicendo præeſt, ſub-
l. 2. 4. & pel. eo. tit. tiliter cognoſcere. Quin ſi à teſtatore cautio hæc remiſſa fuerit, voluntati ejus ſtandum eſſe, à divo *Marco* Stratonicæ reſcriptum fuit, & à pleriſque
5. l. is cui. §. fi. ut in poſ. leg. comprobatum eſt. Quæ in hærede diximus, in le- 73
gatariis quoque, ſi ab his fideicommiſſum relictum fuerit, obtinere putamus; ut ipſe fideicommiſſario cavere teneatur, & niſi caveat, fideicommiſſarius in poſſeſſionem rei legatæ mittatur: ſiquidem ipſe legatario cavere paratus ſit, rem reſtitui, ſi conditio
l. 1. §. ſi decem ut leg. no. ca. deficiat. Quòd ſi ipſum quoque legatum ex conditione pendeat, fideicommiſſarius ab hærede ſatis ac-

accipiet. Sed & ſi decem quæ teſtator in arca habebat, mihi ſub conditione legata ſint, & tibi eorum uſusfructus purè; cavere te mihi oportere *Vlpianus*
74 tradidit. Nec ſolùm legatario cavere hæres debet, ſed & ſubſtituto, ſi dum conditio pendet inſtitutionis, ipſe ad bonorum poſſeſſionem admiſſus ſit: idque inter omnes conveniſſe *Vlpianus* ſcribit.. Prætor enim nemini vult beneficium ſuum captioſum eſſe, ut *Paulus* & *Papinianus* notarunt: & *Vlpianus* ſolitam cautionem appellat. Planè ſi plures eodem gradu ſubſtituti ſint, ſingulis cavendum eſſe placuit: quòd ſi diverſis ſint ſubſtituti gradibus, poteſt videri calumnioſè ſatis petere quem alius antecedit.
75 An autem hæres rem ſub conditione legatam eâ pendente alienare poſſit, videamus. Et cùm dominus ſit, fructuſque ad eum pertineant, & cautionem præſtare cogatur, quo minùs alienare poſſit, nihil obſtare videtur. Extatque generalis à *Juſtiniano* emanata conſtitutio, per quam ſancitum eſt, ſive ſub conditione legatum ſit, ſive fideicommiſſum univerſale vel particulare relictum, ſive ſubſtitutio facta ſit, interim alienandi facultatem eſſe. Et *Papinianus*; ſi bona hæredis væneant, prædium quoque quòd nomine familiæ ei relictum fuerat, emptorem tamdiu retinere poſſe ſcripſit, quamdiu id debitor habuiſſet bonis ejus non venditis. Et *Vlpianus*, hæredem uſumfructum qui mihi ſub conditione legatus eſt, alteri legare poſſe tradidit, & de eodem intelligi uſufructu; quàmvis ſi rei parte mihi ſub conditione legatâ hæres ſub eadem conditione iterùm mihi partem leget, de alia parte cogitaſſe videatur. Et *Martianus* hæredem legato ſub conditione fundo, ſervitutem imponere poſſe ſcribit.

12. l. inter omnes qui ſatiſd. cog.
8. l. Paulus de præto. ſtip.
5. l. divus de pet. hæ.
13. l. ſed etſi qui ſatiſd. cog.
d. l. Paulus l. 3. §. ſin autem c. co. de leg.
71. l. peto. §. 1. de l. 2.
16. l. ſi ſub conditione, quib. mo. uſ. amit.
68. l. Mevius de leg. 2.
11. l. ſi is cui §. fi. quemad. ſervi. amitt.

bit. Licèt enim, ut *Vlpianus* ait, res ſub conditione legata ab hærede abire poſſit: interim tamen in eo eſt ſtatu, ut fingatur abire non poſſe. In ſtatuliberis idem juris eſſe à pleriſque notatum eſt, ut interim legari, vendi, & promitti poſſint: undè quæſitum fuit, an is qui hominem debet, ſtatuliberum ſolvendo liberetur? Et ſi quidem in genere 76
hominem debeat, non liberari *Africanus* notavit: adeò ut cum eo iterùm agi poſſe putet, & ſolventem quod ſolvit, poſſe condicere: ſi tamen eo vivo conditio defeciſſet, liberari ſcribit. At ſi certùs homo in obligatione ſit, veluti Stichus, ejus ſolutione quàmvis ſtatuliber ſit, liberari debitorem *Vlpianus* admonuit: nam & ſi antè ſolutionem extitiſſet conditio extingui obligationem, certi juris eſt. Proindè, ſi is qui ſervum alienum dare promiſerat, à domino ſcriptus hæres ſtatuliberum tradiderit, liberari eum *Pomponius* putavit. Similiter ſi noxali judicio actum ſit, liberari hæredem, ſi ſtatuliberum noxæ dederit, *Sabinus* & *Caſsius* notaverunt, & à *Caio* probatum fuit: nam & ſi antè deditionem extitiſſet conditio, abſoluendum eſſe dominum putabant. Ampliùs; ſi quis ſtatuliberum ſiſtere promiſerit, & liberum ſiſtat, feciſſe eum ſatis, *Paulus* aſſeruit; quòd libertatis caſus ei implicitus fuiſſe videatur. Quæ tamen ità vera putamus, ſi non per factum ipſius promiſſoris, vel poſt moram, ejus hominis conditio mutata ſit. Succedit illa 77
quæſtio, an is qui hominem vendebat, teneatur de evictione, ſi ſtatuliber ſit. Et ſanè, niſi ſtatuliberum eſſe dixerit, evictionis nomine perpetuò obligatum fore, *Julianus* ſcripſit: eum verò qui libertatis cauſam excepit, non teneri *Scævola* notavit,

106. l. plerumque de reg. jur.
83. l. ſi fundum. §. cum ſtatulib. de le. 1.
24. l. generaliter. §. quoties, de fide. lib.
l. ſi debitor. §. ſi eo. l. 2. de ſtatulib.
38. l. cum quis. §. qui hominem, de ſolut.
9. l. ſtatuliberum §. pe. de ſtatu.
92. l. ſi mihi, de ſolut.
15. l. prætor, de nox. ac.
l. fi. ſi ex nox. cauſa.
63. l. Neratius juncta. glo. de cond. ind.
39. l. minor. §. qui ſtatuliberum de evict.

vit. Dum tamen intelligamus perfunctorias ad- 69. *l. qui*
nonitiones haudquaquàm ſufficere: nam & con- *libertatis*
tionis ſpeciem exprimere venditorem oportet, *eo. t. §. ſed*
ſe empti ſaltem judicio expurgare velit, licèt de *et ſi §. 1.*
rictione fortè convenire non poſſit. Eum ſanè qui
ominem quem vendebat, ſtatuliberum dixit, cùm
ræſens ei libertas deberetur, de evictione teneri
ercertum eſt. Quid autem ſi decem dare juſſum,
iginti dare debere pronunciaverit? Plerique de
victione actionem eſſe exiſtimabant: ſed tandem
ervii prævaluit authoritas, qui ex empto actionem
redidit ſufficere. Amplius *Africanus*, ſi xx. data 46. *l. fun-*
ierint, neque exempto obligatum fore credidit; *dum. §. fi.*
uemadmodùm non teneri eum dixit, qui ſub hac *eo. tit.*
onditione manumiſſum eſſe prædicarat, ſi navis
x Aſia venerit: cùm ſub hac manumiſſus fuiſſet, *§. cum tibi.*
Titius conſul factus fuerit; ſiquidem priùs navis
enerit, quàm Titius conſul factus ſit. Et *Scevola*
um qui centum dixerat dari oportere, cùm ita li- *d. l. qui li-*
ertas data fuiſſet, ſi rationes reddidiſſet, non te- *bertatis §.*
eri reſpondit, ſi centum fuerint in reliquis. Por- *ſervus d. §. 1.*
ò ſi vendens dixerit libertatem deberi ſi decem
ediſſet, cùm poſt annum libertas deberetur, de
victione tenebitur. Diximus ſtatuliberum legari *Vide ſup.*
oſſe, ſed an in eodem teſtamento ſervus cui liber- *de cond. ta-*
as ſub conditione data eſt, alteri rectè legetur? *ci. repe. nu. 4.*
Scevola prævalere libertatem ſcribit. Vndè cùm
ic inſtitutio ſcripta fuiſſet; Titius hæres eſto, Sti- *l. fi. §. 1.*
chum Mevio do lego, Stichus hæres eſto, ſi Sti- *de vulg. &*
chus hæres non erit, Stichus liber hæreſque eſto: *pup.*
cùm legatum nullius momenti ſit, ideoque ex juſſu
Mevii Stichum non aditurum certum ſit: Stichum
liberum & hæredem fieri reſpondit: & à *Iuliano*
in

71. l. ſi poſt mortem §. 1. de le. 1.

in libris ſuis probatum fuiſſe refert. *Cajus* autem ſi purè legatus ſervus ſub conditione liber eſſe juſſus ſit, ſub contraria conditione valere legatum dicit:

20. l. ſi ſervum de uſufr. leg.

Ideóque exiſtente conditione legatum perimi, deficiente vires accipere. Itaque quod *Pomponius* ſcribit valere legatum, ſi uſumfructum tibi legavero ejus ſervi quem ſub conditione liberum eſſe juſſi,

14. l ſi idem ſervus, de leg. 2. l. 50. ſi ſervus, de fid. lib. glo. in l. ſervo §. 1. de le. 1. & in l. Marcellus §. res, ad Trebel. et. in l. 3. c. eo. de leg. aut res quæ. eo. t.

ſic accipiendum puto, ut ex contraria conditione valeat. Quòd ſi ſine conditione idem ſervus legatus & liber eſſe juſſus ſit, vel per fideicommiſſum manumiſſus; & *Paulus*, & *Martianus* libertatem prævalere ſcribunt: quàmvis *Serbidius Scevola* conſultus noviſſimam ſcripturam præferendam duxerit. Cæterùm an hoc quod dictum eſt rem ſub 79
conditione legatam interim hæredem alienare poſſe, ſecundùm jus noviſſimum etiam procedat dubitatum fuit. *Accurſius* hoc jure putabat alienari non poſſe. Dicit enim lex; res quæ ſubjacent reſtitutioni, alienari vel obligari non poſſunt. Et *Iuſtinianus* in novellis. νόμον εγράψαμεν καθάπαξ κωλύοντες τὰ ἀποκαταστάσει βεβαρημένα πράγματα, ἐκποιεῖσθαι ἢ ὑποτίθεσθαι, ἀλλὰ μετὰ τ οἰκείας ὀδεύειν τύχης, καὶ πᾶν ὅπερ ἂν γένοιτο μὴ μένειν ἰσχυρῶς, ἀλλὰ ἐπανιέναι πρὸς τὸν, ᾧ δοθῆναι προστέτακται

διάταξις λθ.

Sed hæc *Accurſii* ſententia communiter probata non eſt: & quod dixit *Juſtinianus*, res reſtitutioni ſubjectas alienari non poſſe, de iis intelligendum eſt, quæ præſenti die quis reſtituere juſſus eſt. Quandò enim *Iuſtinianus* ait, νόμον ἐγράψαμεν hoc eſt, legem ſcripſimus, per quam alienationem prohibuimus &c. ad aliam legem ſeſe refert: illam videlicèt quam ad *Ioannem* ſcripſit præfectum prætorio, cùm alia non inveniatur. Illa autem

l. ſi. c. eo. de. le. §. ſin autem.

item alienare permittit, quæ ſub conditione re- *doc. in l.*
ſtitutioni ſubjacent, undè conſequens eſt, hoc *ſervo §. 1.*
ſu alienationes prohibitas non eſſe. Nam quod *de le. 1.*
fertur ad aliud, ſecundùm illud ad quod relatio *Bar. &*
,accipiendum eſſe nemo negaverit. Et hæc com- *Iaſ. ibi.*
uni calculo probata eſt ſententia, & vera eſt:
im tamen intelligamus, poſt exiſtentem condi-
onem alienata revocari poſſe, ut eo dicturi ſu-
ius capite, quod de exiſtentis conditionis erit vi-
bus. Undè ſi talis alienandi ſit ſpecies, quæ non *11. l. ſer-*
cilè revocari poſſit, omninò non eſſe admitten- *vum, de*
ıin alienationem putarunt. Quid enim ſi hæres *manu.*
rvum ſub conditione legatum manumiſerit, aut
ocum fecerit religioſum? *Marcellus*; ſervum qui
b conditione legatus eſt, hæres manumittendo
berum non facit. Et *Cajus*, licèt ſervus ſub con- *29. l. gene-*
tione legatus, eâ pendente, pleno jure hæredis ſit, *raliter. §.*
ıllam tamen libertatem ab eo poteſt conſequi, ne *1. qui &*
gatario injuria fiat. In locum item qui ſub condi- *à quib.*
one legatus eſt, licèt hæres mortuum inferat, eun-
em tamen religioſum non fieri, *Paulus* & *Pomponius* *104. l. ſi*
ripſerunt. Sed hæc in ſervo teſtatoris ab hærede *fundum,*
ıanumiſſo vera ſunt: hæredem autem, proprium *de cond. &*
ſius ſervum à teſtatore alteri legatum manumit- *demon.*
ere poſſe creditum eſt, æſtimatione ſolâ præſtandâ; *34. l. ſi lo-*
eque referre, an ſciverit, an ignoraverit legatum *cus, de re-*
ſſe. Sicque accipiendum eſt quod *Paulus* ſcribit, *lig.*
æredem ſervum proprium quem teſtator legave- *28. l. hæres*
at manumittendo nihil agere; quia ſcientiæ vel ig- *ſervum,*
orantiæ ejus nullam placuit admitti rationem, *qui & à*
juo minùs ſcilicèt æſtimationem præſtet. Et hic *quib.*
ommunis eſt hujus loci intellectus. Nam *Martia-* *ſcriben. in*
us expreſſè; ſi teſtatori pſius hæredis ſervum le- *l. quidam*
gaverit *ita §. ſi. ad Trebell.*

115. l. ſi quis inquilinos. §. 1. de le. 2. 91. l. ſi ſervum. §. de illo, de ver. ob.

gaverit, & hæres eum manumiſerit, ſervum liberum fieri, ſed teneri hæredem ad æſtimationem ſcribit; nec intereſſe, ſciverit, an ignoraverit legatum eſſe. Hoc ampliùs *Iulianus*; ſi probabilis ſit ignorantia, ut ſi hæres cùm neſciret in codicillis à ſe petitum eſſe, ut ſervum alteri reſtitueret, eundem manumiſerit: etiamſi teſtatoris ſervus proprius fuerit, liberum fieri, & æſtimationem deberi ſenſiſſe viſus eſt. Quam diſtinctionem in univerſali quoque fideicommiſſouſque adeò *Scevola* locum habe-

l. ſi. de le. 2.

recredidit, ut nedum manumiſſionem, ſed & aliam quamlibet alienationem ſubſiſtere putarit, æſtimatione ſolâ præſtandâ. Maritus uxorem ſcripſerat hæredem, & codicillis quos demùm poſt mortem ejus uxoris aperiri voluerat, hæreditatem reſtitui juſſit; mulier prædium quod infructuoſum putabat, vendidit & deceſſit. Reſponſum eſt, propter juſtam ignorantiam tam mulieris, quàm emptoris, hæredem mulieris, ut fundus apud émptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere. Quin libertati non nociturum crediderim quòd hæres ſuſpiatus ſit, imò ſciverit reſtitutionem in codicillis comprehenſam eſſe; ſiquidem teſtator latere rem

25. l. quidam ita §. ſi. ad Trebell.

voluit. Ponamus filium ex aſſe ſcriptum hæredem, in codicillis rogatum eſſe hæreditatem ſorori ſuæ reſtituere, ſi ſine liberis deceſſiſſet, vetuiſſeque patrem ne codicilli antè filii mortem aperirentur; veritus fortaſſis, ne ſoror fratri inſidiaretur: deindè filium cùm ſciret quid in codicillis ſcriptum eſſet, teſtamento Stichum ſervum hæreditarium li-

Bart. & Alex. in d. §. ſi.

berum ſcripſiſſe; *Iulianus* hæredes filii pretium ſervi ſorori defuncti præſtare debere reſpondit, libertate fauore ſervi ſervatâ. Scio aliter *Bartolum*, alioſ-

alioſque interpretes hîc diſtinguere ſolere: referre etenim hi putant, an alienatio inter vivos facta ſit, an in teſtamento; ut priore caſu non teneat manumiſſio à ſciente fideicommiſſum facta, poſteriore teneat: verùm hæc diſtinctio mihi probanda non eſſe videtur. Quòd dicunt magis favendum eſſe alienationi quæ in teſtamentis fit, quàm ei quæ fit inter vivos: idque patere ex eo, quòd de alimentis relictis inter vivos ſine prætore tranſigi poteſt, non autem de iis quæ in teſtamento relicta ſunt; ad rem præſentem nihil prorſùs facit: quia ibi quæritur de ſuſtollendo aut mutando eo quod teſtamento relictum eſt; quod nimirùm ſine prætore fieri non poteſt, quia injuria defuncto fit, ut nec per aliud teſtamentum ejus immutandi poteſtatem eſſe putem. Vt non rectè quis argumentetur: de relictis teſtamento alimentis tranſigi non poteſt, quemadmodùm ſi per actum inter vivos debita ſint: ergò debita alicui alimenta, teſtamento ei auferri poſſunt. Quæ quàm ſit abſurda argumentandi ratio, nemo non videt. Hoc autem quod *Iuſtinianus* ſcribit, neque mancipia quæ legata ſunt manumitti poſſe, & quod alienum eſt, alterius patrimonio non debere applicari, neque alterius ſpem decipiendam eſſe; ex communi jure dictum putamus: ut limitationem ſecundùm ſuperiora patiatur, ex juſta ignorantia; aut quòd rem teſtator ignorari voluit, accedente libertatis favore: licèt non defuerint, qui *Iuſtinianum* præcedentia omnia correxiſſe putarint, quorum certè ſententia probanda non eſt.

8. l. cum hi. §. planè, de tranſac.

l. fi. §. ſed quia c. eo. de leg.

glo. ibi in fi.

82 Cæterùm cùm dictum ſit diem legati, pendente conditione, non cedere: conſequens fit, conditione adjectâ, pleraque legata utilia eſſe, quæ ſine

con-

l. 1. de reg. conditione non ſubſiſterent, propter *Catonis* re-
Cato. gulam, quæ definit, inutilia eſſe, quæ ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet, inutilia fuiſſent: abſurdum enim eſſe creditum eſt ex eo legatum vires accipere; quòd teſtator diutiùs vixerit.

43. *l. cetera* Itaque ſi cui res ſua purè legata ſit, quàmvis vivo
§. 1. de le. teſtatore aliena fieri poſſit; nullius momenti lega-
1. & §. ſed tum eſt: ut nec æſtimatio ejus debeatur. Verùm
ſi rem inſt. huic regulæ in conditionalibus legatis locus non
eo.
13. *l. pro-* eſt, Si quis, inquit *Celſus*, ita legaverit; ſi poſt
prias c. eo. Calendas mortuus fuero, Titio dato: an cavilla-
tit. d. l. 1. mur inutile eſſe, quia inutile fuiſſet, teſtatore ſtatim mortuo? Imò teſtatore antè Calendas defuncto, non eſſe datum legatum veriùs eſt, quàm
d. l. 1. inutiliter datum eſſe. Et idem *Celſus*, ſi fundum qui tuus eſt tibi legavero, ſub hac conditione, ſi eum, me vivo alienaveris, valebit legatum: & hæredem meum, me ita tibi obligare poſſe; ut ſi,
18. *l. hære-* quando ego moriar, ſervus Stichus tuus non erit,
dem, de le. dare eum tibi damnas ſit. Et generaliter *Paulus*,
2.
97. *l. mea* meam rem ſub conditione legari mihi poſſe tra-
res, de con. didit, quia in hujuſmodi, inquit, legatis, non te-
& demon. ſtamenti facti tempus, ſed conditionis expletæ ſpectari oportet. Hinc & marmora & columnas ædi-
d. l. catera. bus junctas, ſub conditione rectè legari, *Africanus* admonuit: tametſi Aviolâ & Panſâ Conſulibus
Inſt. de. ſenatus cenſuerit, ædibus juncta legari non poſ-
lega. §. an ſe. Sic quamvis ſervo hæredis purè inutiliter lege-
ſervo. mus οὐδεὶς τὸ καθ' ἑαυτοῦ δύναται κινεῖν δικαστήριον, ut *Theophilus* ait, nec quicquam profecerit, ſi vivo teſtatore, de hæredis poteſtate exierit; ſub conditione tamen rectè huic ſervo legamus, ut requiramus ſolùm, an die legati cedente, in poteſtate

hæredis

hæredis non ſit. Patet itaque Catonianam regulam in conditionalibus legatis locum non habere. Sed & aliis caſibus animadverti conditionis adjectione legatum vires accipere; veluti, ſi illi, aut illi, uter eorum prior in capitolium aſcenderit, aut alteri ſupervixerit, legatum ſit: licèt enim incertæ perſonæ legari non poſſit, valere tamen hoc legatum, *Africanus* admonuit. Idem in his legatis erit; uni ex cognatis meis, qui primus capitolium aſcenderit; quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit: quamquam talia legata olim non valuiſſe dicantur. Item *Vlpianus*, ſi homini libero ſub conditione libertas data fuerit, petere libertatem poſſe notavit, ſi exiſtentis conditionis tempore, ſervus inveniatur. Et quàmvis ſervo proprio nemo in teſtamento poſſit adſcribere; in edictum tamen non cadere eum *Paulus* notavit, qui ſic adſcripſit, cùm liber erit. Atque iſtis explicatum eſſe credimus, quæ in teſtamentis conditionis pendentis vis ſit, circà inſtitutiones, exhære-
83 dationes, libertates, legata & fideicommiſſa. In tutorum dationibus haud diſſimilia obſervantur. Nam ſi ſub conditione teſtamento tutor datus fuerit, quamdiu conditio pendebit, tutor non erit: ſed interim alius ei tutor à Judice dandus erit; qui etiam tutor eſſe deſinet ubi conditio extiterit.

l. 3. de reg. Cato.
111. l. ſi ſervus §. hujuſmodi, de le. 1.
11. l. ſi fuerit, de reb. dub.
Inſt. de le. §. in certis.
24. l generaliter. §. ſi homini, de fid. lib.
23. l. impuberem §. ſi dominus, de Fal.
Inſt. de atil. tuto. §. 1. & 11.
l. ſi quis ſub conditione de teſta. tut.

TITVLVS SECVNDVS

Quæ in conditione ſunt, non eſſe in obligatione.

SVMMARIVM.

1. *Conditiones vel ideò adſcribi ut quis vel lucri ſpe alliciatur ad eas implendas, aut pœnæ metu ab iis deterreatur.*
2. *Vt impleatur conditio contractui appoſita, actionem non eſſe.*
3. *An actio ſit ut impleatur conditio ſcripta in teſtamentis?*
4. *An cogi poßit conditionem implere, qui hæreditatem reſtituere rogatus eſt?*
5. *An creditores hæreditarii hæredem compellere poßint, ut conditioeum impleat?*
6. *An legatarius reſtituere rogatus, cogi poßit, ut legati conditionem impleat?*
7. *An ii quibus conditionis nomine teſtator aliquid dari juſsit, actionem habeant?*
8. *An filii in conditione poſiti cenſeantur vocati ex teſtamento?*
9. *An per tacitam legis conditionem, filii cenſeantur vocati?*
10. *Argumentum à contrario ſenſu, de conditionibus ſumi poſſe.*

TAmetſi conditiones hoc ferè adſcribantur animo, ut aut lucri ſpe alliciatur quis ad eas implendas, aut pœnæ metu ab earum impletione deterreatur: in actione tamen non eſſe dicuntur, Cùm, quid inquit 1.

quit *Vlpianus*, fieri volumus, ſic rectè concipiemus ſtipulationem; ſi ita factum non erit, tantum dare ſpondes? Cùm quid non fieri, ſic; ſi adverſùs id factum erit: idemque à *Labeone* & *Iuſtiniano* probatum eſt. Itaque ſi centum à te ſtipuler ſub hâc conditione, ſi Stichum intrà annum non manumiſeris; cupere me, ut Stichus intrà illud tempus manumittatur oſtendo: ſi verò ſub hâc, ſi Stichum intrà annum manumiſeris; hoc velle videor, Stichum intrà illud tempus non manumitti. Et in teſtamentis, ſi legatario hoc modo adſcribatur; Titio centum, ſi Stichum manumiſerit, hæres meus dato: manumitti Stichum teſtator velle ſe demonſtrat. At ſi hæredi hoc modo adſcripta ſit; hæres meus, ſi Stichum manumiſerit, centum Titio dato: cùm in pœnam iſtud fiat, diverſum erit. Et *Proculus* ita ſervitutem imponi putat; ſi ille hæredi meo promiſerit, per ſe non fore quò altiùs ea ædificia tollantur, tunc ei eorum ædificiorum uſumfructum lego. *71. l. cum quid, de verb. ob. 137. l. continuus §. pe. eo. tit. inſt. de ver. ob. §. fi. 23. l. Proculus, de uſuf.*

2. Verùm ut hæc, actionem tamen non competere ad hoc, ut quis facere cogatur, quod in conditione comprehenſum eſt; vel ne faciat, quo facto pœnam promiſit, ab omnibus eſt probatum. Cùm ita, inquit *Paulus*, ſtipulamur; ſi fundum non dederis, centum dare ſpondes? ſola centum in obligatione ſunt, fundus verò in exolutione. Similiter ſi hoc modo: Si ea ita data, facta non erunt, viginti dare ſpondes? non videri res in ſtipulationem deductas eſſe reſpondit, ſed dumtaxàt pœnam: neque ut daret, faceret, promiſſorem obligari, ſed pœnam ſi non feciſſet. Et *Julianus*; ſi quis fundum alteri obligatum ita emerit, ſi eum venditor intrà Calendas Iulias liberaſſet: ut *45. l. obligationum fere §. pe. eo. tit. 72. l. duo societatem pro soc. 41. l. cum ab eo, de contrah. emp.*

ut liberet ex empto actione compelli non poſſe ſcribit. Aliter atque ſi per formam modi liberatio adjecta ſit: ſic; fundus ille tibi emptus eſto, ita ut intrà illum diem liber tradatur. Ex iſtis *Vlpianus* nihil videri eum per fraudem alienaſſe notat, qui conditionem non implevit, quâ impletâ ſtipulatio ei committenda fuerat. Rurſùs licèt in fraudem patroni alienata, per Fanianam revocari poſſint: hanc tamen locum non habere, ex eo quòd ſtipulationis aut legati conditionem libertus non implêſſet. Hiſce etiam conſequens eſt, non liberari debitorem interitu rei, quæ in conditione poſita erat, etiamſi antè moram vel culpam id contigerit. Si Stichum mihi Calendis proximis non dederis, centum dabis? Stichus antè Calendas mortuus eſt, an liberatus ſis à centum? Reſponſio prompta eſt, liberatum te non eſſe: Stichum enim non debuiſti. Secundùm hæc, cùm patronus ita à liberto ſtipulatus eſſet: ſi decem dierum operas non dederis, xx. nummos dare ſpondes? dubitatum fuiſſe *Paulus* ſcribit, an nec exactio xx. nummorum danda eſſet, quòd libertatis onerandæ gratiâ promiſſi viderentur; nec rurſùs operarum, quæ promiſſæ non ſunt. Sed hîc magis eſſe putavit, ut operæ hoc caſu promiſſæ fingerentur; ne patronus de utroque excludatur: ſed hoc, ut dico, juris fictione obtinuit, notatuque perdignum eſt.

6.l.qui aut. §.1. quæ in frau. cred.

l.1.§.utrum, ſi quid in frau. pat. no. in l. ſi deceſſerit. qui ſatis. cog.

39.l. ſi ita ſtipulatio, de oper. liber.

Sed tamen, an in teſtamentis univerſaliter verum ſit quod diximus, ea quæ in conditione ſunt, in obligatione non eſſe, videamus. Et in inſtitutione hæredis generaliter idem eſſe juris atque in contractibus putamus: neque hæredem actione cogi poſſe, ut conditionem impleat, non magis quàm 3.

ut

ut hæreditatem adeat. Quin ſi neceſſarius ſub conditione inſtitutus hæres ſit, ſublatam eſſe neceſſitatem ajunt. Fallit ſi ſcriptus hæres hæreditatem alteri reſtituere rogatus ſit; hoc etenim caſu, ſi ſine damno ac periculo poſſit conditionem implere, & adire hæreditatem & eam reſtituere, à fideicommiſſario cogi poſſe, & *Cajus* & *Martianus* ſcripſêre: ſi quidem conditio in facto & poteſtate ejus fuerit, nec difficultatem, nec turpitudinem ullam habeat. Quòd ſi in dando conſiſtat, fideicommiſſarius eam pecuniam hæredi offerre debebit, quam ipſe dare juſſus eſt. In eandem ſententiam *Metianus*; Si ita inſtitutus hæres, ſi Titio decem dederit, ſuſpectam hæreditatem eſſe dicat, non aliter adire cogendum eſse notavit, quàm ſi pecunia ei offeratur. Quin ſi neceſsarius hæres ſub non difficili conditione hæres ſcriptus ſit, reſtituendæ hæreditatis gratiâ, ut conditioni pareat compelli poſſe, idem admonuit. Planè ſi conditio in hæredis poteſtate non ſit; ad officium prætoris eam non pertinere à *Martiano* eſt traditum. Sed quid ſi non præſenti die, ſed ſub conditione reſtituere hæreditatem hæres rogatus ſit, cùm ipſe præſenti die hæres ſcriptus eſset? *Vlpianus*; qui ſub conditione hæreditatem reſtituere rogatus eſt, adire cogitur, nec auditur, ſi vereri ſe dicat, ne conditio deficiat, ſicque hæreat actionibus: cùm omne damnum ei à fideicommiſsario præſtandum ſit; aut ſi hic decedat antè exiſtentem conditionem, ſufficiat remedium inventum à divo *Pio*. Hic cùm Antiſtia decedens Titium hæredem inſtituiſset, libertatemque Albinæ directam, eique per fideicommiſsum filiam reliquiſset, ut eam manumitteret, rogavit; Titiumque,

4.

63. l. facta §. ſi ſub conditione ad Trebell.

31. l. ſi cui purè §. 1. eo. tit.

7. l. ad ſciendum, eo. tit.

64. l. ſi ejus §. 1. eo. t.

d. l. ſi cui. purè §. 1.

13. l. ille à quo eo. tit.

11. l. apud Julianum, §. ſ. eo. t.

ut liberet ex empto actione co
ſcribit. Aliter atque ſi per forma
adjecta ſit: ſic; fundus ille tibi en
l. qui aut. intrà illum diem liber tradatur.
§. 1. quæ in nihil videri eum per fraudem alien
frau. cred. conditionem non implevit, quâ in
ei committenda fuerat. Rurſùs
patroni alienata, per Fanianam r
hanc tamen locum non habere, ex
lationis aut legati conditionem l
l. 1. §. utrum, ſi quid in frau. patrono. in l. ſi deceſſerit. qui ſatis. cog. plêſſet. Hiſce etiam conſequens eſ
debitorem interitu rei, quæ in c
erat, etiamſi antè moram vel cul
rit. Si Stichum mihi Calendis pro
ris, centum dabis? Stichus an
tuus eſt, an liberatus ſis à ce
prompta eſt, liberatum te non
non debuiſti. Secundùm hæc
liberto ſtipulatus eſſet: ſi
non dederis, xx. nummos
39. l. ſi ita ſtipulatio, de oper. liber. tum fuiſſe *Paulus* ſcribit,
morum danda eſſet, quòd
tiâ promiſſi viderentur;
promiſſæ non ſunt. Se
operæ hoc caſu pro
nus de utroque exc

...one
reli-
, quaſi
...que hæ-
. *Vlpianus*; ... æredes, ac ... tâ quantitate ... atis eidem Me- ... : Titius poſſe, ... nem reſtituere: ... poſſe putavit. Et ... , fideicommiſſum ... etere quantitatem, ... aud, ut etſi non petat, ... ario reſtituere parato ... *Africanus*: ſi ita teſtator ... s hæres non ſit, ſcripſe- ... ceptis ab hærede meo cen- ... manumittas, vel Sempronio ... n quidem apertè ſcribi; verùm in-

§. i- ... q; ad Fal. ... em ſi.

II. *l. fidei-commiſſa §. cum eſſet de le. 3.*

III. *l. ſi ſervus §. qui margaritam, de l. 1.*

que, ut manumiſsæ cùm nubilem ætatem compleſset, hæreditatem reſtitueret: Titium compelli poſse ut adeat, reſcripſit, hæreditatemque ſtatim filiæ reſtituere poſse. Verùm ſi decedat antè dictam ætatem Antiſtiæ, bona venumdari poſse, atque ſi hæres ei non extitiſset. Mihi hodiè per inventarii beneficium omni periculo occurri poſse viſum eſt.

Sed & petentibus creditoribus hereditariis ter- 5.
minum hæredi dari poſse intrà quem conditioni pareat, à *Pomponio* notatum eſt. Si quis, inquit, ſub conditione inſtitutus ſit, bonorum poſseſſionem agnoſcere poteſt: quòd ſi eam non admittat, ſed conditionem trahat, cui facilè parere poſſit; veluti ſi ſervum quem in poteſtate habet, juſsus ſit manumittere: hæ Prætoris partes erunt, ut imitetur edictum ſuum quo præfinit tempus, intrà quod adeatur hæreditas. Et *Paulus*: ſi ſub conditione hæres inſtitutus ſit, cogendus eſt conditioni parere, ſi poteſt: aut ſi reſpondeat ſe non aditurum, etiamſi conditio extiterit; vendenda erunt bona defuncti. Sed & ſi ſervus ſub conditione hæres inſtitutus ſit, non eſse iniquum, poſtulantibus creditoribus, ita decerni, ut ſi antè certum tempus is hæres non extiterit, perindè omnia obſerventur, ac ſi hæres ita inſtitutus non eſset, ab eodem *Paulo* notatum eſt: veluti ſi ſub conditione dandæ pecuniæ hæres ſcriptus ſit, nec dies appoſitus ſit, intrà quem conditioni parere debeat. Ampliùs, etſi hæres conditioni parere non poſſit, quòd eam in poteſtate ſua non habeat: veluti ſi in alterius factum collata ſit, aut in quendam caſum; puta ſi ille conſul factus fuerit: poſtulantibus tamen creditoribus, præ-

23. l. ſi quis inſtituatur. §. 1. de hæ. inſt.

l. 1. de cura. bo. dan.

4. l. ſi ſervus, de. bo. auth. ind. poſſ.

d. l. ſi quis inſtituatur, §. 1.

etor terminum conſtituet, intrà quem niſi hæ-
litas obtigerit, aditaque fuerit, defuncti bona à
editoribus poſſideātur. Porrò ſi ſcriptus ſub con-
tione hæres conditioni parere noluit, cùm poſ-
:, hæreditatemque ab inteſtato poſſideat, in edi-
tum eum cadere, & ad legata teneri quæ teſta-
nento data ſunt, *Papinianus* ſcripſit: niſi conditio
gravior adſcripta ſit, veluti ſi filium emancipaſset.
In edicti, inquit, ſententiam propter legatorum
cauſam frater incidiſse non videbitur, qui filium
ſuum ſubſtitutum impuberi teſtamento fratris
non emancipavit, ſed ab inteſtato per eum bona
cœpit poſſidere. Et *Pomponius* quàmvis filiusfamil.
per conditionem teſtamento datam, quòd in pa-
tris poteſtate manſerit, ab hæreditate ſit exclu-
ſus: ut proximum tamen agnatum, patre conſen-
tiente, poſseſſionem agnoſcere poſse notavit: aut
quòd in filii poteſtate conditio non fuerit, aut
quòd non facilè pater emancipare filium cogen-
dus ſit, etiamſi id facere ſit rogatus: poteſtas enim
patria inæſtimabilis eſt, ut *Martianus* ait. Enim-
verò ſi quis aut agnoverit, aut habere velit quod
ſibi teſtamento relictum eſt, hâc contemplatione
ut liberos ſuos emanciparet, vel ſub conditione, ſi
emancipaſſet liberos ſuos: ut id accipere poſſit,
conditioni eum parere debere, & Divo *Severo* pla-
cuiſse, *Vlpianus* refert, & ipſe probat. Vt hæc in-
ter ſe differant, quiſque ſine operâ noſtrâ facilè
6. intelligit. Succedit hæc quæſtio, an legatarius cui
quid ſub conditione legatum eſt, ſi ipſe alteri, aut
totum, aut partem reſtituere juſsus ſit, poſſit
compelli ut conditionem adimpleat? Demus ita le-
gatum eſse; Titio fundum illum do, lego, ſi de-

l. 1. §. qui ſub conditione ſi quis omiſ. cauſa teſt.

27. l. mater §. 1. eo. tit.

l. pe. unde lib.

117. l. filiusfa. §. ſecundum, de le. 1.

91. l. ſi cui legatum, de cond. & de.

cem Sejo dederit; Titium rogo, ut poſt annos
quinque fundum illum Sempronio reſtituat: Ti-
tius decem Sejo dare non vult, neque habere
legatum, an poſſit cogi à Sempronio? Et arbitror
non poſſe. Imprimis hoc conſtat, fideicommiſſum
quod à legatario relictum eſt, ita demùm deberi,
ſi ad legatarium legatum pervenerit, ut neque a-
ctionem cedere cogatur aliàs, quàm ſi legatum
agnoverit. Compellendi autem poteſtas, quæ fi- 7.
deicommiſſariis data eſt, ad ſolos univerſales per-
tinet, non autem ad legatarios, neque ad eos, qui-
bus ſingulæ res per fideicommiſſum ſunt relictæ.
Et ut cuique liberum eſt, etiam lucroſam hæredi-
tatem omittere, licèt eo modo legata & libertates
intercidant: ita etiam legatariis liberum eſſe debet,
omittere legata, quamvis ſic intercidant fideicom-
miſſa à legatariis data. Sed hæc ita accipienda ſunt,
ut ſciamus legata caduca apud hæredem manere
cum annexo onere, ſive in dando conſtitutum
ſit, ſive in faciendo, vel in modo, vel conditionis
implendæ gratiâ, ut aliâs admonuimus. Conſe-
quens eſt videre, an ii quibus conditionis nomine
teſtator aliquid dari juſſit, actionem habeant, ut
ſibi id detur: & quidem non habere, primâ facie
quiſque dixerit, non enim ſimpliciter ϗ κατηγορι-
κῶς teſtator dari juſſit: ſed ſi datum eſſet, illum hæ-
redem fieri, aut legatum accipere, uti ſuperiùs in
contractibus dictum eſt: nec item iſti legatarii ap-
pellari poſſunt. Si quis, inquit *Vlpianus*, hæres
inſtitutus ſit, ſi Titio decem dederit, & teſtamen-
ti cauſâ omiſſâ hæreditatem ab inteſtato poſſideat;
quamvis legata exolvere debeat, Titio tamen ni-
hil debebit; quia, inquit, legatarius non eſt. Idem- 8.
que

81. l. fideicommiſſum, de le. 1.
72. l. imperator. de le. 2.
8. l. ſi legatarius, de le. 3.
l. cum quis decedens eo. tit.
l. 1. c. eo. de leg.
17. l. ſi quis omiſ. cauſa teſ.
22. l. mulier. §. fi. ad Trebell.
9. l. ſi ab. eo. de uſuf. leg.
C. de cadu. toll. l. uni. pro ſecundo.
ſup. de pen. cond. nu. 55.
8. l. ſi quis omiſſa cauſa teſt.

que fore ſcribit, ſi quæ alia in dando, vel faciendo *l. 1. §. i-*
conditio adjecta fuerit. Et *Paulus*, cùm ita ſcrip- *demq; ad*
tum fuiſſet: hæres meus, ſi penum non dederit, *le. Fal.*
decem dato: penum non eſſe legatam reſpondit. *§. item ſi.*
Licèt ſecùs ſit, ſi hôc ſcriptum ſit modo; hæres
meus illi penum dato: ſi penum non dederit, decem
dato. Hîc enim ſi incontinenti penus data ſit, legatam fuiſſe dicere poſſumus, & in Falcidiam imputari. Et hæc ex ſermonis proprietate vera certaque eſſe non dubitamus, atque in iis ſervanda eſſe conditionibus ex quibus quis hæres inſtitutus eſt: & in univerſum in omnibus conditionibus quæ negativè ſunt conceptæ; veluti ſi ita dicatur, ſi hoc datum, factum non fuerit. Planè ſi ſub conditione dandi ab hærede, nomine fideicommiſſi quid relictum ſit, diverſum probari comperimus, quaſi hoc caſu duplex fideicommiſſum ſit: ideoque hæredem, defuncti voluntati parere debere. *Vlpianus*; II. *l. fidei-*
cùm Titius & Mevius ſcripti fuiſſent hæredes, ac *commiſſa*
Titius rogatus fuiſſet, acceptâ certâ quantitate *§. cum eſ-*
à Mevio, portionem ſuam hæreditatis eidem Me- *ſet de le. 3.*
vio reſtituere; non ſolùm ſi vellet Titius poſſe, acceptâ pecuniâ, hæreditatis portionem reſtituere: ſed etiam ſi nollet, à Mevio cogi poſſe putavit. Et èconverſo: quia duplex, inquit, fideicommiſſum eſt, unum ſcilicèt, ut poſſit petere quantitatem, paratus portionem cedere: aliud, ut etſi non petat, tamen cogatur fideicommiſſario reſtituere parato præſtare quantitatem. Et *Africanus*: ſi ita teſtator ad Titium, qui inſtitutus hæres non ſit, ſcripſerit; Rogo te Titi, ut acceptis ab hærede meo cen- III. *l. ſi ſcr-*
tum, illum ſervum manumittas, vel Sempronio *vus §. qui*
quid præſtes: parùm quidem apertè ſcribi; verùm *margaritam, de l. 1.*

in-

intelligendum eſſe reſpondit, hæredis fideicommiſſum eſſe, ut pecuniam Titio præſtet: quaſi ita ſcriptum ſit: acceptis ab hærede meo centum, quem hæc tibi numerare volo. Ideoque & ipſum Titium cum hærede agere ad centum poſſe, & his acceptis, libertatem ſervo vel Sempronio quod rogatus eſt, præſtare cogendum. Sed an Titius vel inuitus agere cogatur? Arbitror cogi non poſſe: quia talis oratio, ut alibi *Martianus* ſcribit, magis ipſius cauſâ, quàm contrà ipſum poſita videtur, & legatarii compellendi ſuperiùs diximus poteſtatem non eſſe. *Vlpianus* item; cùm ſervo libertas ſic data fuiſſet, ſi decem dediſſet Titio: licèt conditio pro impleta ſit, ſi hæres dari vetuerit; eum tamen quem teſtator voluit accipere, adverſùs hæredem in factum, actione experiri poſſe reſpondit, ut teſtatori pareatur. Et cùm ſervum cohæredi dare juſſum alter cohæres impediviſſet; eum cui dare juſſus fuit, familiæ Herciſcundæ judicio conſequi poſſe, quod ſuâ intereſt, ſervum prohibitum non fuiſſe. Ampliùs, *Gordianus* quoque Imperator, ſi ita dicatur: Titio decem millia do lego, ut Mevio quinque millia ex his reſtituat; Mevio actionem dandam eſſe reſcripſit. Idem fore, ſi verba ad conditionem reſpiciant, hoc eſt, ſi ita dictum ſit: Si Mevio quinque millia dederit, Titio decem millia lego; & tamen hìc ab hærede nihil dandum videtur. Sed ego, quanquàm nemo interpretum hunc locum intellexiſſe videatur, ſic accipiendum puto, ut Mevio adverſùs hæredem actio danda ſit, quia non impletâ à Titio conditione, legatum apud hæredem remanſit cum conditionis onere, ſecundùm ea quæ ſuperiùs dicta ſunt. Succedit oportunè quæſtio

30. l. in ratione §. tametſi, ad le. Fal.

ſupra nu. 6.

l. 3. §. ſi condic. cauſa data.

l. 3. §. non ſolum, de ſtatulib.

l. 2. c. de iis quæ ſub mo.

ſuprà in pend. cond. nu. 55.

8. ſtio illa, quæ de filiis in conditione poſitis agitari ſolet: & primùm, an ex hâc: ſi me vivo moriatur, vel ſi hæres eſſe noluerit, aut ſi hæres non erit, cenſeantur aut inſtituti, aut vocati. Quod non videtur; quia inſtitutio palàm & articulatâ voce fieri debet: & *Scevola* ex his verbis; ſi legitimus hæres vendicare nolit hæreditatem meam, ille mihi hæres eſto, legitimum inſtitutum non videri notavit: ſed illo vendicante deficere conditionem. Ampliùs & ſi vacuâ aliquâ parte relictâ ita ſcriptum ſit; ſi mihi Sejus hæres non erit, Sempronius hæres eſto: Sejum non videri inſtitutum, quidquid *Pegaſius* exiſtimarit, ab *Ariſtone*, *Jaboleno* & *Pomponio* notatum eſt. Quando enim inſtitutionem verba expreſſa requirere certum eſt, mentem ſolam ſufficere non poſſe conſequens ſit. Vndè in *Galli* etiam *Aquilii* formulâ his verbis: Si filius meus me vivo morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos poſt mortem meam in decem menſibus proximis quibus filius meus morietur natus erit, hæres eſto; *Scevola* admonuit filium qui in poteſtate eſt, ex aliqua parte inſtituendum eſſe hæredem, ut teſtamentum valeat; hoc innuens, prædicta verba inſtitutionem non continere. Secundùm hæc accipiendum eſt, quod alibi *Vlpianus* ſcribit, non malè libertum teſtatum videri, qui ſic teſtamentum fecit: Si filius meus me vivo moriatur, patronus hæres mihi eſto; ut ſcilicèt ſupponatur filius aliâ teſtamenti parte inſtitutus eſſe. Sed quid ſi filius fideicommiſſo eodem teſtamento gravatus ſit? Arbitror etſi id factum ſit, quidquid aliis placuerit, filium inſtitutum non videri. Nam *Jabolenus* ex ex eo quod à Statio aliquid legatum eſſet, aut homo

82. l. ſi quis ita de ha. inſt.

19. l. ex facto, de hær. inſt. d. l. Iubemus.

29. l. Gallus de lib. & poſt.

37. l. cum in teſtamento, de hær. inſt.

33. l. ſi mater §. 1. de vulg.

§. in omnibus l. 3. §. libertus, de bo. liber.

65. l. hæreditas, de ha. inſt.

mo

Salomonius in l. Gallus.

mo ei teſtamento commendatus, hæreditatem ad eum nullo jure pertinere reſpondit. Atque hæc eſt communis contrà *Bartolum* ſententia. Sunt tamen qui ſuos hæredes per tales conditiones ſatis inſtitutos eſſe velle videntur, potiſſimùm ſi adjecta aliqua ſint, ex quibus teſtantis colligi poſſit voluntas: ut ſi ita dictum ſit; ſi filius hæres non erit, tunc in locum partémve ejus Titius hæres eſto, vel Titium ei ſubſtituo. Cæterùm *Iaſon*, quàmvis filius non aliter inſtitutus ſit, ſi tamen vivo teſtatore moriatur, ſcriptique ſint hæredes venientes ab inteſtato, de jure prætorio valere teſtamentum admonuit. De fideicommiſſo videamus, quod hoc modo factum eſt; Si ſine liberis deceſſerit, illi reſtituat, an liberi ex his verbis vocati cenſeantur, rogatuſque pater eſſe illis poſt mortem ſuam reſtituere? difficilis ſanè, nec minùs utilis eſt quæſtio. Et licèt in hoc etiam variæ ſint ſententiæ, communior tamen habet, vocatos ex teſtamento non videri. Nam *Vlpianus* cùm rogaſſet mulier filium ſuum, ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtituere hæreditatem patri ſuo: ſuſceptis liberis filio deportato, conditionem defeciſſe reſpondit, neque fiſcum per liberos quaſi ipſis quoque reſtituenda ſit hæreditas, excluſum eſſe: quod tamen conſequens fuerat, ſi liberis ex fideicommiſſo reſtitui oportuiſſet. *Severus* quoque Imperator ad Philinum à cujus patre fideicommiſſi verbis petitum fuerat, ut ſi è vita ſine liberis deceſſiſſet, hæreditatem Licinio Frontoni reſtitueret, pactum valere ſcripſit, quo pater ſextantem Frontoni dederat, pro fideicommiſſi dubio redimendo: ut ex eo liqueat filium quamvis in conditione fuerit, proprio nomine fidei-

Guido Pa. q. 39. & 184. Socin. latè diſputat in l. cum avus. de cond. & de.

17 l. ex facto §. ex facto, ad Trebell.

l. 1. C. de pac.

deicommiſſi petitionem non habere, neque ſextantem hunc, ut ſibi obnoxium revocare poſſe. Secundùm hæc alibi prudenter *Zeno*, cùm detrahendæ Trebellianicæ rationem explicuiſſet, filiis ſcriptis hæredibus, ac invicem rogatis reſtituere hæreditatem, ſi ſine liberis deceſſiſſent; ad alium caſum tranſiit, quo filius nepoti reſtituere juſſus ſit: quod ſupervacaneum fuiſſet, ſi hic caſus in præcedenti fuiſſet comprehenſus. Quòd ſi Doctores accumulare vellem, qui huic ſententiæ adſtipulantur, legionem facerent. Adeoque hæc vera eſſe nonnulli putant, ut etiamſi gravati ſint liberi, ex teſtamento tamen vocati eſſe non cenſeantur. Quod tamen à multis non conceditur, neque ullâ ratione credendum arbitrantur, teſtatorem illum fideicommiſſo gravare voluiſſe, cui nihil dari volebat: idemque fore quidam putant, ſi per plures gradus teſtator digreſſus ſit, hoc modo; ſi deceſſerit ſine liberis, vel liberi ejus ſine liberis. Alii, etiamſi gravati non ſint, ex teſtamento vocatos videri aſſerunt. Nam cùm ita ſcriptum fuiſſet; Titius frater meus ex aſſe mihi hæres eſto, & ſi hæres eſſe noluerit, aut ſi moriatur ſine liberis, tunc ille & ille mihi hæredes ſunto. Reſpondit *Scevola*, teſtatorem non ſolum fratrem, ſed etiam liberos ſubſtitutis prætuliſſe. Et *Accurſius* poſitos in conditione liberos, voluntatem ſaltem qualem qualem pro ſe habere teſtatus eſt: & *Paulo* ſolam voluntatem in fideicommiſſis ſervari, ut etiam nutu relinqui poſſit, putavit. Et *Papinianus*, in cauſa fideicommiſſi, utcumque precariam voluntatem conjecturâ aſſequamur, admitti poſſe; quaſi minùs dictum ſit, quàm ſcriptum: & *Vlpiano* eadem placuit

6. l. jubemus, C. ad Trebell.

Vt per Guido. Pa. d. q. 39. Alex. conſ. 185. Bal. in l. ab eo. C. de fideicom. Alex. in l. centurio de vulg., Bar. in d. l. centurio. Jaſ. in l. ſi duobus §. 1. de le. 1. Aucho. con. 70. Alex. conſ. 65. Vol. 5. 85. l. Lucius, de hære. inſt. gl. in l. ſi filiusfa. §. cum quis, de le. 1. l. pe. de le. 1. 21. l. nutu. de le. 3. 57. l. hæredes §. 1. ad Trebell.

placuit ſententia, & communiter eſt recepta: ſiquidem expreſſis verbis non adverſetur. Itaque in propoſita quæſtione, an per hæc verba, *ſi ſine liberis deceſſerit, illi reſtituat*; liberis fideicommiſſum datum ſit; arbitrer reſponderi non malè poſſe, ut ſuperiùs reſpondiſſe *Africanum* retulimus, parùm quidem apertè ſcriptum eſſe, verùm hoc intelligendum eſſe, hæredis fideicommiſſum videri, ut exiſtentibus liberis, ipſis reſtituat. Et in hâc fuiſse ſententiâ *Jacobum de bello viſu*, *Iordanum Briſsi*, *Albericum de Roſate*, & *Salicetum*, *Guido Papa* refert. Et nuper *Coraſius* in Miſcellaneis indiſcriminatim liberos per hanc clauſulam ex teſtamento vocatos eſse aſseruit: eique adſtipulatur *Forcatulus* in ſuis Dialogis. Ad *Severi* Imperatoris reſcriptum, cujus ſuprà meminimus, reſponderi poſse putabat *Coraſius*, ibi ſextantem à Philini filio revocari non poſse, quòd in vim pacti datus eſſet, & fideicommiſsario adverſùs tranſactionem bonâ fide interpoſitam, venire non liceat: cùm & compromiſsum approbare teneatur. Sed & ſextantem, quàmvis de reſtituenda hæreditate rogatum, hæredem alienare poſse, *Forcatulus* admonuit, tum pro legitima, tum pro Trebellianica, cùm ſub conditione gravatus fuerit. Ad *Vlpiani* ſpeciem de filio deportato reſpondet idem *Forcatulus*, in eâ non negare *Vlpianum*, quin antè deportationem concepti liberi fiſcum excludere poſſint. Ego aliquantò, nî fallor, melius dici poſse ad hunc locum putem, conditionem illam, *Si deceſſerit ſine liberis*, duas habere partes, unam mortis, aliam liberorum: primam, de morte naturali accipiendam eſse; non autem de civili. Itaque mortem naturalem

l. cum avus, de cond. & de. 66. l. cum proponebatur, de le. 2. & 16. l. cum virum c. de fideicom. 11. l. fideicommiſſa. §. item ſi quis de le. 3. 111. l. ſi ſervus §. qui margaritam de le. 1. d. q. 39. Dialogo 50. & 51. l. cum hereditas ad Trebell. glo. in l. Papinianus. §. meminiſſe, de inoff. teſt.

lem expectandam eſse, ut fideicommiſso locus ſit: interim verò deportati bona fiſco cum ſua cauſa vendicanda eſse: ita ut ſi moriens deportatus liberos habeat, illis reſtituat Fiſcus, ſin minùs, patri. Verùm cùm de hoc dubitari potuerit, an liberi poſt deportationem concepti comprehenſi ſint; *Vlpianus* liberos poſt deportationem conceptos ad excluſionem patris, cui in defectum liberorum hæreditas reſtituenda erat, non prodeſse ſcribit: atque hic mihi verus hujus loci intellectus eſse videtur. Ad rationem, ex ſcripto *Zenonis* adductam, benè reſpondet *Forcatulus*, *Zenonem* non de hoc diſputaſse, an liberi ſub his verbis; *Si ſine liberis deceſſerit filius*, in fideicommiſso ſint: ſed hoc, quomodo quarta retinenda ſit illis duobus quos exprimit caſibus. Itaque credendum eſt, ut *Coraſius* ait, quòd teſtator liberos, quos in conditione poſuit, vocare voluit, ſed celerioris locutionis

9. gratiâ, conditione comprehendit. Sed quid de tacitâ conditione dicemus? Notum eſt, cùm rogatur filius hæreditatem extraneo, puta Titio, reſtituere, ineſse conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit: an per hanc tacitam conditionem liberi vocati eſse fingantur, ut ſi filius ſuſceptis liberis, Sejo vendat, à liberis revocari poſſit? *Bartholomæus à Saliceto*, putabat poſse, liberoſque ex teſtamento vocatos eſse: *Socinus* contrà, multis argumentis contendit, hos liberos ex teſtamento vocatos non videri: quia (inquit) concurrerent duo ſpecialia, & potiſſimùm, quòd neque in expreſsâ conditione liberos vocatos arbitretur. Et hæc communis eſt opinio: ſed tamen lex in liberorum favorem, hanc fictionem induxit, & ne propriæ ſoboli

in. l. 1. c. de cond. inſer.

In l. cum avus, de cond. & de & Bal. in l. cum acutiſsimi. C. de fidei. com.

ſoboli extraneum quis prætuliſse videretur, non ut patri de his bonis luxuriari liceret. Itaque ſi hoc quod extraneo reſtituendum fuit, propter liberos ei non reſtituitur, ſequitur legem in liberos transferre voluiſse: propter quod enim unumquodque tale, & illud magis, ut Dialectici dicere ſolent. Et expreſsè *Iuſtinianus* introductum iſtud fuiſse aſserit, optimo intellectu, partem quæ ad ſubſtitutum venire debebat, ad filios vel nepotes transferente. Atqui mentem legis ſolam obligare receptum eſt, etſi præter verba ſit: neque hoc ſolùm ex legibus eſse *Vlpianus* admonet, quod ex verbis earum eſt; ſed hoc etiam quod ex legum eſt ſententiâ. Et ſanè perabſurdum fuerit, patrem propter liberos reſtituendi onere liberatum eſse, & tamen liberis nihil accedere: ſed poſse patrem in quemcumque vellet alienare & expendere, quo & teſtator ſuâ intentione defraudatus ſit, & item legis ratio contempta jaceat. Cæterùm cùm ita libertas data fuiſſet; Stichus ſi rationes reddiderit, & hæredi meo centum intulerit, liber eſto: *Vlpianus* peculium ei legatum videri reſpondit, quia de peculio dare juſſus erat. Et *Papinianus* his verbis; ſi filia fratribus contulerit, quæ ei nubenti præter dotem dedi, hæres eſto: donationes alioqui inutiles confirmatas eſſe, ut fratres eaſdem res vendicantes à ſorore quæ in patris poteſtate remanſerat, exceptione doli excludi poſſint, ſiquidem ipſa bonis paternis ſe abſtineat. Argumentum quoque à 10
contrario ſenſu, de conditionibus accipi poſſe putamus: nam *Paulus* cùm conveniſſet, ut uxore ſine liberis in matrimonio defunctâ, dos patri ejus reſtitueretur; id actum videri reſpondit, ut ſi liberos reli-

6. l. generaliter. §. cum aut. c. de inſt. ſub cond. fact.

l. nominis. §. de ver, ſig.

8. l. denique. §. interdum de pe. leg.

l. pen. de coll. dot.

26. l. inter ſocerum. §. cùm inter. de pact. dot.

reliquiſſet, dotem retineret. Et *Iulianus*, cùm legatum ſub conditione adimitur, perindè eſſe ſcribit, ac ſi ſub contraria conditione datum eſſet: quod & à *Caio* & à *Paulo* probatum eſt. Et cùm lex dicit eum cui mandata eſt juriſdictio, delegare eam poſſe, ſi proficiſcatur; ſequitur, ſi non proficiſcatur, id non poſſe, ut *Papinianus* notavit. Non procedere iſtam argumentandi rationem in inſtitutionibus, vel ſubſtitutionibus nominatim Dominus *Nicolaus Evcrardi* in locis ſuis admonuit. Nam & ſi ita ſcriptum ſit, inquit, Sempronius hæres eſto, & ſi deceſſerit ſine liberis, Caium ſubſtituo: non ſequitur liberos ſubſtitutos videri, ſi quos Sempronius reliquerit. Sed ut ferè iis accidit, qui ex aliorum pendent ſcriptis, non animadvertiſſe mihi viſus eſt, hæc non eſſe contraria; nullis natis liberis Caio hæreditatem reſtituas, & natis liberis, ipſis liberis: ſubjectum enim & prædicatum in contrariis idem eſſe oportet. Itaque ex hac oratione, ſi deceſſerit ſine liberis; Caio reſtituat, per contrarium ſenſum hæc inferenda fuit, ſi liberos reliquerit, Caio non reſtituat. Et quod dictum eſt ex ſuperioribus verbis liberos vocatos non videri, non in vim hujus argumenti eſt, ſed propter deficientem diſpoſitionem teſtatoris; & quòd in conditione poſita, in diſpoſitione eſſe non videntur, ut ſuperius admonuimus. Porrò in negativis, à contrario ſenſu argumento locum non eſſe credimus. Nam cùm ita ſcriptum fuiſſet; Oneſiphore niſi diligenter rationes excuſſeris, liber ne eſto: ademptam potiùs libertatem, quàm datam videri *Scevola* notavit; itaque licèt diligenter excuſſerit rationes, liberum tamen non fieri, ex communi ſententia receptum eſt. Sed & hîc

10. l. ſi legatum. de adle. 106. aliquando de cond. & de. 6. l. quod purè quando d. le. ce. In loco à contrario ſenſu.

59. l. Titia §. fi. de ma. teſt.

Dialogo. 93.

inf. de con. imple. nu. 14. hîc *Forcatulus* diverſum iniri poſſe admonuit, ex præſumptâ mente teſtatoris, quaſi primùm ex conditione data ſit libertas, deindè ex contraria conditione rurſùs adempta: quod mihi non placet. An autem quæ pœnæ nomine in conditione poſita ſunt, ſi ſoluantur, videantur legata fuiſſe, alio dicetur loco.

TITVLVS TERTIVS

De Exiſtentis conditionis effectu.

Summarium.

1. *Exiſtentes conditiones, actus formare & perficere.*
2. *Periculum emptæ rei ad emptorem tranſire.*
3. *Fructus poſt exiſtentem conditionẽ natos, emptoris eſſe.*
4. *Vſucapiendi cauſam emptorem habere incipere.*
5. *Præſcriptiones tunc incipere.*
6. *Tunc actionem dari & rem in contractum deductam æſtimari ſecundùm hoc tempus.*
7. *An exiſtente conditione debitor in mora conſtituatur.*
8. *Pacti conditione exiſtente ejus effectum produci.*
9. *Proficere conditionem quæ poſt litem conteſtatam evenit.*
10. *Exiſtente conditione ſtipulationes committi. Novus intellectus ad le. qui Romæ §. fi. ff. de verb. obl.*
11. *An non expectato die, pœna aut id quod intereſt ſtatim peti poſſit?*
12. *Exiſtente conditione novationem fieri.*

Tunc

13. *Tunc acceptilationem vires accipere.*

14. *Quid in ſolutione.*

15. *An exiſtens conditio, in contractibus retrò trahatur.*

16. *Quid in pignoribus. Nova ſententia. Explicatur l. Lucius Titius ff. qui pot. in pig. hab.*

17. *Quid in tacita hypotheca. Nova item ſententia.*

18. *Quid in matrimoniis exiſtens conditio operetur.*

19. *Quid in reſcriptis Apoſtolicis.*

20. *Quæ in ſententiis exiſtentis conditionis vis ſit.*

21. *Quæ in lege aut ſtatuto.*

22. *Quæ in inſtitutione hæredis exiſtentis conditionis vis ſit. Conditiones in inſtitutionibus exiſtentes retrò trahi, & nu. 31.*

23. *Medios fructus hæreditatem augere, hæredemque ſequi.*

24. *Hæredem ut rectè adeat ſcire debere conditionem, eamque extitiſſe.*

25. *An poſt exiſtentem conditionem, ut adiri poſſit hæreditas, dies expectandus ſit?*

26. *Quæ circà hæredis neceſſitatem conditionis exiſtentis vis ſit.*

27. *Quæ circà hæredis capacitatem.*

28. *Dum quæritur cui acquiratur hæreditas, exiſtentis conditionis tempus ſpectandum eſſe.*

29. *An qui ex parte pura adiit, iterùm ex conditionali adire cogatur?*

30. *An ſcriptus hæres implendo conditionem pro hærede geſſiſſe ſe videatur?*

31. *Hærede mortuo exiſtentem inſtitutionis cōditionem non trahi retrò.*

32. *Conditionalis legati diem ab exiſtente demùm conditione cedere.*

33. *Legati diem cedere in ipſo*

ipſo puncto conditionis exiſtentis.

34. *Libertatē ſtatim competere atque dies extiterit.*

35. *Legatarium rem legatam à quocunque poſſeſſore vendicare poſſe.*

36. *Alienationes legati interim ab hærede factas, exiſtente conditione ipſo facto revocari.*

37. *Idem eſſe in fideicommiſſis.*

38. *Si talis ſit alienatio quæ non facilè poſſit revocari, ab initio nullam fore.*

39. *Vſquè ad legitimam valere alienationem, non obſtante fideicommiſſo, vel ultrà hanc pro dote aut propter nuptias donatione.*

40. *Vſquē ad Trebellianicam quoque tenere alienationem ab hærede factam.*

An filius duas quartas detrahere poſſit?

41. *Quantum alienare poſſit, qui reſtituere rogatus eſt, quod morienti ei de bonis ſupererit.*

42. *Cujus ſint fructus nati poſt conditionem legati exiſtentem.*

43. *Decedentem legatarium poſtquam conditio extitit, legatum ad hæredē ſuum transmitterq.*

44. *Impletâ conditione legati, an dies expectari debeat? Nova ſententia.*

45. *Pro acquiſitione legati ſpectari tempus conditionis exiſtentis.*

46. *Exiſtentem legati conditionem non trahi retrò.*

47. *Tempus medium non curari.*

EXiſtentem autem conditionem haud incommodè nos à pendente ſeparaſſe, præſenti capite oſtenſum iri ſperamus. Atq; ut hujus, dico exiſtentis, conditi- 1. onis vim explicemus, in univerſum ea poteſtas ejus eſſe

eſſe dicitur, quòd actum anteà informem ac imperfectum, format & perficit. Verùm aliter contractus, quàm legata: hæc enim ab exiſtendi demùm die formam accipere dicuntur, non autem retrò à teſtatoris morte; in contractibus verò exiſtentem conditionem retrò ad contractûs initi diem trahi à neotericis communiter probatum eſt: ſiquidem *Pet. à bel. pert. quæſt. 382. & no. 9.* in arbitrio aut poteſtate contrahentium non fuerit, ſed in caſu aliquo poſita ſit; quàmvis nec hoc veteres ita paſſim admiſiſſe putem. Sed nec hæc retrò agendi vis circà omnia eundem effectum habet: pro dominio enim acquirendo, nulla hujus rei eſt conſideratio, neque pro partu, aut fructibus. Atque his breviter ὡς ἐν προθεωρίᾳ prelibatis, de ſingulis accuratiùs dicendum eſt. In primis igitur exiſtentem conditionem perficere contractus quaſi ad materiam formâ accedente, dicimus. Si quid, inquit *Vlpianus*, ſub conditione donatum vel venditum ſit, tunc perfectus contractus eſſe dicetur, cùm impleta fuerit conditio: *7. l. hæc venditio, de contrah. emp.* veluti ſi ita res vendita fuerit, ſi navis ex Aſia veniſſet, ubi navis venerit; vel ſi mortis causâ donatum ſit, cùm mors ſecuta fuerit. Ex quo factum eſt tales donationes inter virum & uxorem *32. l. non videtur, de mor. cauſa do.* rectas ac validas eſſe: quia ut, *Caius* inquit, in hoc excurrunt tempus quo vir & uxor non ſunt. Adeò *10. l. quia in hoc, de do. in. vi. & ux.* ut ſi uxor rem quam accepit mortis causâ, vivo marito, alii tradiderit; nihil eâ traditione egiſſe dicatur, quia ejus res cùm traderet non erat. *11. l. ſed interim §. ſi uxor, eo. tit.* Quod tamen ita verum eſt, ſi hâc formâ à viro uxori donatum ſit, ut tunc ejus fieret, cùm mors ſecuta eſſet, hoc eſt ſub conditione ſuſpenſivâ. Planè ſi ſub conditione reſolutivâ ita donaverit,

 ut

ut ſtatim ejus eſſet, ſed redderetur, ſi donationem
maritus revocaſſet, aut uxor præmoreretur (qua-
liter & inter conjuges donari poſſe receptum eſt)
ſtatim conſiſtere ajunt donationem; quàmvis
reſolvi poſſit: quod tamen ut accipere oporteat,
nu. 13. in ſolutiva conditione explicabitur. Dicimus igi-
tur exiſtentem conditionem contractus perficere,
adeoque ut vel ipſo momento exiſtendi, contra-
nu. 33. Io. And. & Imol in c. prætereà, de appel. c. per tuas, de ſent. exco. ctus perfectus ac purificatus dici poſſit, ut & in
teſtamentis obtinere, inferiùs oſtendetur. Ex
quo eum qui ita excommunicatus eſt, ſi appellaſ-
ſet, appellando nihil agere notatum eſt: in pun-
cto enim appellationis excommunicatus inveni-
tur, nihilque valet ejus appellatio. Hiſce conſe- 2.
quens eſt emptæ rei periculum ſtatim poſt ex-
iſtentem conditionem ad emptorem tranſire, ut
ſi pereat, vel deterior res fieri incipiat, emptoris
8. l. neceſſariò, de pe. & con. rei. vend. damno ſit: quod & à *Proculo* & ab *Octaveno* nota-
tum fuit, & *Pomponium* probaſſe *lib.* viij. *digeſto-
rum*, *Paulus* refert.

Fructus quoque qui poſt exiſtentem conditio- 3.
l. poſt perfectam c. de actio. emp. nem nati ſunt, etiamſi nondum res tradita fuerit,
emptoris lucro cedere, haud ſecùs atque in pura
venditione dicere ſolemus, juri eſt conſentaneum,
cùm contractus perfectus fit; quàmvis enim em-
ptor antè traditionem propriè dominus non ſit,
loco tamen domini habetur, cùm & omne dam-
num poſt exiſtentem conditionem contingens,
ejus periculo & detrimento ſit, ſolusque rei onera
l. 2. §. ſi ſub conditione pro emp. agnoſcere & ſuſtinere cogatur. Uſucapiendi item 4.
cauſam tunc emptor habere incipit. Qui ſub
conditione, inquit *Paulus*, rem emit, poſtquàm
conditio extiterit, uſucapere poteſt; ut etiam
non

non referre putet, an ſciat conditionem extitiſſe, an ignoret: quæ ſententia *Sabino* quoque placuit. *l. cum notiſsimi. §. illud c. de praeſc. xxx. an.*

5. In præſcriptionibus idem juris eſt: nam & has tunc incipere conſtitutum eſt, cùm conditio impleta fuerit. Ex quo, ſi lex municipalis agnato proximo rem venditam luendi intrà annum poteſtatem faciat, alienatione conditionaliter factâ, non à die initi contractûs, ſed ab eventu demùm conditionis annum incipere, à pleriſque notatum eſt: nec eſt quòd quis exiſtentem conditionem retrò trahendam putet, ut *Alciatus* admonuit. Sed & cùm conceptum eſſe debere dicimus, eum qui ad retractum admittitur: exiſtentis conditionis diem ſpectandnm eſſe perhibeant, cùm interim nullam ex contractu actionem poſſe competere percertum ſit. *Alber. in l. ſi procurator de verb. §. pe. tit. de lo. verſ. 95. In l. ſi is qui pro emptore, de uſucap. Tiraq. §. 1. glo. 9. nu. 95. ſupra in pend. cond. nu. 23.*

6. Rei quoque in contractum deductæ qualitatem, ſi non tradatur, ſecundùm tempus exiſtentis conditionis æſtimandam eſſe putant; quanquàm in eo qui ſe ultrà juſti pretii dimidium deceptum queritur, aliud eſſe diximus. *In pend. cond. nu. 6.* Quoties, inquit *Paulus*, in diem, vel ſub conditione quis oleum ſtipulatur, æſtimationem ejus eo tempore ſpectari oportebit, quo obligationis dies venit, hoc eſt cùm conditio extiterit: tunc

7. enim ab eo peti poteſt. Ex quo dubitatio ſuborta eſt, an ſtatim in ipſo puncto exiſtentis conditionis debitor in morâ conſtituatur? quod magis eſſe ex hoc *Pauli* reſponſo videri poterat: quanti plurimi enim æſtimatio fieri non ſolet, niſi à tempore moræ? Et in hâc opinione nonnullos eſſe comperi, modico ſaltem accedente tempore, poſt conditionis exiſtentiam. Sed crebriùs diverſa recepta eſt ſententia, moramque ex civili interpre- *l. vinum ſi certo pe. Cuma et. Alex. in d. l. quoties.*

tatione, quàmvis exiſtente conditione, non contrahi ſine interpellatione: abſurdum enim fuerit, hoc eodem puncto, quo quis incipit obligari, in mora conſtitui; antè conditionem enim nulla eſt obligatio: aliter atque in die certâ uſu-venit, quæ actionem ſolam, non obligationem remoratur; multoque id magis obtinet in conditionibus tacitis, qualem in legatis hanc eſſe dicimus, ſi ſcriptus hæres hæreditatem adierit. Et quod *Paulus* ſcripſit, ſi oleum ſub conditione promiſſum ſit, ejus æſtimationem tunc fieri oportere, cùm conditio evênit, non eò dictum puto, ut oſtendat æſtimationem ex morâ creſcere, ſed ſi non præſtetur, quanti ejus quod intereſt nomine ſolvendum ſit: ut nihil de mora vel quanti plurimi æſtimatione in hoc reſponſo tractatum putem; quantùmvis diverſum ab interpretibus contendatur. Non obſtat iſtis quod idem *Paulus* ſcribit, ſi convenerit evictis agris venditis, venditorem pretium debere reſtituere, poſt evictionem uſuras quoque præſtandas eſſe: quia ibi re ipsâ, hoc eſt agrorum reſtitutione, pretiique exolutione, mora contracta fuit: neque hæc annotaſse minimi momenti fuit; ecquis enim neſcit promiſsam ſpeciem debitori perire, ſi poſt moram pereat? Pacto quoque contractui appoſito, ſi conditio adſcripta ſit, ipsâ exiſtente, actio ex pacto dabitur; 8. ut ſi fundus in diem addictus ſit, vel ſub pacto legis commiſsoriæ venditio celebrata, vel ut fundus reſtituatur pretio quandocumque vel intrà certa tempora reſtituto, vel ſi in ancillæ venditione convenerit, liberam eam fieri ſi proſtituta eſset. Sed & ſi inter te & me convenerit, ut debiti

l. magnam. c. de contrah. ſtipul.

23. l. ſi ex legati cauſa. de verbo. ob.

18. l. evictis agris, de uſur.

l. quod te. ſi cer. peta.

l. 1. de in di. ad. l. 2. de le. commiſ. l. 2. & l. ſi à te. i. de pac. in emp.

biti parte intrà certum diem ſolutâ, acceptum ti- *l. 1. & 2.*
bi facerem reſiduum, *Papinianus*, licèt actionem *l. ſi man.*
non habeas, impletâ tamen conditione exceptio- *ita fu. alie.*
9. nem tibi competere notavit. Adeoque ad excep-
tionem exiſtentem conditionem prodeſſe poſſe *42. l. ſi in-*
obtinuit: ut etiam, ſi lite conteſtatâ evenerit, *tra, de pac.*
proficere poſſe, ab *Vlpiano* notatum ſit. Proindè
ſi quis de ſervi noxâ conventus fuerit, cùm ſtatu-
liber eſſet: & antè ſententiam extiterit libertatis
conditio, abſolvi reus debebit. Idemque fore *14. l. ſi quis*
notat, ſi ſervus ſub conditione alteri legatus fuiſ- *§. 1. de nox.*
ſet, & per exiſtentem conditionem dominium *ac.*
tranſlatum ſit. Et *Iulianus*, ſi ſervus furtivus ſub *14. l. ſi ſer-*
conditione legatus ſit, licèt eâ pendente hæres *vus, de*
condictionem habeat; ſi tamen lite pendente con- *cond. fur.*
ditio extiterit, excludendum eſſe reſpondit; at-
que ſi ſub conditione liber eſſe juſſus fuiſſet, &
pendente lite extitiſſet conditio. Quæ tamen ita
vera eſſe admonet, ſi dolo reus careat. Ampliùs & *d. l ſi ſer-*
eum qui pendente conditione agere cœpit, poſſe *vus & 16.*
vincere ſi pendente lite conditio extiterit, recep- *l. ſi hæres,*
tum eſt. Nam eum qui antè ſolutionem pignora- *de nox. ac.*
ticia agit, licèt non rectè, ſi tamen offerat in judi- *9. l. ſi rem*
cio pecuniam, debere rem & quod ſuâ intereſt con- *§. fi. de*
ſequi, ab *Vlpiano* notatum fuit. Et *Paulus*, ſi man- *pig. ac.*
davero tibi, ut à Titio decem exigeres, & antè ea *17. l. ſi*
exacta mandati tecum egero, ut mihi hæc decem *mandave-*
tradas, condemnandum te eſſe ſcripſit, ſi antè rem *ro manda.*
judicatam exegeris. Quod autem idem *Paulus* *23. l. non*
ſcribit, non poſſe videri in judicium veniſſe id *poteſt de*
quod poſt judicium acceptum accidit, ſic accipien- *ind.*
dum eſt, ſi ex novâ cauſâ acciderit, non autem ſi *Bar. in d.*
ex veteri. Sed in his tamen ſciendum eſt, ſi nunc *§. fi.*

reus

reus cedere paratus ſit, actorem in expenſas litis condemnandum eſſe, uſque ad diem conditionis exiſtentis, & ad hæc præmaturæ petitionis tempus duplicandum eſſe, ut aliquandò admonui. In 10
ſtipulationibus idem juris eſſe traditum eſt; committi enim ſtipulationes ſtatim atque conditio extiterit, certiſſimi juris eſt: ut ſi quis decem ſibi dari ſtipulatus ſit, ſi navis ex Aſia venerit, deberi decem ſtatim atque navis venerit, dubium non ſit. Secundùm hæc *Vlpianus* Falcidiæ ſtipulationem committi ſcribit, ubi legati vel debiti conditio extiterit; & *Modeſtinus* ſtipulationem de dote reddenda ab extraneo interpoſitam divortio facto: ut etiam non intercidere eam putarit, licèt poſteà matrimonium reintegratum ſit; extitiſſe enim ſemel conditionem ſatis eſt, ut aliquando latiùs. Si quis igitur pœnam ſtipulanti promiſerit, ſi quid factum eſſet, eo facto, ut conditione exiſtente, pæna debebitur; ſiquidem id quod factum eſt, jure ſubſiſtat, effectumque habuerit; aliâs enim quodammodò factum non eſſe videbitur. Cùm is qui mancipium emebat, ita nè manumitteret, pœnamque promiſiſſet, ſi ad libertatem eſſet perductum: quamvis eo manumiſſo, Divus tamen *Gordianus*, pœnam non deberi reſcripſit, propteà quòd manumiſſio nullius momenti fuit. Et ut alibi *Vlpianus:* Quid obeſt conatus, ſi injuria effectum non habeat? Idem evenit, ſi pœnam quis promiſerit, ſi rem ſacram vendidiſſet; quo fit, ut hoc caſu per compendium ab ipſo initio ſtipulatio inutilis eſſe dicatur. Hæc tamen non procedere, promiſsâ pœnâ, etiamſi de facto contraventum fuerit, à pleriſque notatum eſt; iſto etenim

ſuprà de cond. pend. eff. nu. 26.

Inſt. de verb. ob. §. ſub cond. 70. l. Falcidiæ. ad. le. Fal. 94. l. ſtipulatio, de ju. do.

in tit. de conditionis implemento nu. 25.

inſt. de verb. ob. §. ſi. 40. l. ubi pactum C. de tranſ. 5. l. ea quidem C. ſi man. ita alie. fu. l. 1. §. ſi. quod quiſ. jur.

137. continuus §. cum quis, de verb. ob. l. licèt ut le, no. ca.

pim caſu, licèt actus effectu careat, pœnam tamen deberi ajunt. Ex quo mihi perelegans *Scevolæ* reſponſum explicare poſſe viſus ſum, in quo ſe noſtri mirum in modum torquere ſolent. Is cùm duo fratres hæreditatem inter ſe diviſiſſent, ac caviſſent nihil ſe contrà eam diviſionem facturos, & ſi contrà quid feciſſent, alter alteri pœnam promiſiſſet: ab altero hæreditate petitâ, licèt ſuccubuiſſet, videri tamen pœnam commiſſam reſpondit; quia ut arbitror ipſum factum ſtipulatione comprehenſum fuit, nedum juſta tranſactionis impugnatio. Atque me hæc paucis admonuiſſe nunc ſatis ſit. Cæterùm & ſi negativè pœna promiſſa ſit, ſi quid factum non fuerit, eo non facto, ut exiſtente conditione, commiſſa erit ſtipulatio: ut tamen id rursùs non obtinere ſciamus, ſi lex aut factum ſuppleat, aut pro non facto habeat. Cùm puellam quis eâ lege vendidiſſet ut manumitteretur, & ſi manumiſſa non eſſet, centum aurei præſtarentur, quàmvis eâ non manumiſsâ pœnam tamen non deberi divi *Diocletianus* & *Maximianus* Auguſti reſcripſerunt, propterèa quòd puella ex juris conſtitutione libera facta eſſet. Atque hîc dubitari ſolet, an ſtatim pœna peti poſſit, cùm certum eſſe cœperit non poſſe fieri, quo non facto intrà certum diem, pœna promiſſa fuerat? & ut breviùs dicam, an dies expectandus ſit, conditione extinctâ, vel factâ neceſſariâ? Ponamus te decem mihi promiſiſſe, ſi Calendis Stichum non dederis, ut à conditione, non autem à conventione cœptum ſit, an antè Calendas Sticho mortuo decem à te poſſim petere? an potiùs Calendas expectare debeam, quod

glo. in d. l. ea quidem & Bar. in d. l. ubi pactum. 122. l. qui Romæ. §. fi. de verb. ob.

l. fi. C. ſi man. ita alie. fu.

vide inf. t. de cond. neceſſa. nu. 1. 8. l. in illa verb. ob.

magis

35. c. commiſſa de elec. li. 6. magis eſſe *Paulus* tradidit. Idque *Sabino* & *Proculo* placuiſſe refert, propterea quòd obligatio nedum ſub conditione, ſed in diem quoque collata ſit. Similiter ſi quis ita ſtipulatus ſit, ſi intrà biennium capitolium non aſcenderis, centum dare ſpondes? centum niſi præterito biennio danda non eſſe, à *Celſo* & *Pomponio* notatum fuit. Hoc *99. l. quidquid §. 1, & 27. l. veluti §. 1. eo. tit.* ampliùs *Paulus*, ſi quis pœnam promiſerit, ſi hominem certo die non ſtitiſſet, etiamſi antè diem promiſſoris dolo perijſſet, pœnam tamen antè diem peti non poſſe putavit. Et non expreſsâ *10. l ſi eum §. 1. ſi quis cau.* pœnâ, in eo quod intereſt, *Papinianus* idem tradidit. Nam ſi quis inſulam intrà biennium certo *124. l. Inſulam, eo. tit.* loco ædificare promiſerit, non committi ſtipulationem ſcripſit, antè finem biennii, quàmvis reus promittendi non ædificaſſet, neque intrà tempus reliquum extruere ædificium poſſit. Stipulationis enim, inquit, ſtatus, cujus dies certus in exordio fuit, ex poſt facto non mutatur. Idemque in ſtipulatione judicio ſiſtendi causâ factâ, eſſe credidit: ut videlicèt non committatur ſtipulatio antè diem, etiamſi certum eſſe cœperit, pareri ſtipulationi intrà reſiduum tempus non poſſe. *72. l. ſtipulationes non dividuntur. §. ſi. eo. tit.* Hiſce finitimum eſt quod *Ulpianus* ſcribit, ſi quis ita ſtipulatus ſit; ſi antè Calendas Martias primas opus perfectum non erit, tunc quanti id opus erit tantam pecuniam dare ſpondes? diem promiſſionis cedere non ex quo locatum eſt opus, ſed poſt Calendas Martias: quòd antè reus promittendi conveniri non poſſit. Secundùm hæc accipiendum puto, quod ſcribit *Proculus*; ſi ita ſtipu- *113. l. cum ſtipulatus ſim, eo. t.* latus ſim, ſi opus arbitratu meo antè Calendas Junias effectum non ſit, pœnam: ſi antè Calen-

das

las certum eſſe cœperit, opus antè eam diem effici non poſſe, propemodùm eſſe, ut pœna commiſſa ſit: ut videlicèt antè diem pœnam non poſſe peti intelligamus; hocque verbum, *Propemodùm*, ſine ἐνεργείᾳ non eſſe. Sed hæc vera ſunt, ſi in pœnam ſtipulatio interpoſita ſit, hoc eſt, ſi promiſſa pœna ſit, niſi ipſe reus promittendi quid intrà diem certum feciſſet: extraneâ namque conditione adjectâ, eâve quæ ex ipſius promiſſoris facto non pendeat; ſecùs fore credimus. Hîc enim ſtatim atque certum eſſe cœperit fieri non poſſe, quod in conditione poſitum eſt, non expectatâ die pœnam peti poſſe traditum eſt: hoc enim *Pomponius* oſtendit, dum ſcribit, ex hac ſtipulatione; Si Lucius Titius antè Calendas Majas in Italiam non venerit, decem dare ſpondes? non antè quidquam peti poſſe, quàm exploratum ſit, antè eum diem Titium in Italiam venire non poſſe, neque veniſſe: ſive eo vivo, ſive eo mortuo id acciderit. Et quanquàm *Bulgarus* & *Azo* non admiſiſſe hanc interpretationem ferantur, communiter tamen probata eſt. Illam autem diſtinctionem quam neoterici adferunt, inter hæc verba, *ſi Calendis*, & *ſi intrà Calendas*, quùm prorsùs diſpliceat, & ex ſuperioribus facilè confutari poſſit, prætereundam eſſe cenſui. Porrò quod dicimus impletâ vel extinctâ conditione diem expectandum eſſe, in ijs ſolis contractibus obtinere putant, qui ſtricti ſunt juris, non autem in contractibus bonæ fidei. Ponamus me tibi fundum vendidiſſe, ſi Calendis Januariis proximis Stichus à me manumiſſus non erit; an Sticho mortuo, non expectatis Calendis, ſtatim ex empto poſſis agere

10. *l. hoc jure eo. tit.*

glo. ibi.

agere; neque ſi agas, antè tempus agere videare? Quod magis putant. Nam *Paulus*, ſi domum in quinquennium penſionibus conductam, inquilinus ſine juſtâ causâ deſerat, dominum cum eo ſtatim agere poſſe ſcribit, ipſumque ad ſolvendas totius temporis penſiones ex conducto conveniri poſſe: colonum item ſi ei frui non liceat, totius quinquennii nomine ſtatim rectè agere. Ego ſanè in ſuperiori venditionis ſpecie diverſum puto, & licèt Sticho mortuo ſolus dies ſupereſſe videatur, hunc tamen actionem remorari eatenùs ne tibi fundum quem vendidi, antè diem cogar tradere. Et quod *Paulus* ſcripſit adversùs inquilinum dominum ſtatim agere poſſe; ſic accipiendum eſt, ut penſionibus ſuis diebus ſatisfiat, idque factum iri caveatur: idemque in colono eſſe, ut quanti ſuâ interſit conſequatur, temporis ratione habitâ. Itaque cùm in ſtricti juris contractibus diem expectandam eſſe compertum ſit; idemque in teſtamentis obſervetur, ut ſtatim oſtendam, cur in bonæfidei contractibus diverſum dicatur, non ſatis video. Sed & *Vlpianus*, cùm in lege operis locandi comprehenſum eſſet: ut ſi ad diem effectum non eſſet, aliî liceret relocare; non antè relocari poſſe opus ſcripſit, quàm dies efficiendi præterijſſet. Porrò ſi ab initio neceſſaria conditio adjecta ſit, ut cujus contraria ſit impoſſibilis; veluti ſi quis hoc modo ſtipulatus fuerit, Si intrà Calendas Januarias proximas digito cœlum non tetigeris, decem dare ſpondes? quàmvis in pœnam ſit, non eſſe tamen expectandum diem, ſed protinùs àgi poſſe, à *Paulo* notatum eſt, & *Marcellus* probavit: meritò enim imputandum ei eſt, qui

in d. l. hoc jure. 24. l. ſi in lege §. domus & 55. l. dominus §. ſi. loca.

inf. nu. 44. 13. l. item quæritur. §. ſi in lege eo. tit.

d. l. in illa.

qui, ut pœnam evadat, rem impoſſibilem ſibi
12.præſcripſit. In novationibus eandem dicimus exiſtentis conditionis poteſtatem eſſe: ut ſi novandi animo interpoſita ſit ſub conditione ſtipulatio, exiſtente conditione, continuò novatio facta eſſe dicatur. Quoties, inquit *Vlpianus*, quod purè debetur, ſub conditione, novandi animo promittimus: tunc fit novatio, cùm conditio impleta eſt. Idem erit, ſi legata, vel fideicommiſſa, novandi animo ſub conditione in ſtipulationem deducta fuerint. Ex contrario, ſi quod ſub conditione debetur, purè quis novandi animo promiſerit, licèt hîc pura ſtipulatio egiſſe aliquid videatur, idem tamen erit: ut tunc demùm novatio facta eſſe dicatur, cùm conditio extiterit. Si autem ita quis à Sejo ſtipulatus eſſe ponatur; Quod à Titio ſtipulatus fuero, mihi dare ſpondes? ſtatim atque fuerit à Titio ſtipulatus, *Celſus* & prioris obligationis conditionem extitiſſe, & in hanc poſteriorem tranſlatam videri tradidit. Sed quid ſi interim perſona in quam transferatur obligatio, de medio ſublata ſit? Arbitror id nihil mutare, ſiquidem hæredem reliquerit. *Pomponius*; ſi à Titio ſtipulatus fuero novandi animo eam rem quam mihi Sempronius ſub conditione debebat, quàmvis Titius, pendente conditione, deceſſerit, eâ tamen exiſtente, novatio facta eſſe dicetur: quià promiſſoris morte ſtipulatio non extinguitur, ſed ad hæredem ejus tranſit. At ſi hæredem nullum reliquerit, & *Marcellus* & *Vlpianus* non fieri novationem, licèt poſteà exiſtat conditio, exiſtimarunt. Quin *Papinianus*, ſi exiſtente conditione legati, cujus nomine cautum fuit, hæres ab hoſti-

34. l. quoties, de novat.

8. l. ſi Stichum §. 1. eo. tit.

d. l. quoties. §. fi.

d. l. ſi Stichum §. ſi quis ita.

24. l. novatio eo. t.

d. l. quoties §. 1.

5. l. poſtquam ut. le. no. ca.

bus captus ſit, non committi ſtipulationem, nec fidejuſſores obligari ſcripſit: quia neque jus, inquit, neque perſona eſt, ad quam ſtipulationis verba dirigi poſſunt. Quid rursùs, ſi pendente novationis conditione accepto latum ſit, an & hoc caſu, exiſtens conditio novationem inducat? quod magis eſſe credimus. Si hominem, inquit *Julianus*, quem à Titio purè ſtipulatus fueram, Sejus mihi ſub conditione promiſerit, quàmvis eâ pendente Titio acceptum fecerim, exiſtente tamen conditione Sejus mihi obligabitur. Et è contrario eleganter *Nervà* filius, ſi ſub conditione legatum mihi datum, novàndi causâ ſtipulatus ſim, & antè exiſtentem conditionem acceptum fecerim, quod in ſtipulationem deductum fuit; exiſtente conditione, novationem fieri notavit: ideòque ex teſtamento actionem non còmpetere, neque etiam ex ſtipulatu; quia acceptilatione ſoluta eſt: & *Venuleius* probaſse videtur. Quid denique ſi pendente novationis conditione; ipſa res interierit? Sanè hîc exiſtentem conditionem novationem non inducere exiſtimo. *Vlpianus*, ſi Stichus qui purè debebatur, & ſub conditione novandi animo promiſsus ſit, pendente conditione deceſserit, exiſtente poſteà conditione, novatio non continget. Quod probans *Venulejus*, manere, inquit, rem in humanis oportet, ut novationi locus ſit. Atque hoc *Julianus* vel tunc verum eſſe ſcribit, quando à diverſis perſonis promiſſio facta eſt; veluti ſi hominem quem à Titio purè ſtipulatus fueram, Sejus mihi ſub conditione promiſerit, & homo pendente conditione deceſſerit: nam nec hîc exiſtente conditione fiet novatio. Et cùm

56. l. eum qui ita. §. fi. de verb. ob.

21. l. ſi ſub conditione de accepti-lat.

14. l. quoties de nov.

31. l. ſi rem. eo. tit.

d. l. eum qui ita §. fi.

cùm certum ex nunc ſit, novari non poſſe priorem obligationem; confeſtim me ex eâ cum Titio poſſe agere, conſequens eſt. *Venulejus* tamen, ſi eandem rem novandi animo ab eodem ſtipulatus ſim, quamvis re interim ſublatâ, novationem fieri putavit, ſi promiſſor in mora fuerit quò minùs daret. Si hominem, inquit, te mihi dare oportet, & in mora fueris quò minùs dares, etiam defunćto eo teneris: & ſi priuſquàm decederet, cùm jam mora facta ſit, eundem à te ſub conditione ſtipulatus fuero, & ſervus poſteà deceſſerit, deindè extiterit conditio, cùm jam ex ſtipulatu mihi obligatus eſſes; novatio fiet. Quod ſanè dictum mirabile eſt, quaſi præcedens mora per ſubſequentem ſtipulationem conditionalem purgata non fuerit, cujus contrariam ſententiam *Marcellus* tenuiſſe viſus eſt. Et cùm de hâc ſuprà in pendente conditione quid ſentiam aperuerim, ibi videre licèt: quo etiam loco explicuimus, an pœnalis ſtipulatio præcedentem novet. De acceptilatione videamus. Et quidem quod ſub conditione debetur, acceptilatione tolli poteſt: ſed quid actum ſit, tunc demùm apparebit, cùm conditio ſtipulationis extiterit, ut *Pomponius* ait. Proindè ſi dum adhuc ſtipulationis conditio pendet, res quæ in obligationem caſura fuerat, perierit; nihil acceptilatione actum videri, ex *Ulpiano* animadvertimus: quià interitu rei intercidit obligatio, neque exiſtens conditio retrò trahitur; ut ſi Stichus quem ſub conditione ſtipulatus fueram, eâque pendente accepto tuleram, è vivis deceſſerit. Et conſequenter, ſi quis Stichum aut decem ſub conditione ſtipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus de-

d. l. ſi rem.

nu. 22.

nu. 21.

3.

12. l. quod in diem de accep. & 16. l. ſub conditione de ſolut.

13. l. & per jus §. ſi Stichum. de accep.

ceſserit, decem in obligatione manebunt: quia, ut idem *Vlpianus* admonuit, perindè eſt, ac ſi ea acceptilatio interpoſita non fuiſset, eâdem atque nunc dicta eſt ratione; tametſi communiter acceptilatio pro ſolutione ſit, & in alternativa obligatione, alterius ſolutione vel acceptilatione tota tollatur obligatio. Perſonam verò ipſam quæ in obligationem, exiſtente conditione, caſura fuerat: cùm (ut ſuprà dictum eſt) obligatio ad hæredem tranſeat; nihil offecerit, interim è vivis deceſſiſſe. Undè ſi ei qui mihi ſub conditione ex ſtipulatu obligatus erat, eâ pendente, accepto tulerim, licèt adhuc pendente conditione moriatur, hæres tamen ejus, exiſtente poſteà conditione à me liberabitur. Ampliùs ſi fidejuſſore ſub conditione obligato, hâc fortè, Si navis ex Aſia venerit, aut aliâ quæ exiſtens retrò trahitur, eâ pendente accepto latum fuerit: quàmvis is fidejuſſor pendente adhuc conditione moriatur, eâ tamen exiſtente, tam hæres ejus, quàm reus principalis liberati erunt: per acceptilationem enim quæ fidejuſſori facta ſit, reum liberari conſtat, perindè atque ſi ab eo ſolutio facta eſſet. Diverſum tamen erit, ſi hoc modo acceptus fidejuſſor ſit; Si navis, eo vivo, ex Aſia venerit; vel ut uſque ad tempus vitæ ſuæ dumtaxàt obligetur: hîc enim, ſi pendente conditione, fidejuſſori accepto feram, isque eâ etiam tum pendente, mortem obierit, confeſtim à reo peti poterit; cùm exiſtens conditio, neque in perſonam mortui obligationem producere, neque acceptilationem confirmare poſſit, ut eleganter à *Cajo* notatum eſt, neque in perſonam hæredis, quia

16. l. ſi ex pluribus eo. tit.

l. ſi unus. §. ſed ſi ſtipulatus. de pactis.

l. pe. de fidejuſ. & d. l. & per jus §. & ſi ſi fidejuſſori.

d. l. pe.

id

id actum fuit. Idem eveniet, ſi acceptilatio ipsâ obligatione ſit antiquior. Nam & hoc caſu nihil reo proderit, quòd fidejuſſori accepto latum ſit. Ut ſi hoc modo à fidejuſſore ſtipulatus ſim, quòd Titio credidero, fide tuâ eſſe jubes? deindè antequàm credam, acceptum fidejuſſori fecerim: reus enim hîc non liberabitur, ſed quandocunque ei credidero, obligatus erit. Etſi, inquit *Vlpianus*, *d.l. & per* fidejuſſorem non antè liberatum eſſe dicamus, *jus. §. qui* quàm cùm fuerit creditum reo, non tamen reus *ita.* antiquiore acceptilatione, quàm ejus eſt obligatio, liberari potuit. Imò ſi quis Titio, Aquilianâ formulâ, accepto tulerit, quicquid eum dare oportet aut oportebit: ſi quam ei poſteà pecuniam mutuo dederit, nemo arbitror dixerit, ex ſequenti numeratione conveniri Titium non poſſe. Acceptilatio enim in eum diem præcedentes, *75. l. ſicut* non ſequentes obligationes perimit. Neque ſub *acceptila-* hac conditione fieri poteſt; ſi quid credidero ac- *tio. de ſo-* ceptum fero. Eâdem de causâ, legatis ſub con- *lutio.* ditione relictis, quàmvis fidejuſsori pro ijs dato *d. l. & per* accepto latum ſit: exiſtente tamen poſteà condi- *jus §. ſi le-* tione, legata ab hærede peti poſse traditum eſt; *gatorum.* quia & hîc acceptilatio, obligatione principali eſt antiquior: pro creditore enim non eſt, cui quid ex teſtamento ſub conditione debetur, ſed fore ſperatur: ut etiam pro hac futura obligatione fidejuſsor accipi poſſit. Quin hîc rurſus (quod an *7. l. ſtipu-* alius animadverterit neſcio) etiamſi ipſi hæredi *latus §. 1.* pendente conditione legatarius accepto tulerit, *& 38. l. ſi* nihil actum eſse arbitrer, niſi legatum priùs in *Stichum §.* Aquilianam ſtipulationem deductum fuerit. Ideo- *1. de fide-* que *Nerva*, ut ſuprà meminimus, ſi legatum mi- *juſſ.*

 hi-

21. l. ſi ſub conditione, de accep. 4. l. Aquiliana de tranſact.

hi ſub conditione relictum novandi cauſâ ſtipulatus ſim, acceptilatione me amittere poſse notavit. Secundùm quæ *Vlpianus* Aquilianam ſtipulationem omni modo omnes præcedentes obligationes novare, & perimere ſcripſit, ipſamque per acceptilationem perimi, & proptereà legata & fideicommiſsa, ſub conditione relicta, in ſtipulationem Aquilianam deduci, quaſi diceret aliter acceptilatione tolli non poſse. In ſolutione au- 14

54. l. ſolutionis verbum, de ſolut. l. ſolutionis verbum, de verb. ſig.

tem (quam præſtationem dicere poſsumus ejus quod debetur, licèt hoc verbum plerumque latiùs accipiatur) conditionis effectum explicare haudquaquàm fuerit difficile, ſi ejus quod in pendente conditione diximus, ſimus non immemores. Quando enim ſolutio debitum præſupponit, neque priùs obligatio tolli poſſit, quàm nata ſit: conſequens fit antè exiſtentem obligationis conditionem, ſolutionem effectum habere non poſſe: neque ſi facta ſit, rectè facta eſſe dici poſſit.

38. l. ſtipulatio iſta. §. intercertam, de verb. ob. 16. l. ſub conditione, de ſolut.

Verùm ut hæc, *Ariſto* tamen, ſi is qui pecuniam ſub conditione promiſerit, eâ conditione eam dederit, ut ſi conditio extitiſſet, in ſolutum cederet: ſubſiſtere ſolutionem, ac exiſtente conditione eum liberari notavit, antè enim liberari non potuit, quia nihil debuit, firmiter & perfectè. Neque obſtabit quòd anteà creditoris pecunia facta ſit, quia hoc ſub tacitâ quaſi revocatione factum videtur, ut debito formato in ſolutum brevi manu pecunia cederet: niſi malis exiſtentem conditionem retrò obligationem formare. Nam ut in- 15 itio hujus capitis admonuimus, communis ſententia eſt, exiſtentem conditionem in contractibus, ſi non poteſtativa fuerit, retrotrahi: ſi poteſta-

teſtativa, ſecùs eſſe; exemplo ejus, quod in pignoribus obſervatum eſt, de quo ſtatim dicetur. Et *Paulus*, ſi pendente conditione emptor deceſſerit, ubi extiterit conditio, hæredes quoque obligatos eſſe ſcribit, quaſi jam contractâ obligatione in præteritum. Sic in præmemoratâ fortaſſis ſpecie *Pomponius*, ſi ei accepto feratur, qui ſub conditione debitor erat, exiſtente conditione, jam olim liberatum videri ſcripſit. Olim autem liberatum fuiſſe dicere non poſſumus, niſi retrò trahendo conditionem, olim obligatum fuiſſe ſimul dicamus. Et circà acquiſitionem actionis initium contractûs ſpectandum eſſe dicimus, ut ſi is qui ſub conditione ſtipulatus eſt alieni juris ſit, ei acquiratur ex ſtipulatu actio in cujus fuit poteſtate cùm ſtipularetur: etiam ſi, ut *Pomponius* ſcribit, ſui juris effectus fuerit conditionis exiſtentis tempore. Undè *Paulus*, ſi filiusfamil. ſub conditione ſtipulatus ſit, & eâ pendente emancipatus fuerit, exiſtente poſteà conditione, non filio ſed patri actio quæſita eſſe videbitur: quia, inquit, in ſtipulationibus hoc tempus ſpectatur quo contrahimus; & idem à *Pomponio* probatum eſt: ſtipulationes etenim etiamſi ſub conditione factæ ſint, ex præſenti tempore vires accipiunt. Secundùm hæc *Paulus* quod ſub conditione ex ſtipulatu debetur, emancipato conferendum eſſe ſcripſit: aliter atque ſi ſub conditione ei legatum eſſet. Ampliùs hæc vera eſſe in ſervo credimus, etiamſi expreſsè in alienationis vel manumiſſionis tempus rem contulerit, hoc modo; mihi dare ſpondes, cùm alienatus vel manumiſſus ero? Nam quidquid contraxerit ſervus, dum nobis

8. l. neceſſario §. quod ſi pendente, de per. & com. re.

l. ſub conditione, de ſolut.

18. l. quæ legata, de re ju.

78. l. ſi filiusfamil. de verb. obl.

19. l. ſi filiusfamil. de re. ju.

26. l. uſuſfructus de de ſtipul. ſer.

187. l. non omne §. 1. de re. ju.

l. 2. §. id quoque de coll. bono.

bis ſervit, etiamſi ſtipulationem contulerit in a-
l. fi. de ſtip. ſer. lienationem vel manumiſſionem, nobis tamen
acquiri *Pomponius* admonuit: quia poteſtas, in-
quit, ejus tunc cùm contraheret noſtra fuit. Quod
glo. in d. l. fi. in filiofamil. non ita coarctatum eſt. Nam is ſi
ſine dolo malo quid ſibi dari ſtipulatus ſit, cùm
ſui juris factus erit (quam conditionem *Accurſius*
d. l. fi. intrinſecam appellat) actionem ipſe ſibi acquirere
poſſe dicitur. Cæterùm ſi per dolum, ac in patris
fraudem id à filiofamil. factum eſſe proponatur,
ſecùs erit: patri enim hæc actio quæretur, non
ſecùs atque ſi extrinſeca conditio adjecta fuiſſet.
Dolo autem feciſſe videbitur, ſi non promiſſoris
voluntate, in illud tempus ſtipulatio collata ſit?
122. l. quidam cum. §. fi. de verb ob. &c. Sed & ſi hoc modo filiusfamil. à Sejo ſtipulatus
ſit; quantam pecuniam Titio credidero, fide tuâ
eſſe jubes? & emancipatus crediderit, filio, non
patri Sejum obligatum fore, & *Paulus*, & *Papi-
nianus* ſcripſêre. Neque enim hæc fidejuſſoris ac-
48. l. ſi debitori. §. 1. de fidejuſſ. ceſſoria obligatio principalem quæ ex numera-
tione producitur, præcedere potuit, neque ad pa-
trem pertinere; cui (ut *Paulus* ait) reus obliga-
tus non eſt. Non diſſimile eſt, quod alibi *Vlpia-
nus* ſcribit; ſi filiofamil. mandavero, ut pro me
ſolvat, & emancipatus ſolverit, in factum actio-
d. §. fi. nem filio dandam eſſe, non patri. Neque tamen
ex his arbitror dici poſſe, ſi hoc modo filiusfami-
12. l. ſi verò. §. 1. mand. lias ſtipulatus ſit à Titio decem ſibi dari, ſi in
capitolium ipſe aut Titius aſcendiſſet, filio acqui-
ri actionem, ſi exiſtente conditione ſui juris ſit;
quàmvis hæ conditiones arbitrariæ eſſe videan-
tur. Imò hîc quandocunque impletâ conditione
patri acquiſitam actionem eſſe: etſi me non la-
teat,

teat, communi hoc traditioni adverſari. Priore caſu, quia dum quæritur, an exiſtens conditio retrò trahatur, non rei ſtipulandi, ſed promittendi poteſtatem conſideramus. In poſteriore, cùm ſic ſtipulatur filiusfamil. ſi in capitolium aſcenderis, decem, quia in pœnam eſt: itaque utroque caſu ſtipulationis initium, ex regula generali ſpectandum eſse, uti infrà cùm de pignoribus agemus, latiùs explicabitur. Sed & quod diximus filiumfamil. qui ita ſtipulatus ſit à Sejo; quantam pecuniam Titio credidero, fide tuâ eſse jubes? adversùs Sejum habere actionem humanitatis intuitu, *Papinianus* receptum eſse admonuit: ſtricto autem jure haud quaquàm id admittendum fuerat. Cæterùm quæ in ſtipulatione dicta ſunt, in bonæ fidei quoque contractibus obtinere puto: nam & in iſtis ſpectamus initium. Vndè ſi quid filiusfamil. vel ſervus ſub conditione emerit, quandocunque exiſtente conditione, patri vel domino ex empto actio quæſita erit, etiam ſi pendente conditione hi ſui iuris facti fuerint. Sed etſi quid eis ſub conditione inter vivos donatum ſit, idem erit. Vt tamen in filiis meminerimus ejus, quod à *Justiniano* conſtitutum eſt circà adventitia & profectitia. Si verò mortis cauſâ donatum iſtis ſit, ac mortis tempore ſui juris reperiuntur, ad ipſos pertinebit: nam legati naturam hæc donatio imitatur. Ad pignora nunc transeamus. Et quidem cùm pignus pro puro ac præſenti debito ſub conditione datur; ſiquidem conditio extrà poteſtatem ejus ſit, qui pignus dat, licèt informis hæc dicatur obligatio, quàmdiu conditio pendeat, eâ tamen exiſtente, retrò affecta res fuiſſe videbitur. Quin ab

Bar. Alex. & Jaſ. in d. l. ſi filiusfamil.

nu. 16.

d. l. cum quidam. §. fi.

glo. in l. fi. de. mor. cauſa. do. & in l. ſi uxor. C. de cond. in ſer. Bar. in d. l. ſi filiusfamil. Jaſ. in d. l. ſi filiusf. Inſt. per quas per. no. acq. l. fi. & ibi. glo. de mor. cauſ. do.

initio tanti fuiſſe dici poteſt, quòd liberam de ea re diſponendi facultatem ei qui pignus ita dedit, abſtuliſſe videatur: quemadmodùm in pendente conditione diximus, eum qui rem ſub conditione vendidit, neque ea pendente ſe de contractu excutere poſſe. Proindè ſi rem meam Titio, cui centum debebam, pignori dederim ſub hac conditione, ſi navis ex Aſia venerit, eandemque mox Seio purè obligavero, pendente quidem conditione informe Titii jus erit, verùm exiſtente conditione, Titius in jure pignoris præferetur. Idemque erit, ſi Sejo vendiderim: Titio enim adverſùs Sejum hypothecaria agere licebit, ubi conditio extiterit. Si autem ipſa principalis obligatio, ſine quâ pignus non conſiſtit, ex conditione pendeat, in
13. *l. Grego. §. pe. de. pig.* pignore idem obſervabitur, ſtatimque, licèt informiter, obligatum erit: ut exiſtente poſteà
11. *l. potior. §. 1. & 9. l. qui balneum §. 1. qui pot. in pig.* conditione, hic omnibus præferri debeat, quibus fortè eadem res poſteà obligata fuerit, ut mihi & *Martianus*, & *Cajus*, & *Africanus* annotaſſe viſi ſunt. Secundùm hæc, ſi quis dotem pro muliere inter contrahendas nuptias promiſerit, ac pignus de dote acceperit ſibi reſtituendâ, non ſo-
l. 1. eo. tit. lutionum tempora, ſed diem contractæ obligationis obſervandum eſse traditum eſt; ut præferri hunc conſequens ſit ei qui poſt obligationem, antè dotis numerationem, idem fortè pignus acceperit: nedùm enim numeratio extrà poteſtatem ejus qui dotem promiſit poſita eſt: ſed nec vir reſiduum dotis recuſare potuit, quo minùs dotata mulier fieret. Atque ex his, ſi ſtipulanti tibi decem promittam ſub hac conditione, ſi capitolium aſcenderis, & pignori dem fundum: eundem-

demque fundum poſteà pendente adhuc conditione obligem alteri: impletâ conditione, te potiorem fore à *Zaſio* rectè notatum fuit: de poteſtate enim hîc agimus, non creditoris, ſed debitoris qui pignus conſtituit. Quæ etiam tunc obtinebunt, cùm principalis obligatio ex teſtamento erit, veluti ſi hæres ob ea legata quæ ſub conditione data erant, de pignore rei ſuæ convenerit, ac poſteà eandem ipſam, ob pecuniam creditam pignori dederit: tuendus enim is erit, cui pignus priùs datum fuit. Licèt enim pendente conditione legatarius inter creditores non ſit, eo tamen quòd ſpes ſit debitum iri, & fidejuſsores & pignora adhiberi poſsunt: ab ipſoque die quo adhibita ſunt obligantur. Multò magis procedunt hæc quæ diximus, ſi ipſa principalis obligatio in diem ſolùm ſit. Atque hujus apud *Africanum* hæc eſt ſpecies: quidam balneum ex Calendis proximis conduxerat, & hominem Erotem pro mercede pignori dederat: idem antè Calendas eundem ſeruum ob pecuniam creditam alteri dedit etiam pignori; quæſitum fuit, uter iſtorum in hoc pignore potior eſset? Reſpondit *Africanus* balnei locatorem potiorem eſse, ut priorem tempore. Porrò ſi principali obligationi vel etiam in pignore dando adſcripta conditio, in arbitrio & poteſtate ejus fuerit, qui pignus dedit, ejuſue qui principaliter obligatus ſit: ex communi omnium ſententia, ab ipſa demùm conditione exiſtente, pignus obligatum eſse dicetur. Obligatus enim quodammodò non eſſe videtur, qui non aliter quàm ſi velit obligatus ſit. Proindè ſi inter duos creditores quæratur, uter potior in pignore ſit,

in l. quidam cum filium. §. 1. de verb. ob.

l. pe. quæ res pig. ob. poſ. glo. & Bar. in d. l. 1.

d. l. qui balneum §. ſed etſi hæres. 6. l. ſtipulatus. & 38. l. ſtichum de fidejuſſ. 5. l. res hypotheca de pign. d. l. qui balneum.

d. l. qui balneum. §. 1.

ſit, *Africanus* ſub conditione creditorem tuendum non eſſe ſcripſit, ſi talis fuerit conditio, quæ invito debitore impleri non debuerit. In eandem ſententiam *Paulus*, cùm Titius quaſi pecuniam mutuo accepturus à Mevio, quaſdam res ei pignori dediſset; deindè poſtquàm ex his rebus aliquas vendidiſset, pecuniam à Mevio accepiſset: res venditas pignori non eſse reſpondit; quià in poteſtate, inquit, debitoris fuit pecuniam non accipere. Et *Cajus*, cùm colonus conveniſset inducta in fundum, illata, ibi nata pignori fore, & antequàm induceret, aliî rem hypothecæ nomine obligaſset, licèt poſteà in fundum induxiſset hanc; potiorem tamen fore qui ſpecialiter purè eandem rem pignori accepit: quia non ex conventione priori, inquit, obligatur, ſed ex eo quod inducta res eſt, atque hoc in poteſtate debitoris fuit. Hinc ſi quis antè matrimonium dotem numeraturus, pro ea ſibi reſtituenda pignus acceperit, quia ex nuptiis veluti ex tacita conditione reſtitutio pendet, poſſitque matrimonium à viro omitti, ex nuptiis demùm pignus incipere, à quibuſdam notatum eſt.

l. pen. quæ res pig. ob. 30. l. qui pecuniam. ſi cer. pe. 11. l. potior. §. ſi colonus, qui pot. in pig.

Rurſùs cùm conſtet futurorum bonorum obligationi hanc ineſse conditionem, ſi mea fiant: *Marcellus*, ſi tibi quæ habiturus ſum obligaverim, & Titio ſpecialiter fundum illum, ſi in dominium meum pervenerit, moxq; dominium ejus acquiſiero; pares vos futuros eſse ſcripſit: ut hîc non conventionis diem, ſed exiſtentis ſpectemus conditionis. Et *Africanus*, ſi Titia prædium alienum pignori Titio dederit, ac poſteà Mevio; deindè domina facta in dotem dederit: Mevii pignus quàmvis Titio ſolvatur, non convaleſcere notavit: pendebat

Neguzan. de pig. in 4. mem. 2. partis. nu. 79. 7. l. idemque eſt §. 1. qui pot. in pig. d. l. qui balneum. §. fin.

debat enim ex illa conditione, ſi Titio ſolutum fuerit, quod ei debetur. Interim ergò dum hæc pependit conditio quæ in mulieris poteſtate erat, rectè in dotem alienatum fuit. Ex quibus arbitror liquere, poteſtativam conditionem exiſtentem, in pignoribus retrò vires non extendere. Quod tamen, etſi à nemine notatum ſit, non obtinere puto, ſi in pœnam conditio adjecta ſit, hoc eſt, ſi quis pœnam promiſerit, ſi quid feciſset, aut non feciſset; veluti ſi centum pignore dato promiſerit, ſi in capitolium aſcendiſset, vel non aſcendiſſet: licèt enim aſcendere in capitolium in poteſtate ejus ſit, quodammodò tamen extrà poteſtatem ejus eſse videtur, quo omiſso in pœnam incidat: itaque hoc caſu exiſtens retrò trahetur conditio. Quam mihi rationem in uſurarum ſolutione *Scævola* obſervaſse viſus eſt hâc in ſpecie: Lucius Titius pecuniam mutuam dedit ſub uſuris pignoribus acceptis, eidemque debitori Mevius ſub iiſdem pignoribus etiam pecuniam credidit: dubitatum fuit, an Titius uſurarum quoque nomine, quæ ceſserant poſteà quàm Mevius crediſset, potior eſset? Reſponditque potiorem eſſe: tamen in has uſuras debitor ſpontè incidiſse videri poterat, ſortis namque ſolutione has evitaſset. Ita enim ferè de uſuris conveniri ſolet, ſi ſortem non ſolveris, tantundem in annos dabis ſingulos. Sed quia hanc ſortis ſolutionem omittere non potuit citrà uſurarum pœnam, non potuiſse omittere dicitur. Ideoque in poteſtate ejus non fuiſse hæc conditio videtur: & per conſequens retrò trahitur ad diem conventionis. Idem eveniet, ſi quis promiſerit per ſe non fieri quo minùs

19. l. Lucius Titius qui po. in pig. hab.

minùs ire, agere liceat, centumque promiſerit, pignore dato, ſi ſecùs feciſset: atque mihi iſtud ſummam rationem habere videtur. Sed an ea quæ 17
in expreſsa hypotheca dicta ſunt, in tacita quoque (qualem doti paſſim adſcribimus) locum habeant videamus. Et quidem bifariàm de dote actionem competere conſtat, adversùs promittentem, ut eam marito præſtet; & adversùs maritum, ut præſtitam reſtituat. Ad priorem caſum ponamus dotem antè matrimonium, vel ab extraneo, vel ab ipſa muliere promiſsam eſse: quamvis de pignore nihil convenerit, tacitè tamen promittentis bona obligata eſse conſtabit. Enimverò cùm promiſſionis effectus ex hac conditione pendeat, ſi nuptiæ ſequantùr, dubitari poſset, an tacitum hoc pignus ex promiſsæ dotis tempore, an ex nuptiarum die incipiat? Et ut varias hac in re opiniones pro meo inſtituto prætercam, ſex enim à quibuſdam proferuntur, arbitror (ſiquidem his noſtram addere liceat) referre, an extraneus dotem promiſerit, an ipſa mulier: priore caſu ab ipſo promiſſionis die conſtitutam hypothecam videri, quia hîc conditio in promittentis poteſtate non fuit; an enim duo matrimonium contrahant, ab extraneo non pendet: itaque exiſtens conditio retrò trahitur, quemadmodùm in expreſsa hypotheca dictum eſt; poſteriore verò caſu ſecùs eſse: mulieri enim, licèt dotem ſe daturam eſse promiſerit, non nubendi integram poteſtatem eſse nemo negaverit. Ex viri autem parte ut dotem ſibi promiſsam reſtituat, licèt inſint conditiones, ſi numerata fuerit, & cùm nuptiæ ſolutæ erunt, ut breviter dicam, ab ipſis demùm nuptiis, ſi dos

l. unica. §. & ut pl:-nius. c. de re. ux. ac. doct. & nuper Odonellus Marcandillus ad l. aſsiduis.

cauta non autem numerata fuerit, incipere hypothecam putaverim: uſque ad nuptias enim in viri poteſtate eſt, an numerandam dotem accipiat, ac ſimul an aliquando nuptiæ non ſolvantur; cùm poſſit non contrahere, & quæ contractæ non erunt, ſolvi non poterunt. Planè ſi numerata dos fuerit, ut poſterior dumtaxàt conditio ſuperſit, ſtatim ab ipſa numeratione quàmvis non ſecutis nuptiis hypothecam arbitrer incipere: licèt enim, ut quidam adferunt, antè nuptias dos eſſe non dicatur, in cauſam tamen dotis pecuniam traditam fuiſſe nemo negare poteſt; & quod veræ doti privilegii competit, in putativa quoque locum habere arbitrantur. Et expreſsè *Vlpianus*, ſi ſponſa dotem dederit, nuptiiſque renunciatum ſit; mulierem in dotis condictione privilegium habituram eſſe ſcripſerat. Et ſanè niſi hanc ſententiam obſervemus, magna mulieris captio eſſe poſſet. Legato denique licèt conditio adſcripta ſit, tacitam tamen hypothecam ex mortis teſtatoris tempore incipere dicitur. Quàmvis enim in legatis exiſtens conditio pro dominio, fructibus aut eorum tranſmiſſione retrò non trahatur: pro hypotheca tamen ſatis eſt, ex hærede legati conditionem non pendere, aut in pœnam ei adſcriptam eſſe, ut ab initio, hoc eſt, à morte teſtatoris conſtitiſſe videatur: exemplo ejus quod ſuprà in expreſſis hypothecis dictum eſt. Proindè ſi hæres, pendente conditione, bona teſtatoris alienaverit, aut alteri obligarit, potiorem tamen legatarium fore juri conſentaneum eſſe putem, ſi quando conditio extiterit: tametſi quoſdam in diverſa eſſe ſententia non me lateat, quibus nullâ ratio-

Neguzan. in. d. 4. mem. 2. partis nu. 79.

l. 2. §. fi. cum 2. ll. ſeq. de privi. cred.

l. 2. §. cum enim c. co. de lega.

Neguzan. de pig. in 1. mem. 5. partis. nu. 22. & in 2. mem. nu. 10.

ratione ſubſcribendum eſſe credidi. Sed & tunc maximè neceſſaria eſt hæc tacitæ hypothecæ conſtitutio in reliquis teſtatoris bonis, cùm quid ſub conditione legatum eſt: interim enim alienandi rem legatam poteſtatem hæres habet, ut facilè ejus perſecutio impediri poſſit. Quam itaque vim habeat exiſtens conditio in pignoribus ſive expreſſis, ſive tacitis, hiſce dictum eſto: potuiſſem rem latiùs extendere niſi hæc ſufficere putaſſem. In matrimonii contractu quid operetur exi- 18
ſtens conditio, nunc videamus: & quidem, ut in reliquis, actum purificare dicitur. Itaque ſi quis hoc modo matrimonium contraxerit, ſi centum ei data eſſent: datis centum præſentes fient nuptiæ, ut jam cum aliâ contrahendi licentia prorſus ſublata eſſe dicatur. Dico autem tunc præſentes fieri nuptias, non autem retrò præſentes fuiſſe videri, ut ſi interim aliam purè duxerit, qui ſub conditione fidem dederat, priores nuptiæ intereant: publica etenim honeſtas à conditione demùm exiſtente dicitur incipere. Ampliùs, ſi quis ita cum Sejâ contraxerit, ſi pater nuptiis conſentiret, ac priuſquàm conſentiat pater, pœnituerit, nuptiiſque renunciarit, aliam ducere poſſe dicitur. Cæterùm ſi ponamus eos qui jure conjungi non poterant, ita contraxiſſe, ſi Pontifex diſpenſaret, ſecutâ quidem diſpenſatione nuptiæ perfectæ erunt: verumtamen retrò perfectas fuiſſe non dicemus. Porrò ſi qui liberi, pendente conditione, nati ſint, exiſtente poſteà conditione, hos pro legitimis retrò habendos eſſe obtinuit: non quòd retrò juſtæ fuerint nuptiæ, aut quòd conditio retrò extitiſſe fingatur, ſed ex conſtituto

Imo. & Zabar. in c. 1. de cond. appoſ.

glo. in c. pen. eo. t. c. per tuas. eo. tit.

glo. in c. unic. de ſponſ. li. 6. & in c. ſi per te. de reſcrip. eo. lib.

Imo. & Panor. in d. c. ſuper eo.

ſtituto jure, quo anteriores liberi per ſubſequens matrimonium retrò legitimari dicuntur. Quod ſic tamen accipiendum eſſe ajunt, ſi non aliæ nuptiæ interceſſerint: eamque ſententiam tenendam eſſe contrà *Florianum*, *Roſellum* & *Ruynum*, *Alciatus* jampridem adſeveravit. *glo. in d. c. per tuas.*

19 In reſcriptis denique Apoſtolicis, quibus vacaturum beneficium alicui conferri mandatur, ſub conditione fortè aliquâ, eadem atque in ſuperioribus diximus, conditionis vis eſt, ut interim gratia informis ſit, neque impediat quo minùs alteri conferri poſſit: tunc verò cum extiterit conditio, gratia pura eſſe dicatur, ac retrò etiam ab initio fingitur pura fuiſſe: ut etiam non referre putem qualis fuerit conditio, ſive caſualis, ſive arbitraria; licèt in hoc quidam diſſentiant. Hinc ſi impetrantis in forma pauperum conditio extiterit, priuſquàm ſequenti qui in forma gratiæ impetravit collatum ſit, præferri illum oportere ab omnibus probatum eſt; habet enim nunc uterque gratiam puram, & ille tempore eſt prior. Porrò ſi ex duobus impetrantibus in forma pauperum, vel quibus Pontifex ſub quavis conditione conferri mandavit, uter in data prior ſit non conſtet: illum præferendum ducunt, cujus prior conditio extiterit. At ſi alter in data prior ſit, ille præferetur, ſi non alteri pendente ejus conditione collatum fuerit. Quin ſi demus Titium habere gratiam in forma pauperum, Sejum in forma gratiæ, cùm clauſula irritante; ac Ordinarium ſtatim ubi vacaſſet beneficium contuliſſe Sempronio: deinde poſtquam extitiſſet conditio Titii, Sejum quoque collationem obtinuiſſe ac poſteà Titium; Titium *In l. ſi is qui pro emptore. de uſucap.* *Alcia. in d. l. ſi is qui. pro emptore.* *glo. in Cle. unica. de conceſſ. præbend.* *Joan. And. in c. ſi ſoli. eo. tit.*

glo. in d. Clemen unic. tium reliquis præferendum eſſe contendunt: Sempronio enim facta collatio ab Ordinario ſubſiſtere nequit, propter clauſulam irritantem quæ in Seij proviſione adjecta fuit, per quam Ordinarii manus, ut ajunt, clauſas fuiſſe conſtat. Quæ autem Sejo facta fuit collatio, propter Titii jam anteà exiſtentem conditionem ſimiliter eſt inutilis. At ſi pendente hâc conditione Sejo fuiſſet collatum, hunc obtinere poſſe ſuperioribus conſentaneum eſt. *15. c. ſi pro te de reſcrip. li. 6. in tit. de cond. pen. nu. 13.* Undè ſi de Canonicatu & præbenda Bituricenſi alicui conferenda ſcriptum ſit, ſi ad id accederet Epiſcopi & capituli conſenſus, eum qui antè hunc conſenſum collationem obtinuerat, præferendum eſſe, ſuperiùs diximus, licèt poſteà conditio extitiſſet. Atque hoc etiam obtinere ajunt, cùm in prioris gratiâ, decretum fuerit irritans: nam & hujus effectus per conditionem ſuſpenſus eſſe dicitur. Quod autem hæc conditio, ſi *Jo. de Imo. & Gemi. Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore.* Epiſcopi accedat conſenſus, à quibuſdam poteſtativa eſſe dicatur, perabſurdum eſt, & non immeritò ab aliis eſt improbatum; ut in hoc hærendum eſſe non putarim. In ſententiis eadem ferè 20
diſputatio eſt: Nam & in iſtis exiſtentem conditionem, ſi poteſtativa non ſit, retrò trahi ajunt; ſi verò in poteſtate fuerit, ſecùs eſſe. Quæ tamen diſtinctio mihi prorſùs diſplicet. Quin qualis qualis in ferenda ſententia conditio adjecta fuerit, ferendæ ſententiæ tempus ſemper ſpectandum eſſe putem: ipſam enim ſententiam, licèt conditio ei adjecta ſit, ſemper puram eſſe, in pendente conditione diximus; licèt hoc, an quis ſolvere debeat virtute ejus ſententiæ, an non, ex conditione pendeat. Sed hîc quæri ſolet, an exiſtens

poſteà

poſteà conditio retrò vires porrigat ad diem ſententiæ latæ; ut ſi Calendis Martiis judicatum ſit, Titium decapitandum eſſe, niſi intrà Calendas Aprilis mille ſolviſſet, non ſolutis mille ac præteritis Calendis Aprilis retrò à Calendis Martiis condemnatus fuiſſe videatur. Idemque in eo tractari poteſt, cui ſic ſacris interdictum ſit, ſi intrà illum diem non ſolverit. Et arbitror exiſtentes conditiones retrò non trahi: quod pro illis etiam facit quæſtionibus, de quibus in pendente conditione tractatum eſt; an ſtatuto quod de condemnatis factum eſt, hi quoque contineantur, qui ſub conditione condemnati ſunt? ut ſi condemnatus hæreditatem adire vetitus ſit: ſub conditione quæ poſteà extitit condemnatus, eâ pendente non potuiſſe adire dicatur; quod non arbitror juri eſſe conſentaneum. Quemadmodum ſi quis excommunicatus ſit, niſi ſolverit intrà decem dies, retrò excommunicatus fuiſſe non dicitur, quàmvis intrà præfinitum tempus non ſatisfecerit; neque ſi interim deceſſerit, excommunicatus deceſſiſſe putatur. Atque hæc ita ſe habent, ut intelligamus tamen poſt exiſtentem conditionem aliam ſententiam declaratoriam expectandam non eſſe, eoque hæc res à comminatione differt.

Jaſ. & Alcia. in d. l. ſi is qui pro emptore.

40, c. præterea & ibi glo. de appell. & in c. Salonitana. d. 63.

l. Celſus, de arbit. & d. c. Salonitana glo. in c. ſicut, de ſimo, & c. unic. de ſagit.

21\. In lege verò & ſtatuto exiſtens quidem conditio locum pœnæ facit, ita tamen ut ſententiam neceſſariam eſſe ſciamus, per quam contrà legem factum eſſe, pœnaque commiſſa declaretur: crimen enim per ſe, licèt notorium ſit, ad puniendum tamen, deponendum vel privandum non ſufficit; ut mitiùs agi dicant cum ipsâ lege, quàm cum legis miniſtro: ſiquidem hîc non per commina-

glo. in c. evidentia de accuſat. glo. in c. unic. de ſagitt. & in c. ſicut. de ſimo.

minationem, hoc fortaſſis modo, ſub excommunicationis pœnâ id fieri præcipio, ſententia lata ſit; quo caſu etiam ſententia declaratoria expectanda erit. Ad rem itaque, Prælatum Eccleſiæ tametſi homicidium commiſerit, depoſitum tamen non videri traditum eſt, niſi ſententia ſubſecuta fuerit. Adeoque hæc, ut Epiſcopus homicida interim verus Epiſcopus appellari poſſit. Quin in notoriis criminibus partem citandam eſſe, & ſaltem ſummariè de cauſa eſſe cognoſcendum, frequentiori calculo comprobatum eſt. Non procedunt hæc quoties lex dicit ipſo facto pœnam incurri, ut; acceptatione ſecundi beneficii incompatibilis, vacare ac impetrari poſſe primum. Sic Simoniacus quoad Ordinem ipſo facto ſuſpenſus eſſe dicitur: & quoties pœna ipſo jure imponitur, peti eam poſſe ajunt, & exequi etiam parte non citatâ: & in excommunicationem & irregularitatem pleroſque dicimus incidere ſine ſententiâ. Secundùm hæc quæri ſolet, an poſt contractum crimen ex quo bona publicanda ſint, antè ſententiam tamen facta donatio jure ſubſiſtat? Et communiter ajunt valere: ſiquidem ſine fraude inter vivos, non autem mortis causâ donatum ſit; exceptis tamen criminibus hæreſis ac læſæ majeſtatis. Perfectæ, inquit *Papinianus*, donationes eſſe non poſſunt, poſt crimen perduellionis contractum, etſi nondum poſtulatus de vita deceſſerit, cùm hoc crimen hæredes quoque teneat: & à *Modeſtino* probatum fuit. *Martianus* item ex quo tempore quis tale crimen contraxit, neque alienare, neque manumittere eum poſſe, à divis *Severo* & *Antonino* conſtitutum fuiſſe refert. Antè crimen

c. in noſtris, de conceſſ. preb. Imo. in c. cum contrà de homic. Abbas in c. querelam, de jureiur. Bald. in l. Barbarius de off. pret. c. de multa, de preb. glo. & abb. in c. reprehenſibilis, de appell. & in clę. 2. de pe. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. 81. d. ſi quis ſacerdotum c. nuper. de ſent. ex. 32. l. donationes §. fi. de donat. 20. l. ex judiciorum, de accuſat.

crimen verò contractum factas donationes, ſi inter vivos ſint, valere; ſi autem mortis causâ, ſecùs eſſe, dubium non eſt. Si aliquis, inquit *Vlpianus*, mortis causâ donaverit, & capitis pœnâ affectus fuerit, mortis causâ facta donatio, ut imperfecta removetur; cæteræ autem quæ ſine pœnæ ſuſpicione factæ ſunt, ratæ manent. Sed & ea quæ ab innoxio adhuc marito, antè nuptias donationis titulo mulier accepit, & ſi quæ pater antè tempus criminis ac reatûs in filios emancipatos contulerit, rata eſſe expreſſo jure conſtitutum eſt. Planè ſi mortis causâ quid donatum ſit, ac deindè donator crimen contraxerit, extinguetur donatio; ut etiam irrita ſit, ſi mortem ſibi ob ſceleris conſcientiam conſciverit, vel poſt mortem memoria ejus damnata ſit. Quod tamen fallit, ſi damnatus teſtandi facultatem à Principe impetrarit; mortis etenim causâ donare poteſt, cui teſtari permiſſum eſt. De iis autem donationibus quæ poſt contractum crimen factæ ſunt antè accuſationem, licèt, ut ſuprà diximus, communis opinio habeat has valere, quam *Alciatus* quoque veram eſſe ſcribit; ego tamen haud temerè putem dubitari poſſe. Nam *Martiani* locus in quo ii ſe fundant, aliter atque ipſi legunt, nobis ex Pandectis Florentinis traditus eſt. Illi enim *Martianum* ſic ſcripſiſſe putabant: Poſt contractum capitale crimen donationes factæ valent, niſi condemnatio ſecuta ſit; verùm exemplar Florentinum hoc habet modo: Poſt contractum capitale crimen donationes factæ non valent, ſi condemnatio ſecuta ſit; hoc eſt, ut ego interpretandum autumo, ſi aliquando condemnatio ſequatur: liquet enim

l. ſi. C. ad leg. Ju. maj. 7. *l. ſi aliquis, de mor. cauſ. don.* 9. *l. ſi quis poſt hac C. de bo. proſcrip. &c.* 24. *l. res uxoris C. de don. int. vi. & ux.* *d. l. ſi quis poſt §. ſi quid.* *l. cum hic ſtatus §. ſi maritus de do. in. vi. & ux.* *§. ſi mites.* 15. *l. poſt contractum, de donat.*

l. ſi. ad leg. Jul. majeſt.

delinquentium morte crimina extingui, paucis aliquot propter atrocitatem exceptis. Cæterùm quòd *Alciatus* & *Coraſius* reatum pro crimine accipiendum eſſe negant, ſed pro eo ſtatu, in quo rei ſunt poſt accuſationem, donec vel abſolvantur, vel condemnentur; vel (ut *Budæus* ait) tantiſper dum in carcere ſunt; quamvis ipſa vocis etymologia id ſatis ferat, quaſi à Rei vocabulo, reatus dictus ſit, neque reus quis antè accuſationem eſſe dicatur: vereor tamen, ne non in pleriſque juris locis, reatus ſit pro crimine. Quod, ne longiùs digrediar, admonuiſſe ſatis puto. Atque his explicatum arbitror, quæ conditionis exiſtentis vis ſit, in actibus quos inter vivos appellant.

Alc. in d. l. poſt. contractum Coraſ. in Miſcellaneis lib. 2. c. 20.

Ad teſtamenta tranſeamus; cujus ferè duæ ſunt partes, Inſtitutio, & Legatum, & quæ huic ſunt ſimilia. De inſtitutione directâ, primo diſſerendum eſt loco. Et in hâc id exiſtens conditio inprimis operatur, quòd retrò ab ipſa teſtatoris morte inſtitutio pura fuiſſe fingitur. Undè *Scevola*, ſi ſub conditione quis fuerit ſcriptus hæres, & purè ſibi-ipſi ſubſtitutus ſit, & extiterit conditio, duas inſtitutiones puras eſſe ſcripſit: ideoque ſubſtitutionem nullius eſſe momenti, quia nemo ſibiipſi, niſi mutatâ cauſâ, ſubſtitui poteſt. Hinc non nocere exiſtens conditio dicitur, quæ nocebat pendens: ut *Neratius* non rumpi teſtamentum poſthumi agnatione ſcripſerit, ſi priuſquàm naſcatur, extiterit conditio, ſub quâ hæres ſcriptus fuit. Similiter quamvis patronus à liberto ſub conditione inſtitutus contrà tabulas poſſit petere bonorum poſſeſſionem; ſi tamen teſtatore vivo, priuſquàm bonorum poſſeſſio delata ſit, extiterit conditio, ſecùs 22

l. fi. §. 1. de vulg. & pupill.

22. l. cum poſth. de li. & poſth.

l. 3. §. ſi patronus, de bo. lib.

ſecùs fore *Vlpianus* admonuit. Idemque in filio à
patre in cujus poteſtate eſt, hærede ſcripto ſub
conditione, quæ in ejus poteſtate non ſit, non-
nulli eſſe arbitrantur; ut ſi conditio vivo teſtatore
23 extiterit, ſubſiſtere dicatur teſtamentum. Hiſce *Connanus.*
conſequens eſt, adeuntem hæreditatem (quod ei *li. 10. c. 2.*
nunc licere quùm extitit conditio, nemo dubitat)
medios quoque fructus ex hæreditate natos, cùm *l. item vè-*
hæreditatem augeant, acquirere. Hæres, inquit *niunt. §.*
Florentinus, quandocumque hæreditatem adeun- *non ſolum,*
do, jam nunc à morte defuncti ſucceſſiſſe defun- *de pe. hær.*
cto intelligitur. Quod nedum in tota hæreditate *54. l. hæres*
obtinebit, ſed & in parte, ſi quis ex parte inſti- *quandoq; de acq. hæ.*
24 tutus ſit. Enimverò ut verum ſit, exiſtente con- *l. 1. ſi pars*
ditione inſtitutionem puram eſſe, ac inſtitutum *hæ. pet.*
hæreditatem adire poſſe: hoc tamen (ut in pen- *75. l. quæ*
dente conditione diximus) ſic accipiendum eſt, ſi *de totâ, de*
ſciverit ſe ſub conditione inſtitutum fuiſſe, eam- *rei vend.*
que extitiſſe. Nam ut *Vlpianus* notat, ſcire hæ- *nu. 36.*
redem oportet, utrùm purè an ſub conditione *32. l. hæres,*
ſcriptus ſit: licèt enim ſe hæredem inſtitutum eſ- *de acq. hæ.*
ſe ſciat, ſi tamen ignoret, an purè, an ſub condi- *21. l. ſi quis*
tione, hæreditatem adire non poterit; tametſi re *extraneus.*
verâ purè inſtitutus fuerit, vel ſub conditione, ea- *§. ſi. eo. tit.*
que extiterit: animo enim dubio eum eſſe non
convenit, qui hæreditatem adit; quod & *Caſ-*
ſius probaſſe viſus eſt. Quid igitur, ſi animo non *34. l. ſed*
ſit incerto, ſed erret, ut ſi purè inſtitutus, putet *& ſi §. fi.*
ſe ſub conditione inſtitutum eſſe, eaque impleta *eo. tit.*
ſit? *Vlpianus* hanc erroneam ſuſpicionem ſeu opi-
nionem neque obeſſe ei, neque periculum adferre
notat, ſive arbitraria, ſive fortuita fuerit condi-
tio. Sed nec hoc, ut præmonui, ſatis eſt, quòd

 ſciat

hæ appellantur, quia à lege ita proponebantur; ſi id factum ſit, adire poſſe. Atque hæc de jure civili: de jure autem prætorio eum qui ignorat conditionem extitiſſe, bonorum poſſe petere poſſeſſionem, ex iis quæ in pendente conditione diximus, dubitari poſſe non putamus. Sed quid ſi cum conditione dies adſcriptus ſit inſtitutioni, an exiſtente conditione dies adhuc expectari debeat? Et non eſſe expectandum à *Paulo* notatum eſt. Ponamus ita Sejum hæredem inſtitutum eſse, ſi Titius qui etiam hæres ſcriptus fuerat, intrà Calendas Martias hæreditatem non adiiſset; an Titio mortuo Calendæ expectari debeant? & non putamus. Idemque erit, ſi ita ſcriptum ſit; Sejus hæres eſto, ſi Titius intrà Calendas capitolium non aſcenderit. Sic ſi quis delatam ſibi bonorum poſſeſſionem repudiaverit, non quouſque tempus bonorum poſſeſſioni præfinitum exceſſerit, expectare ſequentes debent, ſed ſtatim ex eodem edicto admittuntur; nimirùm cùm dies in inſtitutione nihil faciat. Nam ut *Papinianus* notat, ex die hæreditas dari non poteſt, & ſi adjecta ſit, vitio temporis ſublata manet præſens inſtitutio. Proindè ſi ita ſcriptum ſit; Titius poſt decennium à morte meâ hæres eſto, rejecto tempore ſtatim adire poterit: ut etiamſi ita ſcriptum ſit, Si Titius intrà Calendas Martias capitolium non aſcenderit, tunc Sejus mihi hæres eſto: neque articulus *Tunc* poſt Seii mortem aditionem remorari poſſit, quod & *Accurſius* ſtudioſè animadvertit.

25 (margin, beside "mus, dubitari poſſe…")

C. de cad. toll. §. 1. *glo. in l. 1. §. fi. de ju. igno. na. 43.* *71. l. ſi quis hæres, de acq. hæ.* *Inſt. de bono poſſ. §. pe.* *34. l. hæreditas ex die, de hær. inſt.* *glo. in d. l. ſi quis hær.*

26 Videamus circà hæredis neceſſitatem, quæ exiſtentis conditionis ſit poteſtas. Principiò nemo neſcit in purè inſtituto, ut ſciatur, an neceſſarius ſit, *d. ff. §. ſui.*

Inſt. de hæ. inſti. §. ſervus & de hæ. qua. &

ſit, & teſtamenti tempus, & mortis teſtatoris conſiderari debere: utroque enim tempore ſcriptum hæredem in poteſtate teſtantis fuiſſe oportet, ut ei hæres eſſe invitus cogatur. Si alienum ſervum, inquit *Florentinus*, liberum & hæredem eſſe juſſerim, ſi is poſteà meus factus fuerit, neutrum valebit: quia alieno ſervo libertas inutiliter data fuit. Quod tamen ita accipiendum eſt, ut intelligamus ſufficere pro teſtamenti tempore, quòd ſervus ex parte teſtatoris fuerit, ut *Vlpianus* notavit. Itaque ſi communem ſervum, quem cum libertate dominus hæredem ſcripſerat, redemerit, neceſſarius efficietur. Atque in iſtis ſciendum eſt de teſtatoris, hoc eſt, ejus ipſius qui teſtamentum ſcribit morte, hîc tractari, etiamſi alteri, veluti impuberi, teſtamentum ſcribat, ut *Vlpianus* ait. Proindè ſi quis impuberi fratrem ſuum ſubſtituerit (quem enim ſibi, eundem & impuberi neceſſarium hæredem facere poteſt) adhuc teſtatoris mortem conſiderari oportebit. Ideoque licèt ſubſtitutus poſt patris mortem ſe arrogandum dederit, impuberi tamen defuncto, neceſſarius hæres erit. Hinc eleganter *Neratius*, Si pater filio impuberi ſervum cum libertate ſubſtituerit, quàmvis eum pupillus poſt mortem patris vendiderit, neceſſarium tamen hæredem fore ſcripſit: adeò ut ex emptoris teſtamento, neque liber, neque hæres fieri poſſit, quàmdiu pupillo ex ſubſtitutione hæres eſſe poteſt. Nimirùm cùm ſubſtitutiones pupillares ex his verbis; Si filius meus intrà pubertatem deceſſerit, nullam conditionem habere dicantur. Qui liberis, inquit *Vlpianus*, impuberibus ſubſtituit, aut purè, aut ſub conditione ſolet ſubſtituere,

49. l. ſi alienum de hære. inſt.

6. l. ſed & ſi §. ſi ſervum eo. t.

l. 3. §. fi. de hæ. inſt.

54. l. pater filio, de hæ. inſt.

8. l. qui liberis de vulg. & pup.

re. Purè ſic, ſi filius meus intrà pubertatem deceſſerit, Sejus ei hæres eſto. Sub conditione ſic, Sejus ſi mihi hæres erit, filio meo, ſi intrà pubertatem deceſſerit, hæres eſto: quo caſu, niſi ex inſtitutione hæres ſit, ex ſubſtitutione hæres eſſe non poterit. In eandem ſententiam *Cajus* ſub conditione hærede inſtituto, ſi ſubſtituamus, niſi repetamus conditionem, purè hæredem ſubſtitutum videri, notavit. Atque in hiſce puris inſtitutionibus, in quibus & teſtamenti, & mortis tempora ſpectari diximus, hoc quoque animadvertimus, medium inter hæc tempus conſiderari non ſolere. Si ſervum ſuum, inquit *Vlpianus*, cum libertate ſcriptum hæredem teſtator alienaverit, ac rurſus redemerit, inſtitutio valebit, & neceſſarius erit hæres. Atque hæc in inſtitutione pura. Porrò ſi inſtitutioni conditio adjecta ſit, ut ſcriptus hæres neceſſarius ſit, ſuprà teſtamenti & mortis tempora requiritur etiam, quòd in alterius poteſtate non ſit, conditione exiſtente. Ex quo *Modeſtinus*, filium ſub conditione hæredem inſtitutum, ſi eâ pendente arrogandum ſe dederit, neceſſarium non fore notavit. Et *Tryphonius*, ſi ſervus à domino ſub conditione ſcriptus hæres, eâ pendente, aliundè libertatem nactus fuerit; veluti quòd mortem domini detexerit, neceſſarium hæredem fore negavit, quàmvis ab hæreditate volentem non putarit excludendum. Malè itaque *Iaſon* ſervum neceſſarium hæredem fore dixit, ſi mortis teſtatoris tempore in poteſtate ejus fuerit, quàmvis exiſtente conditione, alienus ſit, aut ſui fortaſſis juris. Neque quicquam facit dictum *Neratii*, cujus ſuprà memini: quia ibi (uti admonuimus) ſubſtitutio pura

73. l. ſub conditione, de hæ. inſt.

9. l. quoties §. ſervus eo. tit.

20. l. ſub conditione, de lib. & poſth.

90. l. teſtamento, de hær. inſt.

In d. l. ſub conditione,

d. l. quoties §. ſi ſervus inter glo.

pura fuit. Secundùm hæc ſi ſervo libertas in diem, hæreditas autem ſub conditione data eſſe ponatur, ſi conditio poſt diem extiterit, liberum fore, & hæredem voluntarium putamus. Intelligere hîc tamen oportet communem ſervum à duobus ſociis

8. l. duo ſocii de hær. inſt.

ſub eâdem conditione liberum hæredemque ſcriptum, eâ poſt mortem utriuſque exiſtente, utrique hæredem neceſſarium fore, ut *Julianus* notavit; haud ſecùs atque ſi purè fuiſſet inſtitutus, & unâ ruinâ uterque oppreſſus fuerit.

49. l. ſi alienum §. 1. de hære. inſt. & Inſt. de hæ. qual. & diff. §. in extraneis.

Præterea videamus de hæredis capacitate, & 27
quæ circà hanc, conditionis exiſtentis vis ſit. Sanè hærede purè ſcripto, factionem teſtamenti cum eo ut rectè adeat, tribus omninò temporibus fuiſſe oportuit; cùm teſtamentum ſcribitur; cùm moritur teſtator; cùm ipſe hæreditatem adit: media autem tempora non curantur, ut *Florentinus* &

6. l. ſed & ſi §. ſolemus, de hæ. inſt.

Vlpianus notarunt. Solemus, inquit, dicere media tempora non nocere; ut puta, ſi civis Romanus ſcriptus hæres, vivo teſtatore, factus ſit peregrinus, aut, ut *Celſus* ait, aqua & igni ei interdictum

59. l. liber homo §. ſi hær. eo. tit.

50. l. ſervum meum, eo. ti.

ſit, ac mox ad civitatem Romanam pervenerit: vel ſi ponamus ſervum meum me cum libertate hæredem ſcripſiſſe, deindè vendidiſſe ei, cum quo teſtamenti factio non ſit, poſteaque à me redemptum eſſe. In ſervorum autem inſtitutione teſta-

31. l. non minus, eo. t. & d. l. ſervum meum.

menti factio ex perſona dominorum metienda eſt: & circà pupillares tabulas ipſius pupilli, non patris mortem ſpectandam putant; aliter, atque ſuprà in neceſſitate diximus. Nam *Paulus*, ſi is qui hæres

21. l. ſi is qui hæres, de vulg. & pup.

inſtitutus eſt, filio ſubſtitutus ſit, in ſubſtitutione nihil ei obfuturum ſcripſit, ſi tunc capere poſſit, cùm filius deceſſerit; contraque poſſe pœnas

in

in teſtamento pupilli pati: licèt in patris paſſus non ſit. Sed hæc in puris inſtitutionibus: in conditionali autem quidam, neque teſtamenti tempus, neque mortis curari putant, ſed ſolius conditionis exiſtentis. Nam *Modeſtinus* in tempus capiendæ hæreditatis inſtitui hæredem poſſe tradidit, hoc modo; Lucius Titius cum capere poterit, hæres eſto. Neque obſtabit *Catonis* regula: quia hanc ad conditionales inſtitutiones non pertinere, & *Vlpianus* & *Papinianus* ſcripsêre. Alii contrà, in conditionali quoque inſtitutione, & teſtamenti tempus, & conditionis exiſtentis, & cùm aditur hæreditas, ſpectandum eſſe arbitrantur; ſicque accipiendum putant, quod *Florentinus* & *Juſtinianus* ſcribunt, tria tempora obſervari in extraneis hæredibus: teſtamenti facti, mortis teſtatoris, & cum hæreditatem adit; ſive purè, ſive ſub conditione hæres inſtitutus ſit: Medium autem tempus, inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem exiſtentem non curari. Pro mortis enim die, quæ in puris inſtitutionibus poſita fuit, in conditionalibus exiſtentis conditionis dies poſita videtur: quanquàm hæc verba, *medium tempus inter exiſtentem conditionem*, nonnulli ſic interpretentur, hoc eſt, dum conditio pendet, non curari, ut medium, hoc omne vocetur, quod conditionem præcedit. Et licèt Catoniana regula ad conditionales inſtitutiones non pertineat, aliâ tamen juris conſtitutione capacitas hiſce temporibus requiſita fuiſſe videtur: Et quod *Modeſtinus* in capiendæ hæreditatis tempus, hæredem inſtitui poſſe dixit, ex benignitate, ut ipſe addit, admiſſum eſt; non autem ſecundùm juris regu-

Soci. in l. 2. de vulg. & pup. 62. l. in tempus de hæ. inſt.

l. pe. de re.

Cato.

l. 3. eo. tit. Polit. de pup. ſubſti. q. 7.

d. l. ſi alienum §. 1. & inſt. de hære. qual. & diff. §. in extraneis.

Soci. in d. l. 2.

d. l. in tempus. 54. l. non oportet. de le. 2.

regulas. Eodem commento utuntur in illo *Neratii*, dum ſcribit, non oportere priùs de conditione cujuſquam quæri, quàm ad eum hæreditas pertineat. Et nuper quidam hoc voluiſſe *Neratium* contendit, quàmvis teſtator vivit, non quærendum eſſe de ſtatu vel conditione hæredis, verùm illo mortuo, ad ipſius quoque teſtamenti tempus, hanc quæſtionem eſſe revocandam. Cæterùm de mediis temporibus, dum conditio pendet, nullam prorsùs curam eſſe, apud omnes in confeſſo eſt. Nihil enim nocere *Celſus* ſcripſit, ut ſuprà dixi, ſi inſtitutus ſub conditione hæres, teſtamenti tempore civis Romanus fuit, quòd aqua & igni ei interdicatur, ſi quo tempore conditio extiterit, redierit. Et *Vlpianus*, ſi ſervus alienus ſub conditione hæres ſcriptus, eâ pendente, ſervo hæreditario traditus fuerit, licèt in eum caſum inciderit inſtitutio, à quo incipere non potuit (proprius enim ſervus ſine libertate non rectè inſtituebatur) ſi tamen rursùs antè exiſtentem conditionem, ab extraneo uſucaptus fuerit, valere inſtitutionem notavit. Pro acquirendâ quoque hæ- 28 reditate tam in ſervo quàm filiofamil. ſub conditione hærede ſcripto diem conditionis exiſtentis conſiderari certum eſt: ut ſi tunc ſui juris ſint, ſibi hæreditatem adire poſſint, vel alteri acquirere, ſi priorem poteſtatem mutarint. Nam & ſi purè ſervus alienus inſtitutus fuerit, & vivo teſtatore alienatus ſit, vel eo mortuo priuſquàm adeat, novo domino hæreditatem acquiret; aût ſi manumiſſus fuerit, ſibiipſi: neque diverſum eſt, conditione adjectâ, ſi interim mutata ſit cauſa: pro acquirendâ enim hæreditate tempus aditionis ſpe-

F. Balduinus.
Ad regulã Catoni.
d. §. in extraneis.
59. l. liber homo. §. ſi hæres de lib. inſt.
6. l. ſed & ſi. §. ſervus eo. t.
Inſt. de hær. inſt. §. alienus.

ſpectamus. Secundùm hæc *Paulus*: Si ſervus meus ex parte hæres inſtitutus purè, ex parte ſub conditione, dato cohærede, juſſu meo adierit, deindè eo manumiſſo conditio alterius portionis extiterit; verius eſſe ſcribit, non me, ſed ipſum portionem illam comitari: ut enim portio portioni accreſcat, omnia paria manſiſſe oportet. Sed & ſi ſervum proprium cum libertate ſub conditione ſcriptum hæredem teſtator alienaverit, novi domini juſſu adeundo ei acquiret, aut ſibiipſi, ſi interim liber factus fuerit. In filiofamil. idem dicere poſſumus, cùm ut generaliter dixi, hoc tem-

29 pus pro acquirendâ hæreditate ſpectemus. Cæterùm hoc loco haud incommodè quæri poteſt: An ſi quis ex diverſis partibus hæres inſtitutus ſit, ex alterâ purè, ex alterâ ſub conditione, poſtquàm ex purâ parte adiit hęreditatem, exiſtente conditione iterùm adire cogatur, pro parte conditionali: an potiùs una aditio ſufficiat? Et hoc magis eſſe, & *Paulus* & *Celſus* admonuerunt. Nam & invito poſterior pars accreſcit: is enim qui ex pluribus partibus inſtitutus eſt unam accipere, & aliam repudiare non poteſt; ut eum qui ex parte purè, ex parte ſub cōditione inſtitutus, ſi ex purâ adierit, etiam pendente conditione hæredem inſolidum videri, in pendente conditione dixerimus. Si autem plures inſtitutiones eâdem ex parte ſub diverſis conditionibus factæ ſint, quæ prior extiterit cæteras extinguet, ut *Pomponius* ait, & ut *Florentinus*, omnes occupabit. Quin *Vlpianus* hæredem qui ex cauſa inſtitutionis adiiſſet portionem, quæ poſteà ex pupillaris ſubſtitutionis cauſâ delata ſit, non debere iterùm adire putavit: quod tamen ita acci-

l. non eſt dubium C. de in delib.
79. l. ſi ſolus §. 1. de acq. hær.
7. l. ſi ſervus, de hæ. inſt.
Inſt. eo. t. §. ſervus
d. l. non eſt dubium.
79. l. ſi ſolus §. 1. de acq. hær.
59. l. liber homo §. Titius de hæ. inſt.
20. l. quidam elogio C. de in delib.
27. l. ſi te. §. 1. de hæ. inſt.
17. l. ſi plures, de con. inſt.
80. l. toties, de acq. hær. junc. glo.

pere

pere oportet, ſi tunc in rerum naturâ ſit, ſibique acquirere poſſit. Nam ſi mortuus ſit, ad hæredem ſuum ſubſtitutionem tranſtuliſſe non videbitur, ſed ad legitimum pupilli hæredem hæreditas ejus

75. *l. ſi tu ex parte. eo. tit.* deferetur. Ex diverſo quoque *Labeo*, ſi ego ex parte ſextâ ſub conditione inſtitutus fuero, & Titius ex reliquâ purè, egoque Titio ſubſtitutus ſim, & cùm omiſiſſet partem ſuam Titius, ex ſubſtitutione adierim; exiſtente poſteà conditione, ad ſextantis mei conſervationem novâ aditione mihi opus non eſſe reſpondit. Adeoque nihil referre credidit, an ex ſubſtitutione priùs adiero, an ex prima inſtitutione, cùm ad utramque cau-

d. l. ſi ſolus §. 1. ſam una aditio ſufficiat. Sed hæc, ut *Paulus* admonuit, in ejuſdem perſona locum habent: Nam ſi ſervus meus ex parte hæres inſtitutus ſit purè, ex parte ſub conditione, cohærede aliquo dato, quàmvis ex parte purâ juſſu meo adierit, poſteà tamen exiſtente conditione iterùm adeundum erit, ſive ſui juris ſervus factus fuerit, ſive adhuc in mea poteſtate permanſerit. Quòd in ſubſtituto ſuperiùs dictum eſt, in cohærede quoque obſervabitur:

59. *l. liber homo. §. pe. de hær. inſt.* Titius ex triente hæres eſto, Sejus ex triente; Titius ſi navis ex Aſia venerit, ex alio triente. Titius ex triente pro hærede geſſit, itaque ſtatim ex ſemiſſe hæres factus eſt, ſextans autem in pendenti manſit; deindè navis venit ex Aſia: Quid? *Celſus* ex beſſe ſine nova aditione Titium hæredem fore ſcribit, cùm ei ſextans accreſcat. Planè ſi deceſſerit Titius antè conditionem exiſtenſem, utrumque ex ſemiſſe hæredem fuiſſe videri; ſextanſque ille, qui in pendenti fuit, Sejo accreſcet, non autem Titii hæredi: Titius enim anteà mortuus, ſpem

30 ſpem conditionis non tranſmiſit. Sed & hoc videndum eſt, an ſcriptus hæres ſub conditione, quæ ex facto ejus dependeat, implendo conditionem, pro hærede geſſiſſe ſe videatur, hoc eſt, an implementum conditionis aditionem hæreditatis inducat? Et arbitror generaliter non inducere. Nam *Julianus* eum qui hæres ſcriptus eſt, ſi Sejo decem numeraverit, hæredem tamen non futurum ſcripſit, niſi id egerit, per quod hæreditas acquiri ſolet. *13. l. ei qui de cond. inſt.* *Vlpianus* ampliùs, ſi parendi conditioni causâ tibi decem dedero, mox repudiavero hæreditatem, condicere me poſſe putavit decem, quæ conditionis implendæ gratiâ tibi dedi. *l. 1. §. 1. de cond. cauſa da.* Rursùs cùm ita quis inſtitutus fuiſſet: ſi juraverit, hæres eſto; quamvis juraſſet, hæredem tamen non fore, niſi pro hærede aliquid geſſiſſet, *Antiſtium Labeonem* putaſſe *Jabolenus* retulit. *62. l. Antiſtius de acq. her.* Jurando enim ſolam voluntatem declaraſſe videtur, non autem pro hærede ſe gerere: quòd is demùm ſe pro hærede gerere videatur, qui rebus hæreditariis tanquàm hæres utitur. *Inſt. de ha. qual. & diffe. §. pro harede.* Ipſe tamen *Iabolenus*, ſi ut hæres juraſſet, jurando ſatis ſe pro hærede gerere arbitrabatur: quam ſententiam *Proculus* quoque probavit. Planè ſi conditio in nudâ voluntatis expreſſione conſtiterit, adiiſſe videri eum, qui conditionem implevit, alibi *Bartolus* notavit: *In. d. l. 1. de cond. cauſa da. t. quæ cond. faci. nu. 27.* veluti ſi quis ita ſcriptus ſit hæres; Si volet, hæres eſto: quæ verba in ſuo hærede conditionem facere ſuperiùs dictum eſt; dicendo enim ſe velle hæredem eſſe, & conditionem implebit, & abſtinendi poteſtate ſe privabit, ut à *Marcello* notatum eſt. *86. l. jam dubitari, de ha. inſt.* Ampliùs & ſi cæteris conditionibus, quæ in ipſorum poteſtate ſunt, ſui pareant, abſtinendi jure ſe privaſſe credidit. *d. l. jam dubitari glo. & Bar. ibi.*

didit. Quod tamen ſic rurſùs quidam accipiendum putant, ſi ut hæredes eſſent, paruerint. Atque per 31 hæc ſatis explicatum credo, quæ in inſtitutionibus exiſtentis conditionis vis ſit: hoc unum addendum duxi, quod initio poſitum eſt, exiſtentes conditiones retrò ad mortem trahi teſtatoris, tunc demùm verum eſſe, ſi ſuperſit hæres; nam ſi pendente conditione deceſſerit, cùm deficiat perſona, ad quam conditio referri poſſit, conſequens ſit, hanc retrò trahi non poſſe: nam & caducas hujuſmodi caſibus fieri inſtitutiones, cuique pernotum eſt. Hinc eleganter *Tryphonius*; ſi filius à patre, in cujus poteſtate eſt, ſub conditione caſuali inſtitutus hæres ſit, & in defectum conditionis exhæredatus deceſſerit, pendente etiam tunc tam inſtitutionis, quàm exhæredationis conditione; non jure patrem teſtatum videri notavit, filiumque heredem ab inteſtato mortuum eſſe; quia dum vixit, neque ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit. Itaque quod dicitur, filium in poteſtate poſſe ſub conditione caſuali hæredem inſtitui, dummodò in ejus defectum exhæredetur, & valere teſtamentum; ita demùm verum eſt, ſi conditio impleatur vel deficiat, filio vivo.

C. de cad. toll. §. ſicut.

28. l. filius à patre, de lib. & poſth.

De legatis conſequens eſt videre. Et princi- 32 piò certiſſimi juris eſt, conditionalis legati diem non à teſtatoris morte, ut in puris legatis, ac ijs quibus dies certus adſcriptus eſt, ſed ab exiſtente conditione cedere. Si ſub conditione, inquit *Vlpianus*, legatum ſit relictum, non priùs legati dies cedit, quàm conditio fuerit impleta, ne quidem ſi ea fuerit conditio, quæ in poteſtate ſit legatarii; ſi modo non à jure remittatur, vel pro impletâ ſit: de

C. de cad. toll. §. ſin autem.

5. l. ſi poſt diem, quan di le. ce.

de quibus ſuo dicetur loco. Secundùm hæc divi *Severus* & *Antoninus*, cùm Pontionillæ ita legatum fuiſſet; ſi ad vigeſimum perveniſſet annum, impletâ eâ ætate, legati diem ceſſiſſe reſcripſerunt. *l. 3. C. quan. dies le. ce.*

33 Atque adeò in ipſo puncto conditionis exiſtentis hic dies cedere dicitur. Ex quo apud *Servium* relatum eſſe, *Papinianus* ſcribit, cùm ſic cuidam legatum fuiſſet, ſi in capitolium non aſcendiſſet: moriente eo, legati diem ceſſiſſe videri. Et *Cajus*, ſi ſervo poſt mortem domini legatum ſit, quàmvis is domini teſtamento liber eſſe juſſus ſit, tamen hæredi domini deberi, acquirique legatum notavit: antè enim, inquit, evênit conditio, ceſſitque legati dies, quàm aliquis hæres domino exiſteret. Planè ſi neceſſarius hæres fuerit, quia in unum concurrunt, ut hæres exiſtat, & dies legati cedat, ad ſervum potiùs erit legatum pertinere, quàm ad domini hæredem. Hinc à quibuſdam notatum eſt, ſervis duobus libertate datâ; uni, ſi ſervo in ponte obviàm factus eſſet, alteri, ſi libero: illum dumtaxàt liberum fore, cui hæc conditio adſcripta fuerat, ſi ſervo factus eſſet obviàm: alterius etenim conditio punctualiter defecit; nàm in puncto congreſsûs is, cui obviàm fieret, ſervus erat. Et ſi rem à ſe legatam teſtator alteri legaſſet, ſi alienata eſſet, ſtatim atque alienata ſit, ad ſecundum legatarium tranſijſſe dicitur. Itaque cùm primùm conditio extiterit, legati dies ceſſiſſe dicetur, ut per ea quę poſteà ſequuntur, irritum fieri non poſſe putetur. Undè *Vlpianus*, ſi cui ſic legatum ſit, niſi hęres meus noluerit, illi decem dari volo; primam voluntatem ſpectandam eſſe

l. ſi. de con. inſtit.

71. l. ſi poſt mortem, de le. 1.

Bart. & Jaſ. in l. ſi poſt mortem de le. 1. Jaſ. eo. lo.

11. l. fideicommiſſa. §. ſic, de le. 3.

l. fi. C. de cond. incer. credidit, neque in arbitrio hęredis eſſe poſt primam voluntatem, dicendi ſe nolle: quemadmodùm ſi ſemel recuſaverit is, cui conditionis nomine quis dare juſſus eſt, non poſſe eum pœnitere dicimus. Statim itaque legati dominium ad legatarium tranſire dicitur poſt conditionem impletam, *103. l. ſi mihi de le. 1.* quemadmodùm ſi legatum purum ſit, à teſtatoris morte. Si mihi, inquit *Vlpianus*, à Titio hęrede ſub conditione res aliqua legata fuerit, exiſtente conditione, ea ad me pertinebit: nec ſi eandem *4. l. fundo ad le. fal.* rem mihi Titius ſub eadem conditione legaverit, ab eo quicquam videbor accepiſſe. Et *Papinianus*, cùm fundus Titio ſub conditione legatus fuiſſet, ac eâ pendente, hęres Titium ſcripſiſſet hęredem, poſteaque extitiſſet conditio, non hęreditario, ſed legati jure, fundum ad Titium pertinere reſpondit: ideoque in Falcidię rationem Titio imputandum non eſſe. Neque obſtiterit rem interim ab hęrede alienatam eſſe: alienatio enim quam *72. l. ſervo §. 1. de le. 1.* hæres facit, dominium ad legatarium tranſire, ubi extiterit conditio, non impedit. Quin ſi ipſe legatarius rem interim imprudens ab hęrede emerit, exiſtente poſteà conditione, actione ex emp- *30. l. ſi cui res de ac. emp.* to pretium poterit repetere, ut ab *Vlpiano* traditum eſt. Planè ſi teſtator rem non ſuam, ſed alienam legaverit, hęredis fortè, vel alterius, neque ſi purum legatum ſit, dominium rectâ viâ ad legatarium tranſiiſſe dicetur.

no. in l. ſi ſervus hæredis & in l. ſi quis inquilinus. §. 1. de le. 1. Cæterùm hæc quæ diximus, in libertate maximè procedunt, ut videlicèt ſtatim competat libertas, atque conditio, ſub quâ data eſt, evênit, ut ipſo etiam jure competere eam dicamus. Hinc *Tryphonius*, cùm Sempronia, ſi hęredi decem mil- 34

lia

lia dediſſet, libertate fuiſſet donata, ac eo mo- *15. l. Arethuſa de ſta. ho.*
mento quo pariebat, per alium conditionem im-
pleviſſet, liberam peperiſſe reſpondit. Rursùs, ſi
hoc modo data libertas ſit; Si tres pepererit, li-
bera eſto: primoq́ue partu unum, ſecundo tres
pepererit, non debere dubitari, quin ultimus li-
ber naſcatur; eo etenim, ut diximus, momento
quo conditio impletur, libertatem tribuit: uno
autem impetu, duos infantes de utero matris pro-
dire, natura non patitur. Idemq́ue fore *Vlpianus* *16. l. idem erit eo. tit.*
notavit, ſi primò duos pariat, poſteaque geminos
ediderit: poſterior enim liber naſcetur. *Vlpianus* *6. l. ſi fructuarius, de ma. teſt.*
quoque, ſi ſervi dominus uſumfructuarium hæ-
redem ſcripſerit, ſervoq́ue libertatem ſub con-
ditione dederit, confuſo uſufructu, ubi extiterit
conditio, ſervum ad libertatem pervenire nota-
vit. Ampliùs, ſi ſtatulibera, pœnæ ſerva facta ſit,
poſteaque conditio extiterit, partus perindè liber *6. l. ſtatulibera, de ſtatulib.*
naſcetur, atque ſi mater damnata non fuiſſet, li-
cèt ipſi matri exiſtens conditio nihil proficiat.
Quin etſi poſt exiſtentem conditionem apud ho-
ſtes editus ſit, poſtliminiò liber fieri poterit. Sed *26. l. cum verò de fideic. liber.*
& ſi hæres ſervum manumittere rogatus, cùm mo-
rietur, eo non manumiſſo, deceſſerit, perindè
eſſe, ac ſi ad libertatem ab hærede perductus fu-
iſſet, *Vlpianus* reſpondit. Et rurſùs, cùm ita ſcri-
ptum fuiſſet; hæres Stichum manumittat; ſi non *19. l. quidam hæredem, de ma. teſt.*
manumiſerit, liber eſto: ab hærede non manu-
miſſum, ex teſtamento libertatem conſequi, idem
notavit. In legatario, ſi is legatum ſibi ſervum
manumittere rogatus ſit, idem obſervamus. De-
mus legatum eſſe Stichum Sempronio, hoc addi-
to; ſi Sempronius Stichum intrà annum non ma-

15. *l. Stichum eo. t.* 9. *l. ſi quis ita eo. tit.*

numiſerit, idem Stichus liber eſto: annè *Vlpianus* liberum hunc fore putaverit, ſi intrà tempus dictum à Sempronio manumiſſus non ſit? Ampliùs, ſi ſervus ita legatus ſit, ut manumittatur, & ſi manumiſſus non fuerit, liber eſſe juſſus ſit, ac ſimul legatum ei datum; eo non manumiſſo, & libertatem competere, & legatum deberi, ſæpè reſcriptum fuiſſe *Vlpianus* refert. Secundùm hæc etiam, ſi quid cum ſtatulibero contractum ſit, poſt conditionem libertatis exiſtentem non dari adversùs eum actionem, jure comprobatum eſt.

l. 1. C. an ſer. ex fac. ſuo.

Inſt. de le. §. noſtra.

l. 3. §. ſin autem C. eo. de leg.

Quando igitur legatæ rei dominium ſtatim ad legatarium tranſit, conſequens fit legatarium eam à quocumque poſſeſſore vendicare poſſe: tres enim actiones legatariis competere percertum eſt. Ita ut nullâ uſucapione aut longi temporis præſcriptione excludi poſſit; nimirùm cùm antè exiſtentem conditionem agere non potuerit. Poſt impletam verò conditionem quin uſucapio & præſcriptio inchoari poſſit, dubium non eſt. 35

11. *l. ſi fideicommiſſorum; ut in poſſ.*

Quin ſi quid mihi ſub conditione legatum ſit, & tu medio tempore in poſſeſſionem ejus miſſus ſis, legatorum fortaſſis ſervandorum causâ, poſteaque mea conditio impleta fuerit, non denegari mihi integram perſecutionem, ab *Hermogene* notatum fuit. 36

de pend. cond. nu. 75.

l. fi. §. ſin autem C. eo. de. le.

72. l. ſervo legato §. 1. de le. 1.

Alienationes item omnes, ſi quæ ab hærede interim factæ ſint (alienare autem hæredem poſſe rem quæ ſub conditione legata, vel per fideicommiſſum relicta eſt, in pendente conditione demonſtravimus) ipſo facto, exiſtente conditione, revocari jure conſtitutum eſt. Si ſervum, inquit *Cajus*, ſub conditione legatum hæres alienaverit, poterit nihilo minùs poſt conditionem exiſten-

tem

tem à legatario vendicari, nec extinguetur legatum. Et *Pomponius*, licèt fundum à teſtatore ſub conditione legatum, hæres alii eâ pendente legaverit, exiſtente tamen poſteà conditione, prioris fiet legatarii, & ſi quam ſervitutem fundo impoſuerit, finietur. Et *Julianus*, ſi eundem fundum hæres ſub alia conditione, quàm ipſe teſtator, alii legaſſet, & poſt exiſtentem conditionem quæ priore teſtamento comprehenſa fuerat, ea quoque conditio extiterit, ſub quâ hæres legaverat, à priore tamen legatario avocandam rem non eſſe putavit. Vndè idem *Julianus* ſecundum legatarium, cui purè ab hærede legatus idem fundus fuerat, quàmvis eum per traditionem accepiſſet, ex teſtamento tamen rectè acturum eſſe credidit: quia is, inquit, ſtatus ejus eſt, ut exiſtente conditione, ab eo dominium diſceſſurum ſit. Licèt enim regulariter extinguatur obligatio, ſi res mihi debita, ex cauſâ lucrativâ mea fiat: non obtinere id tamen juri conſentaneum eſt, ſi alii ſub conditione res eadem legata ſit, ut à me abire poſſit, conditione illâ exiſtente. Sed etſi hæres marmora vel columnas à teſtatore legatas, ædibus ſuis junxerit, non extingui tamen legatum, certum eſt, quàmvis ſi id à teſtatore factum fuiſſet, diverſa ſit admiſſa ſententia. Pignori quoque ſi res ſub conditione legata, interim ab hærede data fuerit, exiſtente conditione, extingui pignus nemo dubitabit. Statuliber, inquit *Martianus*, pignori dari poteſt, ſed exiſtente conditione evaneſcet. In uſufructu idem ab *Vlpiano* traditum eſt: Si, inquit, mihi ſub conditione uſusfructus legatus ſit, medio tempore non meus, ſed hæredis erit; poteritque

104. l. ſi fundum de cond. & de.

83. l. ſi fundum, de le. 1.

84. l. non quocunque de leg. 1.

43. l. contra §. fi. eo. tit.

12. l. grege. §. 1. de pig.

16. l. ſi ſub conditione quib. mo. uſuſf. amit

eum hæres alteri legare. Enimverò exiſtente legati mei conditione, meus erit, finieturque is uſusfructus, qui ab hærede relictus fuit; nec (quod notatu perdignum eſt) redintegrabitur, licèt ego poſteà uti frui deſiero. Sed etſi mihi purè, tibi ſub conditione uſusfructus legatus ſit, quamvis mihi interim totus traditus fuerit, jus tamen tibi integrum fore, conditione tuâ exiſtente, traditum eſt.

7. l. idem eſt. §. 1. de uſuf. accr.

Quæ in legato diximus, in fideicommiſſo quoque 37 ſive univerſali, ſive particulari obtinere, apertâ lege, à divo *Iuſtiniano* conſtitutum eſt. Sic enim, inquit, intelligenda eſt ab hærede vel gravato reſtitutione, facta alienatio, quaſi nec ſcripta, nec penitùs fuiſſet celebrata; ut nec uſucapio, nec longi temporis præſcriptio, de quibus ſuprà diximus, legatario, vel fideicommiſſario obeſſe poſſint. Idem juris eſt in ſervis, quibus teſtamento data eſt libertas, quando nec iſtis (ut divi *Diocletianus* & *Maximianus* reſcripſerunt) alienatio, aut uſucapio obſtiterit, quò minùs, conditione exiſtente, libertatem conſequantur. Horum enim jura, ut *Papinianus* notat, nec duriora, nec deteriora ab hærede fieri poſſunt: ſive enim tradantur, ſalvâ libertatis ſpe id factum videbitur; ſive uſucapiantur, cum ſua cauſa id fiet; ſive manumittantur, ſpem Orcini liberti non amittent, ut *Vlpianus* notavit. Sed & ſi hæres extraneus ſervum, cui ſub conditione teſtator libertatem reliquerat, eâ pendente, manumiſerit, non ut anteà, inquit *Iuſtinianus*, Latinus fiet, ſed civis Romanus erit. Et licèt emptor ſtatuliberi eum manumiſerit, conditione pendente, eâ tamen exiſtente, libertus hæredis qui eum manumittere rogatus fuit, ſi velit, erit,

l. ſ. §. ſin autem C. co. de leg.

13. l. ſtatuliberis c. de teſt. manu.

l. 2. eo. ti.

C. de lati. liber. toll. §. ſed & ſi. 24. l. generaliter §. quoties, de fide. lib.

Am-

Ampliùs, etſi ſtatuliber ſe venundari paſſus ſit, ſuperveniente tamen conditione, ad libertatem proclamare poterit, ut *Paulus* admonuit, etiamſi in ipſius poteſtate fuerit conditio. Non eſt ab iſtis alienum, quod alibi legitur, ſervum, quem hæres ex conditione rogatus fuerat manumittere, ſi ipſe hæres purè eum cum libertate inſtituerit, interim quidem, dum conditio pendebit, neceſſarium futurum, ſed exiſtente poſteà conditione, voluntarium fieri. Conſtat itaque per medias alienationes, eaque quæ harum loco eſſe poſſunt, legatarii, aut ſtatuliberi jus non fieri deterius.

l. pe. §. 1. qui. ad lib. procl. non li.
l. 3. §. fi. de hæ. inſt.
70. l. ſi ſervum. § 1. de acq. hæ.

38 Porrò in re legatâ, ſi talis inciderit alienandi ſpecies, ut quæ non facilè revocari poſſit, in pendente conditione admonuimus, alienationem ab initio prorſùs nullam fore: veluti, ſi ſervus legatus, manumiſſus fuerit, aut locus factus religioſus. Quando enim libertatem ſemel datam revocari jura non facilè patiuntur, quantùmvis ſervus ſub conditione legatus, interim pleno jure hæredis ſit, nullam tamen libertatem ab eo conſequi poteſt, ne legatario injuria fiat, ut *Cajus* ſcribit. Nec item hæredi, quàmvis legati fundi dominus ſit, licebit locum ibi religioſum facere: ut aliquando latiùs à nobis dictum eſt. Sed nonnunquàm animadvertimus propter probabilem hæredis ignorantiam, ab eo factam rei legatæ alienationem non retractari, quod & eodem loco explicatum eſt.

nu. 80.
29. l. generaliter §. 1. qui & à quib. ma.
In pend. cond. nu. 80.
In pend. cond. nu. 81.

39 Alius quoque caſus eſt, in quo tenet alienatio fideicommiſſo non obſtante, ſaltem uſque ad quartam, quam naturæ, ſive legitimam appellamus. Quando enim omne gravamen de eâ portione rejicitur, conſequens eſt hæredem hanc irrevocabi-

32. l. quoniam in prioribus de inoff. teſt.

liter alienare potuiſſe. Sed hoc in eo obtinet gravato, cui jure legitima debetur, non autem in extraneo. Ampliùs, ſi hæc legitima pro congrua dote, vel donatione propter nuptias non ſufficiat, poterit de reliqua portione tantum ſumi, quantum ad juſtam dotem vel donationem propter nuptias deſideratur: cujus ea ratio eſſe poteſt, quòd defunctus ad illa quodammodò obligatus erat. Itaque hæc in ſolis liberis gravatis locum habere dicuntur. Undè cùm proponeretur, quidam filiam ſuam hæredem inſtituiſſe, ac rogaſſe, ut ſi ſine liberis deceſſiſſet, hæreditatem Titio reſtitueret, eaque dotem dediſſet marito certæ quantitatis; muliere poſteà ſine liberis defunctâ, reſpondit *Vlpianus* non poſſe dici in everſionem patrimonii factum eſſe, quod mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. Planè ſi ex fructibus hæreditatis doti ſatisfieri poſſit, hoc expenſum fructibus potiùs accepto ferendum eſſe, quàm fideicommiſſo putavit. Sed & ex- 40 traneus inſtitutus hæres, ſi hæreditatem totam ſub conditione rogatus ſit reſtituere, Trebellianicam detrahere poterit, & ſi vivus eam portionem alienaverit, tenebit alienatio. Res, inquit *Vlpianus*, quæ ab hærede alienatæ ſunt, in quartam ei imputantur; ita tamen, ut fructus quos gravatus pendente conditione percepit, in hanc portionem computandos eſſe ſciamus, quandoquidem ex judicio teſtatoris eos percepiſſe intelligitur. An autem filius rogatus reſtituere hæreditatem, forte poſt mortem ſuam, duas quartas detrahere poſſit; legitimam videlicèt, & Trebellianicam, ampliorem habet diſputationem. Sanè ſecundùm pontificium jus res expedita eſt, hoc enim duarum quartarum dedu-

Aut. res qua. C. eo. de leg.

22. l. mulier §. pen. ad Trebell.

l. 3. §. res quæ. eo. tit. l. filiusfamil. ad leg. Fal.

c. Raynutius, &c. Raynaldus de teſt.

6. l. jubemus. C. ad Trebell.

eductionem admittit, jus verò civile non ſatis in â re clarum eſt, ut hîc variæ exortæ ſint ſententiæ. Quidam putant hoc jure unam dumtaxàt quartam filium detrahere poſſe; nam plerìſque locis, quibus filii fideicommiſſo gravàti ponuntur, nius dumtaxàt quartæ mentio fit. Alii juris canonici æquitatem utroque jure obſervandam ajunt. Alii diſtinguendum putant, an filius purè hæreditatem reſtituere juſſus ſit, an ſub conditione; priore caſu, unam dumtaxàt deducere poſſe; poſteriore, duas. Quæ ſententia frequentiori videtur probari calculo, tametſi mihi, quæ hujus cauſa aut fundamentum ſit, non ſatis liqueat; novumque eſſe videtur eum qui tardiùs reſtituit, plus ſibi retinere, quàm eum qui præſenti die hæreditatem reſtituere rogatus eſt, cùm ille medios lucretur fructus. Sanè ſi quis rogatus ſit reſtituere, quod morienti ei de bonis ſupererit, nedùm quartam, ſed ampliorem portionem alienare poterit, dum tamen, ut *Papinianus* notat, non intervertendi fideicommiſſi gratiâ id fecerit; verbis enim fideicommiſſi bonam fidem ineſſe conſtat: proindè ex boni viri arbitrio erogationes, quæ de hæreditate factæ erunt, non ad ſolam fideicommiſſi diminutionem, ſed pro ratâ patrimonii quod proprium hæres habuit, diſtribui oportebit, & ita à Divo *Marco* judicatum fuiſſe commemoratur, & *Vlpianus* peræquum eſſe credidit. Iure ſanè noviſſimo, ſi quis rogatus ſit reſtituere quod de hæreditate ei ſupererit cùm morietur, quartam ad minimum fideicommiſſario reſervandam eſſe, conſtitutum eſt: ut tamen ex cauſa dotis, ſeu propter nuptias donationis, ſeu redemptionis captivorum, vel ſi non habeat

Aut. res quæ. c. co. de le.

41. l. cohæredi §. quod ſi. de vul. & pup.

Jo. And. in d. c. Raynutius. Jaſ. in d. §. quod ſi. gloſ. Bart. & alii in l. Papinianus. §. meminiſſe. de inoff. teſt.

54. l. Titius rogatus, ad Trebell.

l. 3. §. nonnunquam. de uſur.

Aut. contra C. ad Trebell.

habeat hæres, undè ſe alat, hujus quoque quartæ diminutio admiſſa ſit. Cæterùm pro fructibus rei 42
legatæ natis poſt conditionem exiſtentem (nam de aliis in pendente conditione tractatum eſt) idem obſervamus, atque in puris legatis ab hæreditate adit at radi ſolet; ut videlicèt fructus omnes ad legatarium pertineant. Quarè & ſi legatarius à legati petitione impeditus fuerit, propter falſi forte teſtamenti quæſtionem, aliâve de cauſâ, fructus tamen ei præſtandos eſſe, *Scævola* admonuit: ut non ſolùm à litis conteſtatione hîc fructus deberi legatario dicamus, ſed ab ipſa conditione exiſtente, cùm dominium ſtatim ad legatarium transierit. Verùm ſi is caſus proponatur, in quo dominium rectâ viâ ad legatarium non tranſeat, veluti ſi teſtator rem non ſuam, ſed alienam legaverit, vel partem bonorum, vel certam quantitatem, ſecùs eſſe dicetur: hoc videlicèt caſu, fructus numerandos eſſe, non à conditione exiſtente, ſed à die petitionis dumtaxàt. Quod vel tunc *Paulus* verum eſſe credidit, cùm ipſius hæredis res legata eſt. Secundùm hæc in univerſali fideicommiſſo, quamvis conditio evenerit, fructus tamen etiam poſteà natos & antè reſtitutionem perceptos ad hæredem pertinere putamus: ſi quidem ex ipſius fideicommiſſarii negligentia percepti ſint, ut *Vlpianus* rectè animadvertit: nam de re ipſius hæredis percepti videntur, licèt in Falcidiam eos non imputet, propter eà quòd ex judicio teſtatoris percepti non ſunt. At ſi ab hærede in reſtituendo mora facta ſit, ut quòd petenti fideicommiſſario reſtituere recuſarit, hæreditatem cum totâ ſuâ cauſâ reſtituere eum debere, nemo dubitabit. Ea deinceps exiſten-

l. pe. de uſur.

glo. in l. ſi. C. de uſur. & fruc. leg.

latè Iaſ. in l. 1. de le. 1. & in l. non amplius §. cum bonorum & in l. cum res eo. tit. 24. l. Paulus ad le. Fal. 37. l. reſtituta & 63. l. facta ad Trebell. 22. l. mulier. §. ſi hæ. eo. tit.

tis conditionis in legato vis eſt, quòd moriens legatarius, legatum ad hæredem ſuum dicitur tranſmittere. Si ita, inquit *Paulus*, legatum ſit, Titio poſt decem annos dato, ſi ſatis ab hærede non exegerit, quàmvis Titius intrà decem annos deceſſerit, modò tamen ab hærede ſatis non exegerit, ad hæredem ſuum tranſmittet legatum; quia, inquit, moriente eo conditio extitit. Non diſſimile eſt, quod *Papinianus* apud *Servium* eſſe refert: ibi, cùm quidam ita ſcriptus hæres fuiſſet; ſi in capitolium aſcendiſſet: ſi non aſcendiſſet, legatum ei datum eſſet: atque priuſquàm aſcenderet, mortem obiiſſet; *Servius* legatum hæredi ejus deberi reſpondit, ut non referat quòd legatarius vivus legatum non petierit. Rursùs cùm teſtator ita ſcripſiſſet: Titio, ſi in Aſiam non venerit, fundum do, lego; ſi venerit in Aſiam, eundem fundum do Sempronio: *Papinianus*, poſtquàm in Aſiam veniſſet Titius, defuncto Sempronio, hæredi ejus fundum deberi reſpondit, quàmvis eum Sempronius in vita numquàm petiiſſet. Idemque in fideicommiſſo univerſali à divis *Diocletiano* & *Maximiano* comprobatum eſſe comperi: neque diſſimile in mortis cauſâ donatione obſervari à divo *Alexandro* reſcriptum eſt. Ampliùs etſi cum conditione dies legato adſcriptus ſit, decedentem tamen legatarium poſt expletam conditionem, quàmvis pendente die, tranſmittere legatum dicimus; ut in illo *Pauli* ſuperiùs adducto loco videre licet: quàmvis enim intrà decem annos deceſſiſſet Titius, hæredi tamen ejus deberi legatum reſponſum fuit. Quin generaliter *Vlpianus* notavit, legatorum quæ poſt diem relicta ſunt, ſimili

18. l. in fideicommiſſarium.
27. l. ita tamen §. 1.
44. l. poſtulante §. fi. &.
58. l. deducta eo. tit.
102. l. ſi ita legatum, de cond. & de.
l. fi. de con. inſt.
72. l. Titio fundus, de cond. & de.
21. l. ſi in perſonam. C. de fideicom.
l. 1. C. de do. cauſa mor.
d. l. ſi ita legatum.

5. l. ſi poſt diem. quando dies. le. ce. mili modo atque in puris, diem cedere: niſi fortè tale fuerit legatum, quod ad hæredem non tranſit; quale eſt legatum uſusfructûs, morte enim finitur. Itaque ſi uſusfructus poſt annum relictus fuerit; quando, ut dixi, uſusfructus morte finitur, neque antè diem legatum peti poteſt, tametſi ceſſiſſe jure dicatur, per compendium meliùs fuit dicere, nec antè diem uſumfructum ceſſiſſe, quando anterior ceſſio prorsùs ſit inutilis. Sed hujus ſpecialis cauſa eſt; generaliter enim dies cum conditione adſcriptus ceſſionem non impedit. Quo in hanc deducimur quæſtionem, an poſt 44
exiſtentem conditionem, vel cùm eò ventum eſt, ut deficere non poſſit, aut pro impletâ ſit, antè diem quæ conditioni conjuncta fuit, legatum peti poſſit? Dico notanter, *quæ conditioni conjuncta fuit*; nam ſi conjuncta ſit diſpoſitioni, hoc eſt, ipſius legati præſtationi, expedita res eſt, ut ſtatim dicemus. Ad rem igitur, ſi conditioni tempus conjunctum ſit, arbitror referre, in cujus favorem tempus ſit adjectum, hæredis, an legatarii: ſi in hæredis favorem id factum eſſe appareat, ut ei interim quid præſtetur, aut quo tardiùs ſolvat, dies expectari debebit, ut ex hiſce ſpeciebus, quæ ſequuntur patere poteſt. *34. l. ſervus ſi §. 1. de ſtatuli.* Teſtamento ita ſcriptum fuit: Damas ſi in Hiſpaniam profectus anno proximo fructus collegerit, liber eſto; licèt pro impleta ſit conditio, ſi hæres eum Romæ detinuerit, neque proficiſci paſſus ſit: liberum tamen non fore, *Papinianus* notavit, priuſquàm colligendorum fructuum tempus effluxerit. In eandem ſententiam *Vlpianus*. *l. 3. §. pe. eo. tit.* Si ita libertas ſervo data ſit, ſi hæredi meo quinquennio ſervierit, liber eſto;

eſto: quamvis hæres eum ſervire non patiatur, non ſtatim tamen ad libertatem perventurum, reſpondit, ſed tunc cùm quinquennium præterierit: qui enim nunc non patitur, poſteà pati poterit; tametſi hæres eum manumittendo ſtatim liberum facere poſſit. Et *Paulus*, ſub hac conditione libertate datâ, ſi Titio per annum ſerviviſſet, quamvis Titio mortuo antè annum, pro eo ſit, atque ſi impleta fuiſſet conditio, non tamen ſtatim liberum fore, ſed annum expectari debere: abſurdum enim eſſe credidit, matùriùs eum ad libertatem perduci, conditione non impletâ, quàm ſi impleta fuiſſet. Et *Serbidius Scævola*, cùm ab hæredibus Stichum teſtator manumitti voluiſſet: deindè petijſſet à Sejo, ut factus annorum xxv. ſi antè eum non reliquiſſet, militiam ei compararet, quàmvis Sejo antè mortuo, militiam tamen comparandam non eſſe reſpondit, priuſquàm id ceſſiſſet tempus, quo Sejus annum xxv. completurus fuerat. Et ſi ſervus Capuam ire juſſus fuerit, quàmvis prohibente hærede, non ſtatim tamen liberum fore, ſed tunc cùm Capuam pervenire potuiſſet, à *Paulo* eſt traditum. Et cùm ſic libertas data eſſet, Splendoforus, cùm filia mea in familia nùpſerit, ſi rationes ejus idoneè adminiſtratas reddiderit, liber eſto; quàmvis filia impubes, vivo patre, deceſſiſſet, liberum tamen tunc demùm *Scævola* fore putavit, cùm filia xij. compleſſet annum, ſi inter homines manſiſſet. Et cùm ſervum ſuum Cupitum teſtator, rationibus redditis, liberum eſſe juſſiſſet, quando filius ejus Martianus xvi. impleſſet annum, quàmvis rationibus redditis, & impubere mortuo; non tamen

l. 4. §. ſervire. eo. t.

18. l. libertis. §. ab hæredibus, de ali. le.

20. l. ſi peculium §. idem dicendum de ſtatulib.

41. l. Thais §. ſplendoforus de fide. liber.

ea. l. Thais §. libertatem.

antè

antè liberum fore, quàm tantùm effluxerit temporis; quo ſi viveret Martianus, annos haberet xvi. Ampliùs, ſi conditio temporum diviſionem contineat, putavit *Paulus* eodem nos jure uti. Proindè ſi ſervus decem operas præſtare juſſus ſit, quia ſingulæ operæ ſingulos deſiderant dies, tametſi hæres operas non admiſerit, non tamen ſtatim liberum fore, ſed cùm tempus tranſierit, per quod operum quantitas conſummatur. Atque in omnibus præpoſitis ſpeciebus, pro hærede magis, quàm pro ipſo legatario, aut fideicommiſſario, liquet diem adſcriptam videri. Quòd ſi pro legatario aut fideicommiſſario adjecta ſit; uti ſi quid ipſe dare ſit juſſus, tempuſque conceſſum intrà quod pecuniam colligat; impletâ conditione, non eſse expectandum diem dicimus: veluti ſi ita ſcriptum ponamus, Stichus, ſi intrà annum hæredi meo decem dederit, liber eſto: ſtatim enim dando, *Labeo* ſine mora liberum fore reſpondit. Ut non rectè *Paulus*, cùm ſervus triennio dena dare juſsus fuiſset, quàmvis primo anno xxx. obtuliſſet, antè elapſum triennium liberum non fore reſponderit: meritoque ſententia ejus condiſcipulo ſuo *Vlpiano* improbata fuit: hic enim, ſi ſervus annuâ, bimâ, trimâ die dena dare juſsus, primo anno triginta obtulerit, ſtatim ad libertatem admittendum ſcribit: ſicque utrique conſultum fore putavit, & ſervo, quò maturiùs ad libertatem perveniat, & hæredi, ut ſtatim accipiat, quod poſt tempus accepturus fuerat: idemque fore ait, ſi decem primo anno datis, ſecundo xx. offerat. Et hanc *Vlpiani* ſententiam *Pomponius* laudavit, ſi quidem totam pecuniam ſervus præſentem obtulerit.

d. l. ſi peculium, §. quædam.

41. l. ſi ita fuerit. §. fi. de ma. teſt. 18. l. ſi triennio, de Statulib. eo. tit.

41. l. ſi ita fuerit. §. 1. de ma. teſt.

Si

ita, inquit, ſcriptum ſit; Stichus ſervus meus
eredi meo mille nummos anno, biennio, trien-
o, poſtquàm ego mortuus fuero, ſi ſoluerit, ſa-
ſve fecerit, liber eſto: non poterit is ſervus,
ſi præterito triennio, liber eſse, niſi præſentem
am pecuniam ſolvat, aut ſatisfaciat; compenſan-
enim eſt, inquit, hæredibus libertatis celeritas
ræmaturâ ſolutione pecuniarum. Cæterùm ſi 15. *l. ſervus, de ſtatul.*
rtuita ſit conditio, per quam neque facere, ne-
ue dare legatarius quicquam juſsus ſit, expectan-
um tempus eſse crediderim. Nam *Vlpianus* liber- 16. *l. ſi ita ſcriptum, de manu. teſt.*
te ſic datâ, ſi filius meus ad xiiij. annum perve-
erit, Stichus liber eſto; mortuo antè eam æta-
em filio, libertatem, veniente demùm die, præ- 34. *l. uxori, uſuf. leg.*
andam eſse ſcripſit: idemque probavit in hac 31. *l. in ſubſtitutione. de vulg. & pu.*
ecie; Si Titius annorum xxx. factus fuerit: fa-
ore etenim libertatis hîc receptum eſt, conditio-
es non deficere. Atque hæc, ſi dies conditioni
onjuncta ſit. Quòd ſi diſpoſitioni, hoc eſt, le-
ati præſtationi, vel ſolutioni dies adſcripta ſit,
mninò obſervandam eſse putamus: velutiſi, ut
cævola ſcribit, maritus uxori fundi uſumfructum
n quinquennium à die mortis ſuæ legaverit, &
oſt quinquennium, cùm ejus uſusfructus eſse de- *l. 4. §. 1. de cond. & de.*
ierit, tunc eundem fundum illis & illis libertis
uis dari juſserit. Et, ut *Pomponius*, ſi ita ſcriptum
t, ſi in quinquennio proximo filius Titio natus
on erit, tunc decem Sejo hæres meus dato:
uàmvis enim uxore aut Titio ſtatim mortuis, *l. pe. C. quan. di. le. ce.*
uinquennium expectandum erit: hoc enim te-
tator demonſtrat ſe voluiſse, cùm diceret, tunc
lis dari debere. Et divus *Alexander* Imperator,
ùm teſtator Æliæ Severinæ filiæ & Secundæ de-

cem

cem legaſset, eaque præſtanda addidiſset, cùm ad legitimum perveniſsent ſtatum, filiâ mortuâ, hæredi ejus dandum eſse legatum reſcripſit: non quidem præſenti die, ſed tunc, cùm, ſi vixiſset Ælia, xxv. annum ætatis compleviſset. Et divi *Valerianus* & *Galienus*, à filio libertate per fideicommiſsum datâ, quam præſtandam teſtator dixerat, cùm filius ad xxv. annum perveniſset, filio mortuo antè eam ætatem, tempus expectandum eſse dixêre: idemque à *Papiniano* reſponſum fuit. Et *Paulus*, ſi hoc modo legatum ſit; Si Titius ab hærede ſatis non exegerit, hæres meus poſt decem annos ei centum dato: morientem intrà decennium Titium legatum quidem ad hæredem ſuum tranſmittere, quia extitit conditio; antè decennium tamen peti non poſse, notavit. Idem erit, ſi ſic legatum ſit; Si Titius conſul factus fuerit, hæres meus Calendis Januariis, vel poſt annum, centum ei dato: nam & hîc tempus expectare oportebit. Quod tamen rurſùs non obtinere *Papinianus* notavit, ſi ita legatum ſit; Meviæ, ſi non nupſerit, fundum, cùm morietur, lego: hoc etenim caſu, etſi nupſerit, confeſtim ad legatum admittendam eſse mulierem ſcribit, non expectatâ morte ejus. Quemadmodùm enim non nubendi conditio rejicitur, ita & mortis dies, quaſi additus pro demonſtratione exiſtentiæ conditionis rejiciendus fuit: antè mortem enim negativa conditio propriè extitiſse non videtur. Ex quo ſi ſic legatum eſse ponamus; Meviæ, ſi non nupſerit, hæres meus poſt biennium centum dato: biennium expectandum eſse crediderim, ut hîc rejecto eo ſolo quod jura improbant, reliquum teneat.

10. l. fideicommiſſaria C. de fid. lib.

23. l. fideicommiſſaria. §. etiam, de fid. liber.

102. l. ſi ita legatum, de cond. & de. glo. ibi.

71. l. cum tale §. Meviæ in 2. reſponſo junc. glo. eo. tit.

Hoc

45 Hoc deinceps in conditione exiſtente animadvertimus, quòd tempus iſtud pro acquiſitione legati ſpectari ſoleat: ut ſi tunc legatarius ſui ſit juris, acquirat ſibi; ſi alieni, ei in cujus poteſtate tunc fuerit, ut diſertè *Vlpianus* diverſis locis admonuit. Et apud divos imperatores *Diocletianum* & *Maximianum*, ſi mulieri fideicommiſſum relictum fuerit, cùm nupſerit, ac nuptiarum tempore in patris fuerit poteſtate, patri fideicommiſſum acquiri traditum eſt. Quòd ſi antè nuptias ſui juris facta fuerit, ſibi, ac ad ſuos hæredes poſse tranſmittere. Ampliùs *Paulus*; Etſi legati conditionalis nomine, quod filiofamil. relictum ſit, pater ab hærede pignus acceperit, filio tamen, ſi ſui juris effectus ſit cùm exititerit conditio, legatum deberi ſcribit: pignoris perſecutionem ad filium non tranſire, ut quòd pater dum adhuc legati ſpes apud eum hærebat, ſuo nomine acceperit. Adeoque punctum exiſtentis conditionis hìc conſiderandum eſt, ut ſi ſervo alieno poſt mortem domini legatum ſit, eumque dominus teſtamento liberum ſcripſerit, hæredi tamen domini legatum acquiratur: quod ſecundùm eam tamen diſtinctionem accipere oportet, quam ſuperiùs recitavimus. Hinc *Paulus*, filium emancipatum, quæ ei, dum adhuc in poteſtate patris erat, ſub conditione legata fuerant, conferre non debere notavit, ſi exiſtentis conditionis tempore, ſui fuerit juris. Quia etſi, inquit, in poteſtate fuiſſet, & poſt mortem patris extitiſſet conditio, ipſe actionem haberet: aliter atque in eo obſervatur, quod ſub

46 conditione ex ſtipulatu ei debitum fuerat. Ex ſuperioribus plus ſatis liquere puto, exiſtentem

5. l. ſi poſt diem. §. ſi quando di. le. ce. 14. l. ſi uſusfructus. §. fin. eo. t. 5. l. ſi uxor. C. de cond. inſer.

28. l. ſi legati. de pig.

71. l. ſi poſt §. 1. de leg. 1.

ſuprà nu. 33.

l. 2. §. id quoque de coll. bo.

R con-

conditionem in legatis non trahi retrò, potiſſimùm ex iis quæ de fructibus dicta ſunt: omnes etenim fructus antè exiſtentem conditionem perceptos, ad hæredem pertinere demonſtravimus, licèt *Accurſius* aliquando diverſum ſenſerit. Statuliberum quoque interim hæredis eſſe, neque exiſtente conditione retrò liberum videri conſtat; in quo etiam per graves alioqui viros erraſſe comperio, dum ſcribunt exiſtentem conditionem pro libertate retrò trahi, idque ad pias cauſas extendi poſſe; hoc ducti argumento, quòd *Neratius* eum cui libertas ſic data eſt; ſi filius mihi nullus erit, cùm moriar, Stichus liber eſto, nullo nato poſthumo, retrò à morte teſtatoris liberum fuiſſe videri, quamvis tunc poſthumus naſci ſperabatur. Quod ſanè ad rem nihil facere nemo non videt: nullo enim poſteà nato liquet teſtatorem ſine filio deceſſiſſe, quamvis cùm decederet, incertum fuerit. Nam ut *Herennius* mortis tempore fuiſſe videri ſcribit eum qui in utero relictus fuit: ita eum qui in utero non eſt relictus, non fuiſſe liquet. Sanè eatenùs, ut alienationes quæ interim ab hærede dum pendebat legati conditio, factæ ſunt, irritentur, retrò exiſtentem conditionem vires porrigere ſuperiùs etiam oſtendimus. Et in pignoribus quædam ſpecialiter tradita ſunt, quanquàm ut legatarius retrò dominus fuiſſe fingatur, nullâ ratione admittendum ſit.

gl. in l. fi. §. fin aut. C. co. de leg.

Ludo. Rom in repe. aut. ſimiliter C. ad le. Fal. & Nicolaus Everardi in loco à liber. ad piam cauſam.

7. l. Neratius de ma. teſt.

7. l. qui in utero de ſta. ho.

Sed & circà legatarii capacitatem item exiſtentis 47
conditionis tempus ſpectari à pleriſque traditum eſt, ut medium tempus officere non dicatur. Is qui poſt apertum teſtamentum, inquit *Paulus*, deportatus & reſtitutus eſt, fideicommiſſum petere

103. l. eum qui, de con. & de.

re poteſt, cujus conditio poſteà extitit, quàm Romanam civitatem recepit. In eandem ſententiam *Pomponius*, *Neratio* Appiano, *Ariſtonem* reſcripſiſſe commemorat, eum cum libertate legatum petere poſſe, qui intrà conditionis diem in metallum damnatus fuerat. *Paulus* item ſi ſtatuliber ad hoſtes transfugerit, ac redierit, poſteaque conditio extiterit, effici liberum admonuit. Sanè ſi extitiſſet dum adhuc apud hoſtes erat, ſecùs eſſe: tunc enim neque ſibi reverti poteſt, neque hæredi. Sed & ſi quis à pupilli ſubſtituto legatas ſibi ancillas emerit, *Pomponius* non perimi legatum ſcripſit, ſi antè conditionem eas alienaſſet, hocque *Neratium*, *Ariſtonem*, & *Offilium* probaſſe. Catonianæ etenim regulæ in legatis conditionalibus locum non eſſe, in pendente conditione diximus, ut vel ex hoc legatorum conditiones retrò non trahi apertè liqueat. Itaque ſi homini libero per fideicommiſſum libertas ſub conditione adſcripta fuerit; *Vlpianus* libertatem petere eum poſſe arbitratus eſt, ſi conditionis exiſtentis tempore ſervus inveniatur. Atque hiſce explicatum puto, quæ exiſtentis conditionis vis ſit, & effectus. Quod autem ad tutores attinet, in pendente conditione diximus, tutorem teſtamento ſub conditione datum, tunc demùm tutorem fieri, ubi conditio extiterit, ut ſi quis interim à præſide datus ſit, hic tutor eſſe deſinat,

46. l. Ariſto. de ma. teſt.

19. l. poſtliminium de cap. & poſt. reu.

47. l. ſi a ſubſtituto de le. 1. nu. 82.

24. l. generaliter. §. ſi homini. de fide lib. nu. 83.

Inſt. de attill. tu. §. 1.

Itaque ad deficientes conditiones tranſeamus.

VT etiam defectæ ſeu extinctæ rei aliquas proprietates aut poteſtates adſcribi poſſe fateamur, expoſitis tamen exiſtentis conditionis viribus, perfacilè quiſque intellexerit, quæ deficientis conditionis ſit operatio, aut ſi magis propriè loqui voluerimus, quod defectâ conditione conſequens ſit. Nam ut *Ariſtoteles* ſcribit, τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ ἐςὶ
1. ἐπιςήμη Sicque ut exiſtens conditio contractui formam dat, & perfectionem; ita deficiente conditione conſequens fit, contractum nedum retrò informem fuiſſe videri, ſed perpetuò informem, imperfectum, ac ſine viribus manſurum eſſe; ac prorsùs rem ita æſtimari, atque ſi nihil actum unquam fuiſſet. Si ſub conditione, inquit *Vlpianus*, facta fuerit venditio, eâ deficiente, nulla eſt, *37. l. ſi quis de contrahen. empt.* haud ſecùs atque ſi ſine pretio facta fuiſſet; ut non propriè hujuſcemodi actus extingui dicantur, cùm nullo unquam tempore ſubſtiterint. Idemque evenit, atque ſi in præteritum acceptis verbis, ita quis ab hærede fundum emiſſet, quanti à teſtatore emptus eſt; & non emptus, ſed donatus teſtatori compertus fuerit: nemo enim tam ignarus eſt, ut hìc vel minimo momento emptionem conſtitiſſe dixerit. Et hæc à *Paulo* probata ſunt. *43. l. licet, de jur. dot.* Secundùm iſta, *Scævola* matrimonii causâ interpoſitam acceptilationem, non ſecutis nuptiis, nullam eſſe, atque ideò ſuo loco manere obligationem notavit: quod *Iaboleno* quoque placuiſſe comperimus. *10. l. mulier, de cond. cauſa.* Ut non referat etiam, qualis qualis conditio adjecta fuerit: ſive quæ ex alterius contrahentium pependerit arbitrio, veluti ſi Sti- *8. l. neceſſario de peri. & com. rei vend.*

 chum

hum intra calendas Martias manumiſero, fundus ille tibi emptus eſto, aut ſi in capitolium non aſcendero: ſive quæ fortuita appellari ſolet; veluti, ſi navis ex Aſia venerit; ſive quæ ex arbitrio pendeat tertii; veluti ita contractum ſit, res illa tibi empta eſto, quanti Titius æſtimavit. Nam ſi Titius pretium definire vel noluerit, vel non potuerit, nullius momenti emptionem fore à *Iuſtiniano* traditum eſt. Undè multùm intereſſe *Vlpianus* ſcripſit, an obligatio pura ſub conditione veneat, an cùm ipſa obligatio ſub conditione contracta eſſet, veneat purè: priore enim caſu deficiente conditione corruere contractum; poſteriore verò, cùm contractus purus ſit, ipſius obligationis conditio, in conſiderationem non venit. Ideoque ſi Titius tibi decem aureos ſub conditione debeat, & ego abs te nomen ejus emerim, confeſtim tecum agere potero, aut ut eum liberes, aut ut eum mihi deleges.

l. ſi. de contrahend. empt. 19. l. multùm intereſt, de hæ. vend.

2. De fructibus igitur rei venditæ quid dicamus in promptu eſt. Nam hos etiamſi ab emptore percepti fuerint, reſtituendos eſſe venditori percertum eſt, ac præſcriptis verbis actione ad hoc compelli poſſe. Nam etſi exiſtat conditio, præteriti tamen temporis fructus ad venditorem pertinebunt. Sed & omnem quæſtum venditori reſtituendum eſſe *Papinianus* tradidit. Cùm equos venales, inquit, tibi ad triduum experiendos dediſſem, ut ſi interim placuiſſent, tibi empti eſſent; ſi diſplicuiſſent, redderes, tuque deſultor in iis cucurreris & viceris, deinde emere nolueris: præſcriptis verbis adversùs te agere potero, ut mihi præmium tuæ tradas victoriæ, ut *Accurſius* & *Bartolus* putarunt: licèt alii ad id

22. l. apud Labeonem, de præſcr. verb.

id duntaxat quod meâ intereſt quòd fortè deteriores facti ſint, aut quòd aliî ad hoc certamen locare eos potuiſſem, actionem concedendam eſſe
3. arbitrentur. Periculum quoque, ſive interitûs, ſive deteriorationis ad venditorem pertinere ſimiliter certum eſt, quia continuò rei manſit dominus. Undè apud *Melam Papinianus*; ſi mulas tibi dedero, ut experiaris, & ſi placuiſſent emptæ eſſent, deindè à graſſatoribus intrà dies experimenti ablatæ ſint, pretium me petere non poſſe *d. l. apud Labeonem. §. 1.*
4. traditum eſſe refert. Ex hiſce liquet, ſi emptionis pendente conditione res emptori tradita fuerit, eâ deficiente, dominium apud emptorem nunquam fuiſſe videri, quando nec eâ pendente emptorem dominum fuiſſe putem: licèt diverſum à multis probatum eſſe ſciam, ut aliquando fuſiùs tractatum eſt. Neque tunc ſolùm quando ipſa traditio poſſeſſionis facta eſt ſub conditione, deficiente conditione, pro non traditâ rem eſſe diximus: ſed tunc quoque cùm ex conditionali cauſa ſeu titulo purè tradita fuit: undè ſi ex titulo donationis causâ mortis traditio ſimpliciter facta ſit, defectâ conditione, donatorem rem vendicare *glo. in c. olim de reſt. ſpol. de pend. cond. nu. 17.* *29. l. ſi mortis de mor. cauſa. don.*
5. poſſe autumem. In locationibus & conductionibus, cæteriſque id genus contractibus, eandem conditionis deficientis vim eſſe nemo dubitaverit. Sed etſi ita coita fuerit ſocietas, ex iis partibus quas Titius arbitratus fuerit, Titio priuſquàm arbitretur mortuo, nihil actum videri, à *Celſo* notatum eſt. Et *Papinianus* cùm ad emendum ſi intrà certum diem res veniſſet, ſocietas fuiſſet contracta, die ſine ſocii culpâ prætetito, nullam eſſe ſocietatem dixit, actionemque pro ſocio non *76. l. ſi ita pro ſoc.* *53. l. ſi fratres §. ſi quis pro ſoc.*

competere. In ſtipulationibus idem obſervamus,
ut ſi ſtipulatio ſub conditione facta ſit, veluti ſi
11. l. ſi decem de ſolut. Titius conſul factus fuerit, eâ deficiente, obliga-
tionem nullam eſſe dicamus. Hinc *Paulus*, ſi de-
cem ſtipulatus à Titio, à Sejo ſtipuleris quanto
minùs à Titio conſecutus fueris, Titio ſolvente
Sejum non liberari ſcripſit, quia debitor non fuit:
116. l. decem, de verb. ob. Et idem à *Papiniano* probatum eſt; quòd condi-
tio ſub qua Sejus obligari poterat, defecit. Secun- 7.
dùm hæc, ſi in novatione conditio appoſita fue-
rit, eâ deficiente, non novari priorem obligatio-
36. l. pecuniam ſi cert. pet. nem, notiſſimi juris eſt. Undè *Jabolenus*, ſi pecu-
niam quam mihi purè debebas, juſſu meo Titio
ſub conditione promiſeris, creditam permanere
ſcripſit, ſi conditio non extiterit; perindè atque
31. l. in perſona. §. ſi. de pac. ſi ſtipulatio nulla interceſſiſſet. Et *Cajus* ſi ſub
conditione ſtipulatus fuerim à te, quod Titius
mihi purè debet, deficiente conditione, ſi à Titio
petam, exceptione pacti conventi non poſse me
ſummoveri ſcripſit: Et idem à *Juſtiniano lib.* iij.
§. propter. quib. mo. toll. ob. *Inſtitutionum* probatum eſt. In pignore item dan- 8.
do, ſi conditio adjecta fuerit, eâ defectâ, nullius
momenti fore pignus dubium non eſt; ut tamen
pignoraticiâ eum teneri, qui ſic pignus accepit, ab
11. l. ſolutum §. 1. de pig. ac. *Vlpiano* conceſsum ſit. Itaque cùm trajecticia pe-
cunia eam habeat conditionem, ſi navis ſalva in-
trà ſtatuta tempora ad portum deſignatum per-
venerit, *Paulus*; cùm fœnerator nautæ pecuniam
6. l. fœnerator, de nau. fœno. inf. de con. qua ta, inf. nu. 33, ſub uſuris maritimis mutuam dediſset, ac merces
quaſdam navi ſuæ impoſitas pignori accepiſset, &
ſi ex his totum debitum exolui non poſset, alias
quoque merces navibus aliis impoſitas; nave pro-
priâ peremptâ, de pignore ſupervacaneam omnem
quæ-

quæſtionem eſse reſpondit, tam poſterioris, quàm prioris pignoris, ut conditione obligationis deficiente: & licèt communi jure pignoris diminutio damno creditoris eſse ſoleat, hoc tamen hìc obtinere non poſſe conditione deficiente.

9. In matrimonii item contractu, eum qui ſub conditione fidem dedit, non obligari ajunt, conditione deficiente. Proindè quod dicitur, carnalem copulam conditionem abſorbere, ita verum eſt, ſi non antè copulam conditio defecerit: eâ etenim defectâ, copula ſequens hunc effectum non præſtabit. Hinc ſi quis ita contraxerit, ſi patri nuptiæ probarentur; ac poſtquam pater improbaſſet, congreſſus fuerit: non fore matrimonium, traditum eſt. Sicque in voto, extingui votum ſcribunt, conditione, quæ adjecta fuit, deficiente.

C. de illis, de cond. ap. & glo. in c. conſulti, de reg. & tranſ. ad rel. *glo. in c. pe' de cond. ap.*

10 In teſtamentis ſimilis ferè eſt deficientis conditionis vis: nam & poſt defectam conditionem inſtitutionis, patremfamil. inteſtatum deceſſiſſe, nec poſſe inſtitutum adire hæreditatem, certiſſimi juris eſt. Adeò ut pater per defectum conditionis ſibi adſcriptæ excluſus, etſi filium purè inſtitutum adire jubeat, portionem tamen ſuam non acquirat, ut *Vlpianus* notat: quod tamen ſic accipiendum eſt, ut hìc pater ſuo jure portionem ſuam non acquirat, quia defecit in eo conditio: ſed per filium integram hæreditatem accipiat, ne pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus quis deceſſiſſe videatur. Apud *Scævolam*, cùm ita inſtitutio ſcripta fuiſſet, Si legitimus hæres hæreditatem meam vendicare noluerit, Titius hæres eſto; illo vendicante, non admittendum eſſe Titium legimus: quia conditio, ut ait, defecit. Adeoque totum corruit teſta-

d. c. conſulti. *Inſt. quib. mo. teſt. infir. §. 1.* *35. l. ſi quis hæres. §. fi. de ac. hær.* *72. l. ſi quis ita de her. inſt.*

ſtamentum, ſi nullus ſine conditione inſtitutus fuerit, nec ſubſtitutus, & locus fit ſucceſſioni ab
l. 1. de le. præſ. inteſtato; ut nec legata ex tali teſtamento deberi arbitrentur: quàmvis hæc ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, irrito facto teſtamento, & bonorum acceptâ poſſeſſione contrà tabulas, vetus jus quibuſdam jubeat præſtari perſonis, liberis videlicèt & parentibus, uxoribus item & nuribus pro dote: poſterius verò indifferenter omnibus,
aut. ex cauſa c. de lib. præ. Excipiendus is caſus eſt, ſi ſub conditione ſcriptus hæres, cùm parere conditioni poſſet, non paruit, ut ab inteſtato hæreditatem poſſideret: quàmvis nec hic fortè caſus excipiendus ſit,
l. 1. §. qui ſub ſi quis omiſ. cauſa teſt. 14. in l. eam quam C. de fideic. in d. l. eam quam. cùm conditio impleta eſſe fingatur. Et ſi ab inteſtato legata repetita ſint, deberi putant, etſi nemo ex teſtamento hæres ſit. Et idem aliis quibuſdam caſibus obſervandum erit, quos diligenter *Accurſius* annotaſſe viſus eſt, quibus à *Bartolo* nonnullos additos eſſe comperimus; de quibus, cùm ad præſens inſtitutum non admodum pertineant,
nunc agendum fuiſſe non putavimus. Et quod in 11
tota hæreditate dictum eſt, in parte quoque locum ſibi vendicat: ita tamen ut pars deficiens, ſive quaſi caduca ſit, ſive caduca, primo loco ad ſub-
53. l. qui ex duabus de acq. hæ. ſtitutum deferatur, ſi nemo ſubſtitutus ſit, ad cohæredem etiam invitum, ut *Cajus* notavit: vel ſi hæres antè mortuus fuerit, ad hæredem ejus, ſi
22. l. hæc ſcriptura. §. 1. de cond. & de. modò ex pura inſtitutione hæreditas adita fuerit, ut *Iulianus* ſcribit, ut ſciamus deficientem hæreditatis partem, ſive caduca ſit, ſive quaſi caduca, ad ſupradictas perſonas cum ſuo deferri onere, quale quale id fuerit, ſive per viam legati, ſive per viam modi, ſive per viam conditionis (quod nota)

ta) relictum ſit, dum tale ſit, quod perſonæ non cohæreat. Et iſtud in conjunctis verum eſt, ſi verbis tantùm, vel re & verbis ſimul conjuncti fuerint. Nam ſi re tantùm conjuncti ſint, ut ſolo concurſu partes faciant, deficiens portio non dicetur accreſcere, ſed non decreſcere, neque onus ad alium tranſibit, niſi in conditione quoque conjuncti ſint, ut ſi duo hæredes ſcripti ſint, ſi illi centum dediſſent; hic enim pars ejus qui non dederit, alteri cum ſua conditione accreſcet. Porrò ſi conditio caſualis ſit, non tranſire dicetur, niſi adjecta ſit dictio naturâ ſuâ repetitiva: uti hæc ſuperiùs tractata ſunt, ſi pendente conditione le-

12 gatarii mors obtigiſſet. Hæc quoque eò extenduntur, ut ſi quis ſub conditione hæres inſtitutus ſit, à quo poſthumus exhæredatus non eſt, ſi poſt defectam demùm conditionem poſthumus naſcatur, non rumpi eum gradum putent, quia nullus

13 eſt. Cæterùm cùm filius ſub ea poſſit conditione hæres inſtitui quæ in ejus poteſtate eſt; ſi eam non impleverit, an ipſe patri ab inteſtato hæres decedat, quæſitum eſt. *Vlpianus*; ſi talis fuerit conditio, quam filius ultimo vitæ ejus tempore implere non potuerit, pendente ea decedens, ut defectâ inſtitutionis conditione, patri ab inteſtato hæres deceſſiſſe videbitur: veluti ſi hoc modo inſtitutus fuerit, ſi Alexandriam pervenerit, hæres eſto. Contrà erit, ſi talis adjecta fuerit conditio, quam filius noviſſimo vitæ ejus tempore implere potuerit: qualis hæc eſt, ſi Titio decem dederit, hic enim decedens, conditione non impletâ, hæres patri fuiſſe non dicetur, ut apud *Iulianum* lib. xvij. *Marcellum* notaſſe *Vlpianus* refert: deſiit enim poſte-

5. l. ſi quis legata §. 1. de cond. & Bart. in l. in repetundis, de leg. 3. In pend. cond. nu. 55. & de cond. ta. repet. 5. l. nam & ſi, de inj. ruſt. rup. teſt.

8. l. apud Iulianum, de hæred. inſt. et. 15. l. ſi filius, de lib. & poſth.

l. ſi de cond. inſt.

poſteriori caſu filius inter homines eſſe, priuſquam conditio potuerit dici defecta eſſe. Et idem à *Papiniano* probatur; ſiquidem nemo filio ſubſtitutus fuerit: hunc enim præferendum eſſe inteſtatæ ſucceſſioni, certi juris eſt. In bonorum quoque poſſeſſione, tametſi is qui ſub conditione inſtitutus eſt, eâ pendente, ad bonorum poſſeſſionem admittatur, ſi tamen defecerit conditio, nihil id ei proderit, ut *Vlpianus* ſcribit, niſi fortè, aut contrà tabulas, aut ab inteſtato bonorum poſſeſſor futurus fuerit. Proindè, ſi unus ex filiis, quem mater ſcripſerat hæredem ſub conditione, bonorum petierit poſſeſſionem; eâ deficiente, cæteros ad legitimam hæreditatem admittendos eſſe, *lib.* xvi. *quæſtionum Papinianus* adnotaſſe dicitur: Nemini enim Prætor beneficium ſuum vult eſſe captioſum. Rurſus quàmvis filius ſub conditione ſcriptus hæres, bonorum poſſeſſionem contrà tabulas accipere non poſſit: admittendum tamen eſſe, ſi conditio defecerit, idem *Vlpianus* notat. Sed & ſi filius ſub conditione non poteſtativa inſtitutus ſit, ac nihilominùs ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſionem admiſerit, eâ deficiente, tuebitur eum Prætor, ut *Julianum* ſcripſiſſe refert. Iterùm, ſcimus inſtituto à liberto, etiam ſub conditione, filio proprio, patrono nihil de bonis ipſius liberti deberi. Quid igitur ſi conditio defecerit? *Julianus*, ſi libertus filium emancipatum ſub conditione hæredem inſtituerit, & deficiente conditione ad ſecundum gradum hæreditas pervenerit, patrono partis debitæ bonorum poſſeſſio adversùs ſubſtitutum competet. In legatis, idem juris eſt, ut conditione legati deficiente, legatum inte-

5. l. ſi ſub conditione, de ſecun. tab.

l. 3. §. ſed ſi nunc ad Tertull.

l. Paulus, de præto ſti.

l. 2 §. ſed ſi. de cont. tab.

l. 2. §. 1. de bo. poſſ. ſecund. ta.

40. l. ſi li. bertus §. ſi libertinus de bo. lib.

intereat. Clarè *Theophilus*, ληγατεύω τιτίῳ τὸν *Inſt. de*
ἀγρὸν, εἰ διώκησε τὰ ἐμὰ πράγματα τ᾽ αἱρέσεως ἀθε- *leg.*
νίσης οὐδὲ μία ἀγωγὴ τῷ λεγαταρίῳ δοθήσεται. Un-
dè ſi ex ſtipulatu debitor rem alteri ſub condi-
tione legatam mihi tradiderit, quamvis initio hâc
traditione non liberetur, ſi tamen poſteà, defi-
ciente conditione, res apud me maneat, petitio-
nem infirmari *Vlpianus* notavit. Adeoque defi-
ciente conditione perit legatum, ut nec æſtima- *83. l. l. in-*
tionem ejus deberi, *Paulus* ſcripſerit. Re aliquâ *ter ſti. §. ſi*
ſic legatâ, ſi mortis tempore mea erit; ſi tunc mea *rem. de*
non fuerit, & quàmvis falſa cauſa legato adjecta *verbor. ob.*
deficiens non noceat (ut ſi ita legavero, quia ne- *33. l. fal-*
gocia mea abſente me geſſit) ſi tamen conditio- *ſa. §. fi. de*
naliter cauſa adjecta ſit, aliud eſſe juris *Juſtinia-* *de cond. &*
nus admonuit. Ut ſi hoc modo Titio centum le- *de.*
gavero, ſi, ut ſuperiùs ex *Theophilo* adductum eſt, *Inſt. de le-*
negocia mea curaverit: hîc enim niſi rem meam *gat. §. lon-*
Titius curaverit, nihil de legato conſequetur, Et *ge magis.*
quamvis ſtatuta libertas legatum ejuſdem ſervi
perimere dicatur, ſi tamen pendente legati condi-
tione ſtatutæ libertatis conditio defecerit, lega-
tum utile fore à *Iuliano* notatum eſt: ſtatuta enim *83. l. ſi*
libertas legatum non perimit, niſi conditio eve- *fundum. §.*
nerit. Itaque deficiente legati conditione, cadu- *pe. de le. 1.*
cum legatum dicitur, aut quaſi caducum: caducum *l. unic. §.*
ſi mortuo teſtatore id contigerit; quaſi caducum *cum tripli-*
ſi eo vivo. Enimverò meminiſſe oportet, pleriſ- *ci. C. de*
que caſibus conditiones pro impletis eſſe, quæ ta- *cad. toll.*
men verè impletæ non ſunt, alias item eſſe con-
ditiones quæ rejiciuntur, quorum ſanè defectus
legatis officere non poteſt: ſed de his, ſingulari-
bus capitibus dicere conſtituimus.

Nunc

d. l. unic. §. pro ſecundo.

Nunc ad legata caduca revertamur. Ad quem 16
igitur talia legata pertineant, videndum eſt. Et quidem primo loco, ut in hæreditatibus dictum eſt, ad ſubſtitutos tranſire ea dicimus: quòd ſi nullus ſubſtitutus ſit, ad conjunctum accreſcendi jure putamus pertinere. Undè *Iulianus*, ſi eadem res uni purè, & alteri ſub conditione legata ſit; deficiente conditione, totam ejus fore ſcribit, cui purè legata fuerat. Quod tamen non obtinere traditum eſt, in eo conjuncto, qui ſpeciali jure ad legatum admittitur, ut quòd ſibi conditio remittatur: hinc *Papinianus*, ſi mulieri & Titio uſusfructus, ſi non nupſerit mulier, relictus ſit, nuptæ mulieri partem Titii non accreſcere notavit. Planè ſi neque aliquis conjunctus fuerit, apud eos manere putaverimus, à quibus ſunt relicta, ſive ij hæredes ſint, ſive legatarii: nam & hos fideicommiſſo gravari poſſe, nemo neſcit. Ita tamen ut hæc perſonæ conditionis nomine adjunctum onus agnoſcere compellantur: non enim, ut *Iuſtinianus* inquit, ferendus eſt, qui lucrum amplectitur, onus autem recuſat. Itaque ſi in dando conditio conſiſtat, pro modo lucri agnoſci debebit; ſi verò in faciendo & per alium impleri poſſet, ſimili modo is qui legatum accipit, aut retinet, impleri eam cogendus erit: Et ſi per alium impleri nequeat, poſſe lucrum capi, rejecto gravamine, quod neque natura tranſire patitur, neque teſtator transferre voluiſſe creditur, receptum eſt. Quid enim, ſi (ut *Juſtinianus* ſcribit) ita Titio legatum ſit, ſi in certum abiiſſet locum, aut artes didiciſſet liberales, aut ſi domum ſuis manibus ædificaſſet, vel ſi illam duxiſſet uxorem? Sanè ne-

26. l. hæc ſcriptura §. 1. de cond. & de.

73. l. mulieri & Titio eo. tit.

d. l. unic. §. ſi in medio.

d. l. un. §. pro ſecundo.

mo

mo dixerit has conditiones ad alios tranſire. Præ-
tereà quod diximus onus ad conjunctum tranſire (quemadmodùm in hæreditate admonuimus) in eo accipiendum eſt, qui verbis ſit conjunctus. Nam ſi re tantùm ſit conjunctus, verbis autem ſeraratus, ſecùs erit; cùm etiam ſi conditio defecerit, pars quam is cujus conditio defecit, vendicaturus fuerat, apud alium maneat, hic etenim nihil per accreſcendi jus acquirere videtur, ſed per jus non decreſcendi nihil amittere: quemadmodùm obtinere diximus, cùm legatarius, pendente conditione, è vivis decedit. Porrò an is quoque qui & re & verbis conjunctus erat, onus agnoſcere teneatur, variæ ſunt ſententiæ. *Petrus* à *Bella pertica*, & *Cynus* non agnoſcere hunc onus debere putabant: *Accurſius* & *Bartolus* contrà, quorum ſententia communiori probatur
17 calculo. Solet prætereà circà deficientes conditiones dubitari, ad quem uſusfructus tranſeat; ſi cùm fundi uſusfructus à te hærede Titio ſub conditione legatus eſſet, tu mihi interim fundi proprietatem vendideris, & deindè conditio defecerit: & ſanè *Jabolenus* apud hæredem eum manere arbitratus eſt; ita tamen, ut in ejus perſona omnia obſervanda ſint, quæ in legatario fuiſſent obſervata, ſi ad eum uſusfructus pertinuiſſet. Enimverò ſi appareat non aliâ de cauſâ, te nudam proprietatem vendidiſſe, quàm ut legatum Titio conſervares, ſtatim atque defecit conditio, ad [illegible] uſumfructum tranſire putavit. Et cùm de uſufructu mentio incidit, adſcribendum duxi, quod alibi *Juſtinianus* conſtituit, ſolutivas conditiones uſusfructûs legato adſcriptas deficientes,

ſuprà, de pen. cond. nu. 55. In d. §. ne autem. Bart. in d. l. unic. §. ubi & in l. re conjuncti. de l. 3. Soc. in d. l. ſi ſeparatim. 61. l. ſub conditione. de uſuf.

12. l. ambiguitatem §. de uſuf. tes, uſumfructum non perimere, ſed mortem ejus cui uſusfructus datus eſt, expectandam eſſe. Ponamus ita uſumfructum Titio legatum eſſe, donec filius vel alius in furore manſerit, hoſque in furore deceſſiſſe, quàmvis defecta ſit conditio, quòd mortuus in furore eſſe dici non poſſit: uſusfructus tamen in uſufructuarii vitam durabit. Idemque erit in quavis alia conditione: quemadmodùm enim ſi deceſſerit uſufructuarius antè impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur uſusfructus; ita humanum eſſe credidit, extendi eum in uſufructuarii vitam, etſi anteà deceſſerit furioſus, *32. l. generali. §. duas de uſuf. le.* vel alia conditio defecerit. Idem probavit *Scævola*, conditione ſic ſcriptâ, donec mentis compos ſrat. Rurſùs ſi Titio uſusfructus legatus ſit, tantiſper dum Sejus ad annum vigeſimumquartum pervenerit, quàmvis Sejo antè eam ætatem mortuo, in deſignatum tamen tempus duraturum uſumfructum tradidit.

78. l. eum filius §. qui Mutianam de le. 2. & 78. l. her. §. qui poſt, de cond. & de. Tractandum id quoque eſt, quid juris ſit, ſi 18 Mutianâ cautione interpoſitâ conditio defecerit. Et quidem omnia reſtituenda eſſe putamus, quæ is accepit, qui eam cautionem interpoſuit, ut & fructus eum reſtituere debere, *Papinianus* notarit, qui alicujus non faciendi causâ hanc cautionem dederat, & poſteà id feciſſet. Proindè ſi quid maritus, vel alius uxori reliquerit, ſi ad ſecundas non tranſierit nuptias, ſi poſt præſtitam cautionem nupſerit, præteriti quoque temporis fructus reſtituere eam debere, *Iuſtinianus* admonet. Ipſum quoque legatum ad eum tranſit, ad quem, deficiente conditione, teſtator tranſire voluit. Undè *Labeo*, *Auth. cui relictum &c. C. de ind. vi. toll.* cùm fundus ſub hac conditione Titio legatus fuiſ-

ſet

ſet, ſi Stichum non manumiſerit, & ſi manumiſerit, Mevio: ſi Titius poſt cautionem de non manumittendo interpoſitam, ſervum manumiſerit, fundum tradendum eſſe Mevio reſpondit, vel quanti hæredis interſit, reſtitui oportere. Hoc tamen ſcire debemus, hæredem quidquid ex ſtipulatione conſequi poteſt, id omne ſecundo legatario reſtituere debere. Nam *Papinianus*, cùm Titio fundus, ſi in Aſiam non veniſſet, legatus fuiſſet: ac idem fundus Sempronio, ſi in Aſiam veniſſet; ac receptâ cautione, hæres fundum Titio tradidiſſet: ſi poſteà in Aſiam Titius profectus ſit, Sempronio hæredem præſtare debere ſcripſit, omne quod ex ſtipulatione interpoſitæ cautionis à Titio conſequi poteſt. Contrà item; ſi medio tempore cautio defecerit, excuſari hæredem poſſe credidit, ſi modò ei nihil objici poſſit, quominùs ſollicitè verſatus ſit. Ideoque hoc caſu ſatis erit hæredem actionibus cedere.

19 Cæterùm id notandum eſt, defectam ſemel conditionem, redintegrari nunquàm poſſe. Si per ſervum, inquit *Scævola*, ſteterit quò minùs intrà præſcripta tempora reddendarum rationum conditioni paruerit, quòd poſteà reddere paratus ſit, ei non opitulatur; ut hîc mora purgari non poſſe dicatur. Vndè cùm per pupillorum defenſores donationis conditio neglecta fuiſſet, amiſſæ rei periculum præſtare eos debere, à divo *Conſtantino* Cæſare reſcriptum eſt: poſſe tamen pupillos in integrum reſtitui, *Accurſius* notavit: ſed de hiſce rebus aliquando latiùs. Quid autem, ſi inſtitutus ſub conditione poteſtativa, dixerit ſe illam præſtare nolle, annè poſteà mutare poſſit voluntatem,

41. l. Thais §. intra. de fid. lib.

21. l. pupillorum c. de ad. tut.

ti. de cond. implemento.

 tatem,

nu. 15. & 16. tatem, & eam implere? Certè cùm deſit expreſſa lex, in diverſas itum eſt ſententias. *Paulus Caſtrenſis* audiendum putat: & opinio ejus ab *Alexandro ab Imola* probata eſt. Contrà *Aretinus*, cujus ſententiam *Jaſon* veriorem eſſe ſcribit.

In l. is qui hæres. de acq. hær.

PHI-

PHILIBERTI BRVSSELII DE CONDITIONIBVS LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS
De Conditionum interpretatione.

SVMMARIVM.

1. *Duo principaliter in interpretationibus occurrere, voluntatem & verba, & utrum præferendum ſit.*
2. *Si ille mihi hæres erit, aut ſi non erit ille mihi hæres, item quiſquis mihi hæres erit, quid ſignificent.*
3. *Si ſine liberis vel filiis deceſſerit; ſi liberos non reliquerit: ſi ſine liberis legitimis: ſi ter pepererit, quid ſignificent.*
4. *Si nupſerit; cùm nupſerit; matrimonio deceſſerit; ſi nupta eſſe deſierit.*
5. *Si rationes reddiderit: ſi diligenter rationes tractaverit.*
6. *Dum cum illo erit: ſi ab illo non diſceſſerit: quoad cum illo morabitur.*
7. *De mortis conditione.*
8. *Cùm voles: quoad volueris: cùm videbitur.*
9. *Si volueris: quanti æſtima-*

maveris : ſi fueris arbitratus : ſi putaveris : Si videbitur: Si promeritus fuerit : Si te non offenderit.

10. *Cùm potuero : cùm mihi commodum erit.*

11. *Cùm uſusfructus ad illum pertinere deſierit.*

12. *Cùm ille ad annum xiv. pervenerit.*

13. *Cùm fari poterit; poſt quàm fari poterit.*

14. *Cùm res ſuas adminiſtrare poterit : Cùm in tutelam ſuam pervenerit : Cùm ſui juris erit.*

15. *Si meum erit, vel quod meum erit, cùm moriar : quæ in eo fundo erunt cùm moriar.*

16. *Si anno ſervierit: Si tot operas præſtiterit.*

17. *Quatuor modis conditiones opponi.*

18. *Quid ad conjunctarum conditionum veritatem requiratur, ſi affirmativæ ſint.*

19. *Quid ſi negativè plures in conditione conjunctim comprehenſæ ſint.*

20. *Quid ad diſiunctivarum veritatem requiratur, ſi affirmativæ ſint.*

21. *Quid ſi plures negativæ diſiunctæ ſint.*

22. *Si quid eorum factum non erit, ut accipiatur.*

23. *Quid ſi diverſis teſtamenti partibus variæ conditiones circà idem adſcriptæ ſint, remiſſivè.*

24. *An ſeparatæ conditiones ad caſum trahantur conjunctum?*

CIrcà Conditionum interpretationem (nam de hac tractandum putavi, priuſquàm ad implementum veniamus) duo ferè in conſiderationem venire ſolent, mens ſeu voluntas : & verborum proprietas. Voluntates primum locum obtinent, potiſſimùm ſi de teſtamentis agamus. In conditionibus, inquit *Vlpia-* 1.

19. l. in condit. de cond.

Vlpianus, primum locum defuncti voluntas habet, eaque conditiones regit. Atque interpretatio hæc ex bono & æquo, καὶ, ὡς Ἀριστοτέλης ἔφη, κατὰ τὴν ἐπιείκειαν deſumpta eſt: hocque mihi *Cajus* voluiſſe viſus eſt dum ſcribit: Quæ ex ipſo teſtamento ſunt, hoc eſt, quæ teſtamenti continentur verbis ſecundùm juris rationes explicari oportet; ea verò quæ extrà teſtamentum ſunt, hoc eſt, quæ extrà verba ex præſumpta mente occurrunt, ex bono & æquo interpretationem recipere; perſpectis videlicèt ex perſonarum qualitatibus, attinentiâ, & affectione, quid ſciverit, quid non ſciverit teſtator, & ne quid durius admiſſum eſſe appareat, ut abſurdum, & non veriſimile vitetur. Et præ omnibus cavillatio excludenda eſt. Quid enim ſi is cui quid legatum eſt, ſi tabulas reddidiſſet, eas reddere velit, & tamen de debito agere, quaſi debiti remiſſio his verbis non contineatur. Mens itaque verbis eſt præferenda, ſi modò non expreſſis apertisque verbis adverſetur, & prætereà adminiculis aliquot verborum adjuvetur: ſola etenim mens, ſi non aliquo modo ex verbis colligi poſſit, nihil proficit. Itaque interdum, ut *Modeſtinus ait*, plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt. Sed & in iis quæ lex palàm & expreſſis verbis fieri jubet, velut inſtitutionem hæredis; præſumptam mentem, quàmvis verborum aliquo juvetur adminiculo, ſufficere non arbitror.

2. Hæc ut generaliter dicta ſint, per ſpecies demonſtremus: ſpecies dico, quas ipſi jureconſulti ſub conditionis nomine & formula ſunt interpretati, non quas ex ſingulis dictionibus in conditionem verſis, potuiſſemus formare: cui enim in-

Ethic. lib. 5.
16. l. in his. eo. tit.
57. l. hæredes mei §. 1. & §. fi. ad treb.
14. l. ſi qui §. fi. de reb. du.
40. l. ſi paterfa. de he. inſt.
l. 2. de pac. dot.
l. 1. §. ſi cui ut le. vo. ca.
36. l. Publius §. 1. de cond. & de.
86. l. hujuſmodi. §. ſi ita, de le. 1.
l. quidam cum filium de he. inſt.
19. l. ſi alii, de uſuf. leg.
l. hæredes palam de teſt. l. jubemus. C. eo.
t. de verb. et rer. ſig.

 cog-

cognitum eſt, quàm de verborum rerumque ſignificatione multa conſcripta ſint. Inter conditiones hæ ſe primùm offerunt; Si ille mihi hæres erit: aut negativè, ſi hæres non erit: atque hoc ſignificare dicuntur, ſi hæreditatem adierit, aut non adierit. Si ita, inquit *Vlpianus*, ſcriptum ſit; Si Titius hæres erit, Sejus hæres eſto, ut Sejus hæres ſit, Titium adiiſſe hæreditatem oportet: idque & *Juliano*, & *Tertulliano* placuit: ſolâ enim inſtitutione, nemo hæres efficitur. Hinc cùm uxore hærede ſcriptâ, maritus alium ſubſtituiſſet, ejuſque commiſiſſet fidei, uxori dotem reſtituere, ſi ea hæres non eſſet: uxore priuſquàm hæreditatem adiiſſet, mortuâ, *Scævola* ceſſiſſe fideicommiſſi diem reſpondit. Enimverò notandum eſt, hæc verba, *Si hæres non erit*, in ſubſtitutionibus ſic accipienda eſſe, ut ſi qua ex parte ſuæ inſtitutionis hæres non ſit, verum ſit, hæredem non eſſe: ſingulis enim partibus teſtator ſubſtituiſſe cenſetur. Undè ſi duorum ſervum inſtitutum eſſe ponamus, & ſi hæres non eſſet, ſubſtitutum ei Mevium; ex *Scævolæ* reſponſo, Mevio locum fore dicemus, quamvis alterius, domini juſſu, hæreditatem ſervus adiiſſet, ſi alter partem ſuam omiſerit. Verùm ſi hic ſervus poſtquàm alterius, ex domini juſſu, hæreditatem adierit, manumiſſus ſit, & ipſe ſibi ex reliqua parte hæreditatem adierit; ſubſtituto locum non fore, *Paulus* notavit. Nulla enim hîc pars eſt, ex qua poſſit dici hæres non eſſe. Sed hæc, ut dixi, in ſubſtitutionibus procedunt dumtaxàt; in legatis autem ſecùs eſt. Nam ſi à Primo xx. Titio legata ſint, ſi Secundus hæres non eſſet, & eidem Titio tantundem à

l. 3. §. ſi quis; de hær. inſt.

l. fin. quan. di. le. ce.

l. fi. de vul. & pu.

64. l. & ſi ſubſtitutum de ac. hæred.

Se-

Secundo, ſi Primus hæres non eſſet, & hæredes ſinguli ex parte exstiterint, legati conditionem defeciſſe, *Vlpianus* notavit. Ampliùs, ſi ita legatum ſit, ſi patronus hæres non eſſet; patrono contrà tabulas debitam portionem obtinente, à cohærede patroni non eſſe præſtanda legata, idem *Vlpianus* ſcripſit. Cæterùm quòd aliquis coactus hæreditatem adierit, non officit quo minùs hęres eſſe videatur. Nam *Marcellus*, cùm ita ſcriptum fuiſſet, Titius hæres eſto; ſi Titius hæres fuerit, Mevius hæres eſto: quamvis Titius ſuſpectam ſibi hæreditatem coactus adiiſſet, tamen, ut conditione exiſtente, Mevium adire poſſe ſcripſit. Undè *Paulus*, eum qui ita ſcriptus hæres eſt, ſi cohæres ejus hæreditatem adiiſſet, hæredem fore, & lege Falcidiâ uti poſſe notavit, etiam ſi cohæres ejus adierit coactus, dum tamen ipſe adierit ſponte. Proindè ſi quis hæres inſtitutus fuerit, & eidem legatum datum ſi hæres non eſſet, *Julianus* non aliter cogi poſſe ad adeundum monuit, quàm ſi legata quæ ei ſub illâ conditione, ſi hæres non eſſet, data erant, reſtituta ſint. Sicut enim, inquit, explendæ fidei gratiâ adire cogitur: ita ob idipſum damno affici non debet. Quo autem gradu quis hæres ſit, referre non putamus. *Labeo* enim, Si Titium hæredem inſtituero, ſi ipſe me hæredem ſcripſiſſet: ſi me Titius alteri ſubſtituerit, impletam videri conditionem notat, eumque mihi hæredem fore: nihil enim refert, inquit, quo me gradu hæredem ſcripſerit. Sed nec intereſſe *Julianus* credidit, quocumque tempore quis hæres fuerit. Undè ſi teſtator ita ſcripſerit; quicunque mihi hæres erit, idem filio meo impuberi hæres

19. l. in conditionalibus. §. ſi. de cond. & de. d. l. in conditionibus §. ſi patronus.

19. l. ſi ita de condit. inſt.

27. l. ita tamen § ſi perceptis eo. tit.

20. l. mulier. § ſi. de cond. inſt.

31. l. in ſubſtitutione, de vulg. & pup.

hæres eſto: continebuntur quicunque aliquando teſtatori hæredes fuerint, licèt tempore mortis impuberis, hæredes ei non ſint, fortè ex cauſa de inofficioſo teſtamento, quæ pro parte mota ſit: niſi addita fortaſſis fuerit hæc dictio, *Tunc*, quæ temporis extremitatem denotare ſolet. Quocircà, ſi ita teſtamentum habeat, Si Lucius filius meus impubes deceſſerit, neque Cajus filius meus mihi hæres erit; tunc Sejus Lucio filio meo hæres eſto: ad tempus mortis impuberis conditio referenda erit. Sed & hoc admonuiſſe operæ pretium duximus, hæc verba, *quiſquis mihi hæres erit*, de iis accipienda eſſe, qui ex teſtamento hæredes erunt, non autem de iis, qui ab inteſtato ſucceſſerint. His verbis, inquit *Modeſtinus*, *quiſquis mihi hæres erit, idem filio impuberi hæres eſto*, ſoli ſcripti hæredes comprehenſi eſſe intelliguntur. Hinc *Julianus*, Titio hærede ſcripto, & ſi hæres non eſſet, Mevio: ſi omiſsâ causâ teſtamenti, Titius ab inteſtato hæreditatem poſſidere cœpiſſet, Mevio locum non fore admonuit; legata tamen & libertates conſervandas eſſe. Ampliùs his verbis, *quiſquis mihi hæres erit*, illos ſolos contineri *Vlpianus* tradidit, qui nominatim inſtituti ſunt, ut nec pater qui per filium, neque dominus qui per ſervum hæres extitit, ad impuberis ſucceſſionem ſub his verbis vocatus eſſe cenſeatur, uti nec hæredis hæredes. Sed & in his verbis, *ſi hæres non erit*, plerumque hoc intelligi putant, *vel alium ſi hæredem non fecerit*: idque tunc obtinere, cùm teſtator de eo locutus eſt, quem aut filiumfamil. aut ſervum eſſe ſciebat: neque ſibi, aut ex ſuo capite, niſi mutatâ causâ, hæredem eſſe poſſe. Proindè ſi quis filium-

l. 4. §. 1. de cond. & de. d. l. in ſubſtitutione.

3. l. cum filio. eo. tit.

22. l. ſi in teſtament. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.

8. l. qui liberis §. 1. de vulg. & pup.

filiumfamil. hæredem inſtituerit, & addiderit; ſi mihi Titius iſte filiusfamil. hæres non erit, Sempronius hæres eſto: filio adeunte juſſu patris ſubſtituto locum non fore, *Pauli* reſponſo admonemur. Secundùm hæc *Julianus*, ſi Titio quem teſtator ſervum eſſe ſciebat, inſtituto, Sempronius ſi is hæres non eſſet ſubſtitutus fuerit; tale quid dictum eſſe reſpondit: ſi Titius neque ipſe hæres erit, neque alium hæredem fecerit. Contrà ſi Titium teſtator liberum fuiſſe putaverit, nihil aliud ſignificare voluiſſe, quàm hoc, ſi hæreditatem ſibi Titius non acquiſiverit, vel mutatâ conditione alteri: idque à *Juſtiniano* probatum eſt. In eandem ſententiam, cùm quidam Eques teſtamento Julianum, ut libertum ſuum hæredem ſcripſiſſet, eique ſi ex aliqua cauſa noluiſſet, aut non potuiſſet hæreditatem adire, Vitalem ſubſtituiſſet, ac poſt mortem teſtatoris Julianus ſervus communis teſtatori & Zoilo fratri ſuo compertus fuiſſet: divus *Alexander* Imperator ſuper eâ re conventus, rogatuſque an ſubſtituto locus eſſet, voluntatis eſſe quæſtionem reſcripſit, & ſi ſuum libertum eſſe crediderit teſtator, nec hæreditatem ad alium per eum voluerit pertinere, quaſi exiſtente conditione ſubſtituto locum eſſe; ſi verò ſciverit ſervum eſſe, hæreditate per eum aditâ, licèt alteri quæſitâ, ſubſtitutioni locum non eſſe. Enimverò ex conſtituto jure ſcripto hærede contrà opinionem teſtatoris exiſtente ſervo, datum ei ſubſtitutum, ſi hæres non eſſet, *Julianus* ſimul cum inſtituto ad hæreditatem admittendum eſſe credidit: hocque *Titum* Cæſarem in

7. l. ſi quis filiusfam. de acqui. hær.

40. l. ſi parterſa. de hæ. inſt.

Inſt. de vulg. §. fi.

l. 3. C. de hær. inſt.

d. l. ſi parterſa.

per-

14. *l. & hoc Titus de h. inſt.* perſona Parthenii ſervi ſui, qui tanquàm ingenuus hæres ſcriptus fuerat, conſtituiſſe, & *Pomponius* & *Juſtinianus* referunt. Sed hîc dubitari ſolet, in quantam hæreditatis partem ſubſtitutus admittatur. *Inſt. de vul. §. fin.* *Accurſius* dodrantem dixit, quod *Iulianus* duos ſemiſſes faciendos eſſe dixerat: ita ut alter inter dominum ſervi hæredis ſcripti, & inter ſubſtitutum æquis portionibus dividatur. Verùm cùm hæc partitio prorſùs ab omni ratione aliena ſit, partiſque appellatione dimidia ſignificari ſoleat: ſubſtitutum in alterum ſemiſſem admittendum eſſe putem. Quod autem in *Juliani* reſponſo diverſum ſit, nimirum quia ibi Sempronius nedum ſervo ſubſtitutus, ſed & cum ipſo ſimul inſtitutus fuerat; meritò itaque dodrantem debuit auferre. Ita nobis hunc *in tracta. ſubſtitut.* locum *Andreas Alciatus* reſtituit, & antè eum *Lancelotus Politus* legendum ſic eſſe admonuerat: & tandem ex *Theophilo* confirmatum eſt, dum ait, τὸν σὸν *Inſt. de vul. §. fin.* οἰκέτην νομίσας αὐτεξούσιον εἶναι ἐνεστησάμην κληρονόμον, ἐπήγαγον δὲ οὕτως, εἰ δὲ μὴ γένοιτό μοι κληρονόμος, ἔστω Μαύβιος κληρονόμος, μετὰ τὴν ἐμὴν τελευτὴν, ἐκέλευσας σὺ, τὸν σὸν οἰκέτην ὃν ἐνεστησάμην, κληρονομίαν ἀδιτεῦσαι: ζητοῦμεν εἰ χώρα γίνεται τῇ ὑπὸ καταστάσει, καὶ λέγομεν ὅτι ὁ ὑποκαταστάσατος τὸ ἥμισυ λαμβάνει.

Cæterùm an conditio hæc: Si mihi hæres non erit, deficiat tranſmiſſione juris deliberandi, gravis & à multis agitata eſt quæſtio: ex quâ & illa dependet, ſi modò non eadem ſit, an jus deliberandi excludat ſubſtitutum? Communis ſanè interpretum opinio eſt, tranſmiſſione juris deliberandi eum qui inſtitutus eſt, hæredem eſſe videri, ſi poſt mortem ſuam hæres ejus hæreditatem, ex qua inſtitutus fuerat, adierit; ideoque ſubſtitutum ex-

excluſum eſſe. Liquet etenim eum, qui ſcit delatam ſibi eſſe hæreditatem, intrà annum decedentem, deliberandi jus nedum ad ſuos, ſed etiam ad extraneos hæredes tranſmittere. *Angelus* tamen & *Salicetus* in diverſa ſunt ſententia; hocque quod à *Juſtiniano* dictum eſt, deliberandi jus intrà annum tranſmitti, ita demùm obtinere putant, ſi nemo ſubſtitutus ſit. Et hanc *Politus* in extraneo ſcripto hærede, veriorem putat: in ſuo verò per dationem ſubſtituti ſolam neceſſitatem, non autem ipſam ſuitatem (ut loquuntur) ſublatam videri. Itaque ſine aditione hæredes fieri, niſi abſtineant. Sed & in quocunque deſcendente idem erit, ſi antè apertas tabulas moriatur. *In tracta. ſubſtitutionum. l. unic. c. de iis qui antè apert. tab.*

3. Ad illas conditiones tranſeamus, quæ de liberis adſcribi ſolent, hoc modo; Si ſine liberis deceſſerit, vel, ſi liberos reliquerit. Et inprimis filium unum ſufficere, ut quis ſine liberis non deceſſiſſe dicatur, *Papiniani* reſponſo admonemur. Et *Cajus* eum qui unam habet filiam, ſine liberis eſſe non videri ſcripſit, quòd liberorum appellatio ſemper plurali numero efferatur. Quin is qui uxore gravidâ vitam obiit, ſine liberis deceſſiſſe non putatur. Undè *Vlpianus*, cùm ita libertas data eſſet, ſi filius mihi nullus erit cùm moriar, Stichus liber eſto; poſthumo relicto, libertatem impediri, ſecutus *Neratium*, notavit. Sed & ſi hoc modo dictum ſit, ſi quando liberos habuero; prægnante uxore relictâ, expletam videri conditionem, à *Juliano* traditum eſt, dum tamen poſthumus vivus naſcatur. Hinc etiam *Vlpianus* ſi is cui ad tempus liberorum legatum fuerat, uxore prægnante deceſſerit, ad hæredem ſuum legatum tranſmittet: *l. pater Severinam. §. 1. de cond. & de. 148. l. non eſt de verb. ſig. cum l. ſequen. 18. d. is cui quan. di. le. ce. 20. l. ſed etſi ad tempus ad Trebell.*

is

7. l. qui in utero. de ſtat. hom. is enim, ut inquit *Paulus*, qui in utero eſt, pro nato habetur, quoties de commodis ipſius agitur: & ut *Herennius* ſcribit, mortis tempore fuiſſe videtur, qui in utero relictus fuit. Idem erit, ſi *5. l. ſi quis filiabus, de teſt. tute.* quis filiorum dictione uſus fuerit. Ampliùs, etſi natus poſthumus ſtatim moriatur, conditionem tamen peremiſſe dicetur. Undè cum maritus uxorem prægnantem ex parte ſcripſiſſet hæredem, & ventrem ex aliâ parte; & ſi poſthumus natus non eſſet, Titium ſubſtituiſſet: *Juſtinianus*, poſthumo nato, *l. ſi, C. de inſt. ſub cond. fac.* quamvis impubes deceſſerit, Titium ex vulgari ſubſtitutione, non admittendum eſſe reſcripſit; licèt de ipſius poſthumi hæreditate, & *Vlpianum*, & *Papinianum* dubitaſſe referat. Et rursùs, cùm uxori uſusfrùctus fundi legatus eſſet, & cùm liberos haberet, proprietas: nato filio, quamvis ſtatim è vivis deceſſerit, impletam con-*l. 4. C. quando di. le. ced.* ditionem videri, à divis *Severo* & *Antonino* reſcriptum fuit. Hæc ita, ut ſciamus, poſt deportationem patris conceptos, non prodeſſe. Mulier quædam, inquit *Vlpianus*, filium ſuum rogaverat, ut *17. l. ex facto. §. ex facto. ad Trebell.* ſi ſine liberis deceſſiſſet, hæreditatem patri ſuo reſtitueret: filius in inſulam deportatur; poſteaque prolem ſuſcitat & moritur: quæſitum fuit, an conditio defeciſſet? Et reſpondit, per iſtos liberos non defeciſse. Cæterùm ſi inter conjuges de liberis adjecta ſit conditio, quamvis non ſit *40. l. ſi vir. de cōd. & de.* additum, *noſtris*, *meis*, aut *tuis*, id tamen intelligi per eundem *Vlpianum* admonemur. Si vir, inquit, uxori ad tempus liberorum legaverit, ii qui ex alio viro concepti erunt, ad conditionis expletionem non proficient, niſi fortè id nominatim à teſtatore dictum ſit, ut etiam ſi ex alio poſt mor-

tem ſuam liberos procrearet, legatum acciperet, ut *Neratius* adnotavit. Ampliùs, etſi his verbis vir uxori legaverit. Quandocunque liberos habebit, fundum ei do lego: de iis tamen liberis intelligendum eſſe, *Iulianus* putavit, qui ex ſe teſtatore naſcerentur. Proindè ſi mulier, divortio facto, liberos ex alio procreaverit, etiamſi ſecundo matrimonio ſoluto, ad priorem maritum redierit, non intelligetur expleta eſſe conditio. Atqui cùm de liberis dicitur, an nepotes quoque comprehenſi ſint videamus: & arbitror comprehenſos videri. Teſtator à Titio quem hæredem ſcripſerat, Tralliano fideicommiſſum reliquit, ſub ea conditione, ſi ſine liberis deceſſiſſet: cùm is nepotem ex filia reliquiſſet, divi *Severus* & *Antoninus* defeciſſe conditionem reſcripſerunt. Nam & appellatione liberorum nepotes contineri pernotum eſt, idemque eſſe de pronepotibus, cæteriſque deſcendentibus putaverim, cùm par ratio ſit. Sed an is ſine liberis deceſſiſſe videatur, qui liberos habuit, ſed vivus amiſit? Quod verius eſſe crediderim. Qui filios, inquit *Vlpianus* ſuſcepit, ſed vivus amiſit, ſine liberis deceſſit. Vt rectè *Paulus* huic conditioni, ſi ſine liberis deceſſerit, hanc oppoſuerit, ſi liberis ſuperſtitibus vitâ fungatur. Quid igitur, ſi pater & filius eodem naufragio ruinâ vel caſu perierint, an pater ſine liberis deceſſiſſe putabitur? *Vlpianus* veriſimile non eſſe ſcribit, filium patri ſupervixiſſe; extitiſſe itaque conditionem videri, quæ ſic adſcripta fuerat, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi modò ſciri non poſſit, uter eorum prior animam efflarit: admittendam ſanè eſſe probationem, ſi quæ modò inveniri poſſit, dubium non eſt. Sic

61. l. ſed ſi hoc. eo. tit.

25. l. cum vir. eo. tit.

l. 1. C. de cond. inſer.

6. l. quod ſi nepotes, de teſt. tut.

6. l. jubemus. §. pe. C. ad Trebell.

16. c. Raynutius, de teſt.

26. l. inter ſocerum §. cum inter. de pac. do.

17. l. ex facto. §. ſi quis ad Trebell.

10. l. qui duos §. fi. de rebus dub. *d. l. inter ſocerum.* Sic cùm inter ſocerum & generum conveniſſet, ut ſi filia in matrimonio decedens ſuperſtitem filium reliquiſſet, dos ad virum pertineret; quòd ſi vivente matre filius obiiſſet, portionem dumtaxàt vir retineret; & mulier naufragio cum filio anniculo periiſſet: *Paulus* maritum non totam dotem ſed partem dumtaxàt retinere poſſe reſpondit: quia, inquit, veroſimile eſt infantem antè matrem periiſſe, idemque à *Cajo* probatum eſt. Verùm *24. l. ſi mulier, de reb. dub.* hæc in liberis impuberibus accipienda eſſe reor: nam in filio pubere *Tryphonius* aliud eſſe ſcripſit. Si, inquit, Lucius Titius cum filio pubere quem *d. l. qui duos §. fi.* ſolum teſtamento hæredem ſcripſerat, perierit, intelligitur ſupervixiſſe filius patri, & ex teſtamento ei hæres fuiſſe. Et *Labeo*, ſi cum filio pubere *23. l. cum pubere, eo. tit.* mater naufragio perierit, neque exploratum ſit, uter prior extinctus ſit, humaniùs eſſe ſcribit, ut credamus filium diutiùs vixiſſe. Enimverò, ſi hoc modo concepta ſit conditio, ſi binos liberos procreaverit, aut educaverit: ſupervixiſſe patri liberos neceſſum eſſe non arbitrer, ut conditio extitiſſe videatur. Undè cùm pater liberos quos hæredes ſibi ſcripſerat, rogaſſet, ut qui ex *77. l. hæredibus ad Trebell.* ipſis ſine liberis vitam obiiſſet, partem ſuam ſuperſtitibus reſtitueret, poſteaque declaraſſet ſe velle hoc fideicommiſſo ſingulos teneri, donec liberos binos educaſſent: *Scævola* reſpondit fideicommiſſi onere liberatum videri eum, qui duos procreaſſet liberos, licèt ſuperſtites moriens non reliquiſſet. Cæterùm ut quis reliquiſſe liberos videatur, hæredes eos ſibi eſſe non oportere, à *Martiano* notatum eſt; cùm quis, inquit, rogatus erit, ſi ſine liberis deceſſerit, per fideicommiſſum re-

reſtituere; conditio defeciſse videbitur, ſi patri ſupervixerint liberi, nec quæritur an hæredes extiterint. De adoptivis autem filiis, an hi pro liberis in conditionibus ſint, non eſt quod arbitremur. Nam expreſsè *Papinianus* fideicommiſsum à filiis relictum, ſi quis ex iis ſine liberis diem ſuum obiiſset, adoptionis commento non excludi dixit. Et *Vlpianus*, ſi cui in tempus liberorum tertia pars relicta fuerit, adoptando, tertiam partem non conſecuturum. Porrò de naturalibus liberis diſputari ſolet. Et quidem ſi ita ſcriptum ſit, ſi ſine liberis deceſserit, *Papinianus* libro octavo reſponſorum ſcripſiſse dicitur, etiam naturalem filium efficere poſse, ut deficiat conditio. *Vlpianus* verò voluntatis eſse quæſtionem opinatus eſt, de quibus liberis teſtator ſenſerit, idque ex dignitate, voluntate & conditione ejus qui fideicommiſit, æſtimandum eſse. Non diverſum eſt, quod *Iabolenus* ſcribit, hâc propoſitâ ſpecie. Qui filium libertinum habebat, hæredem eum inſtituit: deinde ita ſcripſit, ſi mihi filius nullus erit qui in ſuam tutelam veniat, tunc Damas ſervus liber & hæres eſto. Quæſitum fuit, an filius ille libertinus, ſubſtitutum excludat? *Labeo* negavit, quòd de vero filio id accipiendum eſſe putarit. *Trebatius* contrà, ejuſque ſententiam *Iabolenus* probavit, ſi de hoc filio teſtatorem locutum eſſe appareat. *Scævola* autem de iis liberis hunc ſermonem accipiendum eſſe putavit, quos rogatus reſtituere habere poteſt. Vndè cùm pater filiam furioſam ex parte hæredem ſcripſiſſet, & rogaſſet hæreditatis ſuæ portionem cohæredibus ſuis reſtituere, ſi ſine liberis deceſſiſſet; eaque filia à patre nuptui data filiam

117. l. ſi fideicommiſſa. §. cum quis. de leg. 1.
75. l. fideicommiſſum, de cond. & de.
53. l. ſi ita §. 1. de leg. 2.
17. l. ex facto. §. ſi quis. ad Trebell.
l. ſi. de jure. delib.
77. l. hæredibus §. 1. ad Trebell.

filiam enixa eſſet quæ matrem ſupervixit, *Scævola* interrogatus, quàmvis cum furioſa matrimonium non conſtiterit, defeciſſe tamen conditionem reſpondit. *Papinianus* autem cùm ita ſcriptum fuiſſet: Volo prædia illa dari libertis meis; & ſi quis eorum ſine liberis vitâ deceſſerit, partem ejus ad reliquos pertinere: in ſervitute conceptum filium, & ſimul cum patre manumiſſum, ſubſtitutionem excludere reſpondit. Quin & Pontificii juris interpretibus, quantumvis ii injuſtas deteſtentur nuptias, placuiſſe comperio, ut naturales tantùm, liberorum appellatione contineantur. Neque referre putant: ſive ita dictum ſit, ſi ſine liberis deceſserit: ſive ſic, ſi ſine filiis, dum tamen legitimi verbum additum non ſit. A lege ſanè ſubintellectam conditionem, ut cùm pater filios ſcriptos hæredes, rogat alteri hæreditatem reſtituere, de ſolis legitimis accipiendum eſse, dubium non eſt. Cæterùm ſi legitimi verbum additum fuerit, haud immeritò de legitimatis dubitari poteſt, an in verbis illis, *ſi ſine liberis legitimis deceſſerit*, contineantur? De iis ſanè qui per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt, dubitandum non eſse crediderim: hos enim ſuis connumerari ſancitum eſt, ut qui aliis, quòd legitimi nati ſint, occaſionem præbuerunt. Amplius & ſi ita dictum ſit, ſi ſine liberis ex ſe legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis, idem eſse putarim: licèt *Ioannes Andreas* in diverſa ſit ſententia; cujus opinio in hoc communiter improbata eſt. Sed & illos qui per principem legitimati ſunt, verbis illis, *ſi ſine filiis legitimis deceſſerit*, de jure ajunt contineri, cùm à legitimis non differant: & *Marcellus*

79. l. cum pater §. volo de lega. 2.

glo. in c. præſentia & probat. & in c. Reynaldus. de teſtam.

l. generaliter. §. cum autem C. de inſtit. & ſubſt.

Aut. quib. mo. na. §. 1. col. 5. In c. ſine culpa. de re. jur. in 6.

2. doc. in c. innotuit de elect. c. tanta. qui fil. ſint le.

lus libertinum natalibus à Principe reſtitutum perindè haberi ſcribit, atque ſi ingenuus natus eſſet. Et in terminis à quibuſdam traditum eſt, conditionem hanc, ſi ſine filiis legitimis deceſſerit, deficere; ſi reliquerit is, qui rogatus fuerat, filium naturalem legitimatum à Principe, ſi modò non ita conditionis verba habeant; legitimè ex ſe natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis. In his tamen ego & legitimationis formam diligenter inſpiciendam putem, & quatenùs aliquis à Principe legitimari poſſit. Nam & tacitam conditionem quæ donationibus ineſt, ſi non mihi liberi naſcantur, non impleri plerique ſcripsêre per filios naturales, etiamſi poſteà legitimentur: licèt *Socinus* diverſum reſponderit. Porrò ut progrediar, in hac conditione, Si tres pepererit, aut ſi ter enixa fuerit, natarum prolium numerum ac ordinem obſervandum eſſe putem. Nam cùm ita ſcriptum fuiſſet; Arethuſa ſi tres pepererit, libera eſto; ac primo partu unum, ſecundo tres peperiſſet, conditionem expletam videri, eumque qui quarto loco natus fuit, *Tryphonius* liberum eſſe reſpondit: idemque fore, ſi primò duos, & poſteà geminos ediderit. Sed quid, ſi matri uterus cedendus fuerit, an uterque, an neuter liber futurus ſit? *Franciſcus Connanus*, ſi matri mortuæ uter exectus ſit, neutrum: ſi vivæ, utrumque liberum cenſeri putavit, quòd in re obſcura & ambigua libertati faveri oporteat. Et *Paulus* ter enixam ſcribit, quæ ter geminos peperit: atque hanc conditionem, ſi ſine hærede deceſſeris, pro ea eſſe placuit, ſi deceſſeris ſine liberis, ut hîc hæredis appellatione ſoli filii contineantur: ſeque

l. 2. de nata. reſt. *Guido Pa. q. 427.* *Alci. de verb. ſig. lib. 3. axioma te 2.*

Bal. in l. 4. C. ſi quid in frau. *Iaſ. in l. Gallus §. & quid de lib. & poſth* *Soci. conſ. 126.* *15. l. Arethuſa, de ſtat. ho.*

lib. 2. c. 11. *137. l. ter enixa de verb. ob.* *gloſ. in c. in præſentia, de ver. ob.*

17. *l. ex facto §. fi. ad Trebell.* divum Pium *Vlpianus* reſcripſiſſe refert, cùm quidam hæres inſtitutus, hæreditatem Sejo reſtituere juſſus fuerat, ſi ſine hærede moreretur.

De nuptiarum conditione videamus: & hanc 4. 24. *l. ſancimus c. de nup.* in primis *Iuſtinianus* de veris nuptiis intelligendam eſſe ſanxit, non autem, ut veteres, de ætate nubili, quam in maribus poſt xiiij. conſtituebant annum, in fœminis poſt xij. Et cùm nuptias non concubitum, ſed conſenſum facere conſtet; *Vlpianus*, ſi quid ſub ea conditione legatum fuerit, ſi nupſerit, ſtatim atque ducta fuerit uxor, licèt 15. *l. cum fuerit de cond. & de.* nondum in viri venerit cubiculum, expletam conditionem videri ſcripſit: ita tamen, ut præmiſſum eſt, juſtas nuptias eſſe oportere intelligamus: non enim omnes conjunctiones hanc implere condi- 20. *l. hæc conditio eo. tit.* tionem, idem admonuit. Quid enim ſi nondum nubilis ætatis in domum mariti ducta fuerit? aut mulier ei conjuncta ſit, cujus nuptiæ ei interdictæ ſint. *l. fi. de ſtatulib.* Stichus quem uxori legavi, ſi nupſerit, liber eſto: ita demùm, inquit *Labeo*, liber erit, ſi *l. pe. quando di. le. ce.* ſecundùm leges nupſerit. Proindè ſi quid puellæ legatum ſit, cùm nupſerit, tunc demùm deberi conſequens ſit, cùm nupta viri potens eſſe cœperit, quamvis anteà contraxerit. Sed & hoc adnotandum eſſe arbitratus ſum, nuptiarum condi- 89. *l. boves. §. de verb. ſig.* tiones de primis nuptiis accipi ſolere. Hoc ſermone, inquit *Pomponius*, cùm nupta erit, primæ ſignificantur nuptiæ. Undè cùm pater ſibi dotem reddi fuiſſet ſtipulatus, ſi filia ejus in matrimonio deceſſiſſet: matrimonio ſemel per divortium diſſoluto, *Paulus* conditionem defectam eſſe reſpon- 26. *l. inter ſo. §. fin. de pac. dot.* dit. Adeò ut neque poſt divortium, renovatis nuptiis, conditionem ampliùs exiſtere poſſe putarit.

tarit. Quin conditionem illam quam dotis promiſſioni ſemper ineſſe dicunt, de primis nuptiis intelligendam credimus: dum tamen intelligamus, quod *Papinianus* notat, primas illas videri, quas aliæ non interceſſerunt: nec item hoc obeſſe, quod *Vlpianus*, injuſtas nuptias tentatas fuiſſe. Denique ſi quis ſic à marito dotem ſibi reddi ſtipulatus ſit, ſi quo caſu Titia ei nupta eſſe deſiiſſet: committi ſtipulationem *Paulus* notavit, vel deportatâ, vel ancillâ factâ Titiâ, atque de his ſatis.

69. l. dotis pro de jure do.

10. l. hac cond. de cond. & dem. l. ſi quis ſol. ma.

5. Ad hanc conditionem tranſeamus, ſi rationes reddiderit. Offert ſe *Caliſtratus*, non id hâc conditione contineri admonens, ut in folle aut ſacculo reliqua offerantur, ſed ut rationes primùm legendæ adhibeantur, deinde computandæ, ut explorari poſſit, an calculus probus, an improbus ſit, an accepta rectè relata ſint, an non rectè, & tunc quæ reliqua eſſe apparuerint, reddantur. Quin id omne *Scævola* hâc conditione comprehendi putavit, quod quoquo genere ſervi actum fidemque reſpicit. Itaque ſi quæ conſilio aut fraude ejus amota ſint, præſtanda ea eſſe credidit: in omnibus denique quæ ab eo geſta ſunt, fidem bonam adfuiſſe, probare eum oportere, *Pomponius* addidit. Ut tamen intelligamus ſatis eſſe, ſi eos quibus credidit, tales fuiſſe cùm contraheret oſtendat, ut eorum nomen diligens paterfamil. ſecutus fuerit: ut autem ea quæ ſine culpa ſua perierunt, aſſignet, nullâ ratione compellendum eſſe, ab *Africano* notatum eſt. Sanè ſi per eum ſteterit quo minùs penſiones à conductoribus prædiorum exactæ ſint, & nomina perierint,

81. l. cum ſervus de cond. & de.

41. l. Thais §. Stichus de fide. lib.

110. l. qui ſub. de con. & de.

22. l. qui filium §. 1. de ma. teſ.

40. *l. Sticho. §. ſervus, de ſtatulib.* *Scævola* id eum præſtare debere putavit: tantundem abeſt, ut de dolo non teneatur, quem omninò abeſſe oportere, ſuperiora admonent. Itaque ſi hæreditatem ſpoliaverit, ſi apertis horreis ſupellectilem & veſtes abſtulerit, ſi vaſa & hypothecas *d.l. Sticho.* exhauſerit, reponere eum oportere, nullus dubitarit. Reliqua autem reddenda eſſe, inter omnes convenit hâc conditione contineri. In quibus ta*d. ll. cum ſervus qui ſub cond. Sticho.* men *Africanus* excuſationem admittendam eſſe putavit, ſi in calculo citrà dolum malum, aut per imprudentiam erratum ſit, eâque de cauſâ minùs debito exolutum fuerit: aliàs enim, ut rectè anim*32. l. quam quis rat. de cond. & de. 49. l ſi cui li. eo. tit.* advertit, nemo qui ſub reddendarum rationum conditione manumiſsus ſit, ad libertatem pervenire poſset. Hoc ampliùs, non tantùm reliqua reddenda eſse *Vlpianus* admonuit, verùm & ipſarum rationum volumina & inſtrumenta, quæ pro earum fidê coràm arbitro exhibita fuerunt; hocque *Dinum* Imperatorem in Epaphrodito ſervo reſcripſiſse commemorat. Sed & ea in rationibus contineri *Modeſtinus* putavit, quę ſine ſcriptura *26. l. libertate. de ſtatulib.* adminiſtrata ſunt. Imò & ſi per adjutores ſuos quædam ſervus geſserit, de his quoque eum te*40. l. Sticho. § ſervus. de ſtatulib.* neri *Scævola* ſcripſit, ſi quid culpæ ſuę adſcribi poſſit. Quin ſi ita ſcriptum ſit; ſi Damas ſervus meus, ſui & Pamphili conſervi nomine, rationes hæredi meo reddiderit, pariaque fecerit: cùm teſtator argentarius eſset, hoc ſignificatum credidit, *d. l. Sticho §. fin.* quòd pecuniam omnem Damas à creditoribus exigere deberet, & hæredi ſolvere. Porrò ſi diligentiæ verbum hoc modo à teſtatore adjectum ſit; Stichus ſi diligenter rationes tractaſse videbitur, liber eſto: de ea diligentia intelligendum

dum id eſse *Pomponius* rectè tradidit, quæ domino non quæ ſervo ſit utilis, cuique fides bona conjuncta ſit, non ſolùm in ipſis rationibus ordinandis, ſed etiam in reliquo reddendo. Et hoc verbum *tractaſſe*, pro hoc accipiendum eſse, quod tractare potuit: Quemadmodum illud, ſi aqua pluvia nocet, interpretamur, ſi nocere potuerit. Huic denique conditioni, ſi benè ſe geſserit in rationibus meis; *Scævola* ſatisfactum eſse credidit, ſi poſt aliquot annos, teſtatore mortuo, nulli querelæ locus fuerit: atque de his ſatis. De ſignificatione autem horum verborum; dum cum illo erit, ſi ab illo non receſserit, quoad cum illo morabitur, & id genus alia, tractemus. Atque hanc conditionem, dum uxor mea cum filio erit, *Trebatius*, & *Labeo* non hoc requirere ſcripſerunt, ut continuò uxor filio adhæreat, ſed eſse ſatis quòd filium à ſe non dimiſerit, neque per eam ſteterit, quo minùs cum eâ filius educetur. Et ad hunc ſermonem, dum cum filio meo Capuę erit, ſufficere ambos Capuæ habitare, licèt non in eiſdem ędibus. Porrò *Scævola* interrogatus an his verbis, libertis illis tantundem, ſi ab uxore mea non receſserint; hoc contineatur, ut peregrè proficiſcentem ſequi debeant: abſolutè non poſse reſponderi tradidit, ſed ex viri boni pendere arbitrio: ex longinquis etiam aut brevibus excurſionibus definiendum eſse, an propter itinera aliquid præſtare ei oporteat.

8. l. ſi ita ſcriptum. de ma. teſt.

21. l. Labeo. de ſtatulib.

19. l. herede inſtituta. de ſinde. lib.

6\.

8. l. ſi quis ita de cond. & de.

29. l. qui concubinam. §. uxori de leg. 3.

13. l. Mevia. §. 1. de ann. leg.

7\. Videamus de mortis conditione: quam vel his verbis ſignificari *Pomponius* ſcribit; Si quid filio meo acciderit, Damas ſervus meus liber eſto. Et quidem hanc de morte naturali accipiendam eſse,

163. l. in vulg. §. 1. de ver. ſi.

 à ple-

111. *l. ex ea parte. de ver. obl.* à pleriſque annotatum eſt. Si ita, inquit *Papinianus*, ſtipulatio concepta ſit, cùm morieris dare ſpondes? per deportationem, conditio impleta non videbitur, ſed expectanda mors erit. Licèt itaque viro aquâ & igni interdictum ſit, vel deportatio illata, donationes tamen ab eo uxori factas, cùm mortis habeant conditionem, adhuc in pendente manere, ab Imperatore *Conſtantino* reſcriptum eſt: in teſtamentis quoque id clariſſimum eſt. Quàmvis enim filius qui hæreditatem liberis ſuis, cùm moreretur reſtituere juſsus fuerat, in inſulam deportatus ſit: fideicommiſſi tamen conditionem antè mortem extitiſse non videri, à *Papiniano* notatum fuit. In eandem ſententiam *Paulus*, cùm mulier à Claudio ſcripta hæres, rogata fuiſset poſt mortem ſuam Cornelio Felici filio ſuo hæreditatem reſtituere, quàmvis mulier in crimen incidiſſet, condemnatæque bona fiſco fuiſſent addicta, mortem tamen naturalem expectandam eſſe reſpondit. Et cùm poſſit Felix, vivente matre, è vivis decedere, fideicommiſſum caducum fieri poſſe conſequens eſt. Hæc autem verba, *Cùm moriar*, licèt ex propria ſignificatione vitæ tempus amplecti videantur, *Vlpianus* tamen benigniore interpretatione de tempore poſt mortem accipienda putavit. Ideoque legatum inutile non eſſe, quod hoc modo relictum eſt, Titio cùm moriar centum do lego. Ad mortis conditiones, has connectendas eſſe arbitratus ſum; cùm voles, quoad voluero, cùm videbitur: nam & has morte finiri ajunt. Undè ſi quis hæreditatem, cùm volet, reſtituere rogatus ſit, interim quidem cogendum non eſſe, *Scævola* ſcripſit:

24. l. res uxoris. C. de don. inter vi. & ux.

79. l. cum pater §. hæreditatem. de leg. 1.

48. l. Stvtius Florus. §. 1. de ju. fiſ.

18. l. qui duos §. 1. de ma. teſt.

8.

ſit: poſt mortem utique rogatum videri, *Claudius*. Secundùm hæc *Ulpianus*, & ſingulare legatum quod ſic datum eſt, cùm voluerit hæres, tractum habere notat; quoad hæres vivat. Veruntamen ſi decedat hæres priuſquàm dederit, hæredem ejus omninò dare oportere. Quod ſi ipſe legatarius antè deceſſerit, nihil ad hæredem ſuum tranſmitteret. Simile in hac conditione, ſi promeruiſſet, ab *Africano* traditum eſt, quam non propriè conditionem appellavimus. Nam & in arbitrio hæredis eſſe ait, quo tempore velit manumittere: Et rursùs, ſi vivus non manumiſerit, poſt mortem hæredem ejus ſtatim libertatem præſtare debere. Sed hæc in teſtamentis: in contractibus verò verba hæc, *cùm volueris*, ad hæredem non tranſeunt. Undè ſi quis ita ſtipulatus à te ſit, Cùm volueris, dare ſpondes? ita demùm utiliter ſtipulatum videri, *Paulus* notavit; ſi priuſquàm moriaris, conſtituas te velle: ſi id non feceris, neque hæredem tuum obligatum fore: ut enim morientem interpretemur incipere velle, rectus ſenſus non patitur; quamvis, ut dixi, in teſtamentis benignior interpretatio recepta ſit. Sed & ſi in contractu ſolutiva conditio, ex voluntate ejus qui aliquid concedit, adjecta ſit; morte, hæc conditio exiſtere dicetur: licèt enim per mortem voluntas quæ anteà non fuit, non incipiat; quæ tamen anteà fuit, per mortem dicitur deſinere. Undè ſi locatio, aut precarii rogatio ita facta ſit, quoad is voluerit qui locavit, vel precariò conceſſit, morte eorum extingui contractum, *Pomponius* admonuit. Sic ſi Pontifex alicui conceſſerit, ut ſacerdotia quæ habet, retinere

39. l. uxorem. §. pe. de le. 3.

11. l. fideicommiſſa. §. fideicommiſſa. eo. t.

20. l. ſervos. de ma. teſta.

46. l. centeſimis §. fi. de verb. obl.

l. 4. locati.

poſſit quamdiu volet, Pontificis morte extingui gratiam ajunt.

De iſtis autem conditionibus; ſi volueris, dabis: quanti æſtimaveris aut velis, emptum hoc tibi ſit: aut, hæres meus ſi volet dato; non eſt quòd in præſenti capite agamus, cùm hæ conditiones nuſquam recipiantur, ut ſuo loco dicetur, Ut etiam audiendus non ſit, qui donatum ſibi eſſe contendat, quod ſic ei fuerat venditum quanti æſtimaſſet. Hæc autem verba, ſi fueris arbitratus, ſi putaveris, ſi exiſtimaveris, ſi videbitur, ſi tibi placuerit, & id genus alia, viri boni ſignificant arbitrium, eaque de cauſa conditionem non facere aliàs admonuimus. Idemque in his eſt, ſi promeritus fuerit, ſi te non offenderit: meritum enim tale denotant, quod apud virum bonum collocare fideicommiſſarius poſſit; neque poterit hæres cauſari, non eſſe promeritum, ſi alius vir bonus & non infeſtus meritum potuit admittere. Unde cùm ita ſcriptum fuiſſet, βούλομαι καὶ παρακαλῶ γλυκυτάτη μου ἀδελφὴ ἐν παρακαταθήκῃ ἔχειν σίχον καὶ λάμαν τούς μου πραγματευτὰς οὓς ἐγὼ οὐκ ἠλευθέρωσα ἄχρις ἐὰν τοὺς ψήφους ἀποκαταστήσωσιν ἐὰν ᾖ καὶ σοὶ ἀρέσωσιν ἐμήνυκά σε τὴν γνώμην μου: non ſpectandum quod hæredibus diſpliceret, id quod viro bono poſſet placere, ut libertatem conſequantur, à *Scævola* reſponſum fuit. Quod ſi de extranei arbitrio concepta ſit conditio, referre putem, an id in contractu factum ſit, an in teſtamento: in illis enim arbitrii verbum conditionem facere, aliàs demonſtratum eſt: in his autem ſecùs eſſe, & quamvis nominatim alicujus arbitrium electum ſit, ad boni viri arbi-

9.

§. c. ſi gratioſe de reſcrip. in 6. d. l. centeſimis. §. fi. 7. l. hæc venditio. & 35. l. quod ſæpe. de cont. em. d. l. fideic. §. quaquã. d. §. quamquam. 78. l. ſi ſic legatum. de le. 1. ſup. quæ cond. fa. nu. 29. d. l. fideicom. §. proinde. 41. l. Thais §. ſorore. de fideic. lib.

76. l. ſi coita. l. fi. C. de contrah. emp. Inſt. eo. tit. §. ſocium.

arbitrium referendum eſſe. In contractibus autem à perſona non licere recedere. 45. *l. ſocietas §. pe. de le. 1.*

10 Hæc autem verba, cùm potuero, cùm mihi commodum erit dabo, haud multùm à ſuperioribus diſcedunt. *l. 1. de leg. 2.* Nam *Proculus* cùm ita dos promiſſa fuiſſet, cùm commodum mihi erit dotis filiæ meæ nomine erunt tibi aurei centum, vel cùm potuero centum in dotem dabo, ad id quod actum eſt, referendam ſignificationem ſcribit: 125. *l. nepos. de ver. ſig.* propiùs tamen eſſe id actum videri, ut cùm ære alieno deducto, aut cùm ſalvâ dignitate ſua facere promiſſor poſſet, obligetio vim accipiat. Et cùm pater filiæ nomine ita centum doti promiſiſſet, cùm commodiſſimum ei eſſet, *Atteius Servium* reſpondiſſe refert, id ita accipiendum eſſe, cùm primum ſine turpitudine & infamia dare poſſet. 79. *l. avus de jur. do.* *Ulpianus* autem cùm ita libertas data eſſet, Stichus cum decem dare poterit, liber eſto; licèt ea parata habuerit ſervus, non tamen aliter ad libertatem perventurum ſcripſit, quàm ſi ea dediſset. *l. 3. §. ſi quis de ſtatulib.* In genere verò, Potentiæ verbum, in duas ferè ſpecies dividi ſolet, facti ſcilicet & juris, de quibus dictum eſt, cum de conditionum egimus varietate. Et *Celeſtinus* Pont. cùm ita ſcribitur, Si duo vel tres intereſse negotio nequiverint, de utraque potentia id accipiendum eſse admonuit. 13. *l. ſciſcitatus. de reſcrip.*

11. Cæterùm hanc conditionem, cùm uſusfructus ad illum pertinere deſierit, hoc ſignificare *Julius* admonuit, cùm aut morte, aut capitis diminutione ejus qui uſumfructum habebat, finitus erit, 41. *l. ſi uſusfructus. §. 1. uſuf.* quibus & alios modos finiendi uſusfructus connumerari poſse arbitrer. Atqui ſi mihi ſervi uſusfructus legatus fuerit, iſque cùm ego uti frui deſierim,

ſierim, liber eſse juſsus ſit: deinde ego ab hęrede ſervi æſtimationem acceperim, non videri extitiſse conditionem, idem *Julianus* ſcribit: homine enim quodammodo uti frui videor, cujus æſtimatio apud me eſt. Sed an hæc verba, cùm uſusfructus ad Titium pertinere deſierit, requirant uſumfructum aliquando apud Titium cœpiſse?

95. l. Titio uſusfructus. de cond. & de. *Paulus* cùm Titio uſusfructus ſervi legatus eſset, & ſi ad eum pertinere deſiiſset, libertas ſervo data, ac Titius, vivo teſtatore, mortem obiiſset, non valere libertatem ſcripſit. Idemque fore, ſi viveret Titius, & capere non poſſit: deſiiſse enim non videtur, quod non cœpit. Enimverò *Vlpianus*, ſi is cui uſusfructus legatus ſit, caveat rem, finito uſufructu, reſtitui, etiam ſi ad legatarium pertinere non cœpiſset, committi ſtipulationem notavit, quaſi deſinat pertinere quod non cœpit: optima certè ex cauſa: quid enim ſi pecuniæ uſusfructus fuerit legatus, legatumque poſteà nullius eſse momenti compertum fuerit, itaque re verâ uſusfructus cœptus non ſit? ànne idem in dote dicemus, ſi reddere quis eam promiſerit, matrimonio ſoluto; & nuptiæ ſecutæ non ſint?

109. l. non poteſt. de re ju.

84. l. non videtur. eod. tit.

l. 3. uſuf. quem ad ea,

Videamus prætereà de iſta conditione, Cùm ille ad annum xiiij. pervenerit, & id genus aliis, an annum xiiij. completum ſignificent, an cœptum ſolùm. Et regulariter putamus annum completum eſse oportere, ut conditio impleta eſse videatur. Si cui, inquit *Vlpianus* ſub hac verborum formula legatum ſit; illi cùm xiiij. annorum erit, certo jure utimur, ut tunc ſit xiiij. annorum, cùm eos impleverit, ſicque Imperatorem decreviſse *Marcellus* retulit. Ampliùs & ſi ſic legatum fuerit, 12.

51. l. ſi cui. de leg. 1.

illi

Illi cùm ad xvi. annum pervenerit, adhuc completum annum ſignificari *Paulus* notavit. Non putabam, inquit, diem fideicommiſſi veniſse, cùm, xvi. annum ingreſſus fuiſſet is, cui erat relictum cùm ad xvi. annum perveniſſet. Et ſecundùm hæc Aurelium Imperatorem Antoninum ad appellationem ex Germania judicaſſe monuit. Verùm ad alia ſuccedit diſputatio, ut annum completum eſſe dicamus, an diem noviſſimum præteriiſſe oporteat, hoc eſt, totos trecentos ſexaginta & quinque dies (hæc enim anni communis quantitas eſt) abſolutos eſſe, ut de momento ad momentum computatio fiat: an verò poſtremum diem cœptum eſſe ſatis ſit? Atque iſtud magis eſſe arbitramur. Minor, inquit *Vlpianus*, xx. annorum non eſt, qui diem ſupremum agit anni viceſimi; ideoque hunc poſſe manumittere receptum eſt. *l. 1. de manu.* In eandem ſententiam eum qui Calendis Ianuariis natus eſt, xiv. anno pridiè Calendas Ianuarias, poſt ſextam horam noctis, teſtamentum facere poſſe dicimus, hoc eſt, poſt noctis ejus dimidium: licèt tunc demùm lex nobis teſtamenti concedat factionem, cùm xiv. annorum facti ſimus. *5. l. qua ætate, de teſtam.* Diem namque Romani à media nocte incipiunt: noctem veteres ab occaſu ſolis ad ejus ortum, ſive hybernalem, ſive æſtivalem, in xii. partes æquales dividebant: & itidem de die ab ortu ſolis ad occaſum. *8. l. more, de fer.* *Aulus Gell. li. 3. c. 2. noc. Attic.* Vt & Mathematici dum ſingulis planetis ſingulas adſcribunt horas: & hunc diem artificialem quibuſdam appellare placuit; alius autem naturalis dicitur. Ex quo factum eſt, quòd dierum nomina planetarum non imitantur ſeriem, ut poſt Saturni diem, quem ſabbati vocamus, dies Iovis ſit proxima; quemadmodum

modum Saturno proximus eſt Iuppiter: & poſt diem Iovis, Martis dies ſequatur, ut Iovis ſphæram ſequitur ea quæ Martis eſt; & ſic de reliquis, quæ ut longiùs proſequamur, præſens non fert inſtitutum. Ad rem, itaque ſecundùm ſuperiora *Venulejus* & *Vlpianus* in uſucapionibus obſervari ſcribunt, ut ſi vel minimo momento noviſſimi diei poſſeſſa res ſit, expleta eſſe uſucapio cenſeatur. Itaque, ut alibi *Paulus* notat, annum civiliter numeramus ad dies, non autem ad tempòrum momenta. Quam tamen civilem interpretationem in temporalibus actionibus non obſervari, idem *Paulus* admonuit: has enim, niſi noviſſimus dies impletus ſit, non excludi receptum eſt. Sed & cùm prætor minori xxv. annis reſtitutionem in intêgrum pollicetur, de momento in momentum tempus computamus. Idemque evenit, ſi de majore annis mentio facta ſit, vel de annis completis: ut cùm majoribus lxx. annis à tutelis & honoribus vacatio data eſt. Regulariter itaque quoties certa ætas in conditione poſita eſt, completum annum eſſe oportet, hoc quo diximus modo. Fallit iſtud, ſi liberorũm favor aliud expoſtulet; ut ſi pater filio cùm ad certam ætatem pervenerit, juſserit reſtitui: hìc enim annum cœptum pro completo habebimus; ut *Paulus* in hac tradidit ſpecie: Sabinus filio impubere & filiâ exhæredatis, Juniam Valeriam matrem hæredem inſtituerat, eamque rogavit filio hæreditatem reſtituere, cùm ad xx. annum perveniſset; quòd ſi deceſſiſset antè eam ætatem, eandem hæreditatem filiæ volebat reſtitui: Matre inteſtatâ mortuâ, utriſque liberis relictis hæredibus, poſteà filius annum ingreſsus xx. reli-

ctâ

15. l. in uſucapione, de diverſ. & temp. præſcrip.

7. l. In uſucapionib. cum 8. l. ſeq. de uſuca.

134. l. anniculus de ver. ſig.

5. l. in omnibus de actio.

l. 3. §. minorum de minor.

l. 3. de ju. immu.

l. 2. de excuſ

74. l. qui filium. §. 1. ad Trebell.

ctâ Faniâ filiâ ſuâ hærede, vitâ quoque functus eſt: ab hac amita fideicommiſſum petebat, quaſi frater antè xx. annum deceſſiſſet: & apud Præſidem provinciæ obtinuit. Sed cùm ad Imperatorem appellatum eſſet, hic æquitate rei, & verbis teſtamenti motus, malè judicatum fuiſſe pronunciavit, de lege Ælia Sentia ſumpto argumento, *l. 1. de manu. inſt.* quæ tametſi minorem annis xx. manumittere vetet, libertatem tamen datam ab eo qui annum xx. *quib. ex cau. ma.* attigit, ratam habet: & in honoribus *Vlpianus* annum xxv. cœptum, pro completo eſſe notavit. *non lic. §. eadem leg.*

13. Porrò inter illas conditiones, cùm fari poterit, *8. l. ad* & poſtquàm fari poterit, multum intereſſe *Javolenus* admonuit: poſteriorem enim ſcripturam *temp. de mu. & ho.* uberiorem eſſe, priorem verò arctiorem, & id *217. l. inter illam de* tantummodò tempus ſignificare, cùm primùm *ver. ſig.*

14 fari poſſit. Hæc autem verba, cùm res ſuas adminiſtrare poterit; cùm in tutelam ſuam pervenerit; cùm ſui juris erit; & quam ſibi patris teſtamento Demoſthenes his verbis adſcriptam fuiſſe recitat ὅτε ἔμελλε τελευτᾷν ὁ ἐμὸς πατὴρ ἀφόβῳ ἔδωκεν ἐκ τῆς ἑαυτῆς ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον ἕως ἂν ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην quantam requirant ætatem videamus: & de xxv. annis communiter accipienda eſſe proditum eſt. Undè *Paulus*, cùm filius à patre rogatus hæreditatem Titio *l. fi. de con. & de.* reſtituere, ſi antequàm res ſuas adminiſtrare poſſet, è vivis deceſſiſſet; quamvis poſt xx. annum deceſſiſſet filius, fideicommiſſo tamen locum fore reſpondit. Enimverò *Vlpianus* hæc accuratiùs *48. l. cum* perſcrutatus, conditionem hanc, cùm in tutelam *filiofa. de* ſuam pervenerit; pro qualitate ejus cui adſcripta *leg. 3.* ſit, & ſcribentis voluntate ſignificationem variare

tradi-

tradidit: ut ſi filiofamil. ſic quid legatum ſit, cùm in tutelam ſuam pervenerit, pubertatis tempus ſignificatum eſſe videatur; non etiam ut paterfamil. ſit, hocque *Sabinum* probaſſe: niſi fortè à matre quæ ſuſpectum maritum habuit, legatum ſit. Iſto enim caſu, & cùm pubes, & cùm paterfamil. eſſet, denotaſſe mater cenſebitur. Quòd ſi jam puberi legatum ſit, de xxv. annis intelligetur: ſi prodigo vel furioſo, cùm à cura liberati erunt. Quin ſi filiæfamil. ſic legatum ſit, de ea ætate accipien-

49. l. filio-fa. eod. tit. dum eſſe *Paulus* ſcripſit, quâ viripotens futura ſit. Eadem dici poſſunt de hac conditione, cùm ſui juris factus erit: nam & hæc plerumque poteſtatis liberationem, plerumque pubertatem, plerum-

d. l. filioſa. que xxv. annos continere dicitur. Sed & ſi quis puberi minori xxv. annis ita legaverit, cùm ad pubertatem pervenerit, de ea ætate accipiendam hanc conditionem autumat, quæ in integrum reſtitutione caret. Has item, cùm ſuæ ætatis, vel ætatis legitimæ, vel juſtæ, vel maturæ factus fuerit, eodem modo ſignificationem variare putant.

Cæterùm de iſtis conditionibus; ſi meum erit, vel 15
quod meum erit cùm moriar; privatim quędam à Iureconſultis ſunt tradita. Et inprimis hæc verba etiam eò extendi ſolere, ut etiam res cum alio mihi communis mea eſſe videatur. Proindè ſi ita legavero, Stichum qui meus erit cùm moriar,

5. l. ſervi. de leg. 1. hæres meus Titio dato, deberi legatum *Paulus* tradidit, ſi mortis meæ tempore Stichus in me & Sejum communis fuerit. Sed an totus Stichus debeatur, an pars mea dumtaxàt, dubitatum fuit.

d. l. ſervi. *Labeo* totum deberi putabat; ſed *Caſsius* partem: in qua ſententia *Trebatium* fuiſſe refert, & à *Paulo* pro-

probata eſt. Et expreſſè *Julianus* hæc verba, *Si meus erit*, hoc ſignificare dixit, quatenùs meus erit: ut ſi totum teſtator alienaverit, extinguatur legatum; ſi partem, pro ea parte debeatur, quæ teſtatoris fuerit mortis ejus tempore. Sed & ſi hoc ſenſit teſtatòr, ut ſic legatus ſervus, ſi meus erit cùm moriar, ita demùm deberetur, ſi inſolidum ejus eſſet: communem cum alio non deberi, *Vlpianus* reſpondit, parteque alienatâ totam conditionem deficere. Porrò de uſufructu traditum eſt, hujus alienationem, legato hoc modo facto, ſi meus erit, non officere. Nam & is rectè meus eſſe dicitur, cujus uſusfructus alienus eſt. Ex contrario verò, ſi teſtator retento uſufructu, ſervi proprietatem alienaverit, extinguetur legatum. Servos, inquit *Vlpianus*, noſtros dicimus, qui pleno jure noſtri ſunt, inter quos fructuarii non continentur. Sanè eos noſtros dici poſſe quos pignori dedimus, nemo dubitabit. Et licèt alienato ſervo, deficiat conditio hæc, ſi meus erit; eo tamen manumiſſo, non idem fore, à *Martiano* notatum fuit: ad veritatem enim horum verborum, *ſi meus erit*, ſatis eſſe creditum eſt, ſi libertus ſuus eſſet, hocque *Celſum* probaſſe refert. Cæterùm ſi duo ſervi hoc modo legati ſint: Stichum & Pamphilum ſi mei erunt cùm moriar, hæres meus Sejo dato: ſic accipiendum eſſe *Paulus* admonuit, atque ſi ſeparatim uterque legatus fuiſſet ſub hac conditione, ſi meus erit: ut una pluralitas duas geminet ſingularitates. Idem erit, ſi ſic libertas data fuerit; Primus & Secundus ſi mei erunt cùm moriar, liberi ſunto; ut *Celſus* & *Vlpianus* ſcripſerunt. Sed præter hæc à *Paulo* talis propoſita eſt ſpecies:

6. l. Stichum eod. tit.

66. l. Iulianus §. 1. de leg. 3.

l. 2. de con. inſt.

d. l. 2. & 72. l. ſi quis ſervus de leg. 3.

71. l. ſervos eo. tit. ad ſervos.

51. l. talem. §. 1. de hære. inſti.

33. l. falſa. §. fi. de cond. & de.

l. 2. §. 1. de cond. inſt.

teſtator

teſtator ſic legavit; Agatheam quæ mea erit cùm moriar, hæres meus Titio dato: teſtator vivus Agatheam, quam tunc habebat cùm teſtamentum ſcriberet, vendidit; & aliis poſteà emptis ancillis, uni Agatheæ nomen impoſuit, an hæc legato cedat? Cedere reſpondit. In his autem verbis, *mancipia quæ in eo fundo erunt cùm moriar*, ſciendum eſt illa quoque comprehendi, quæ mortis tempore in fuga fuerint. Sic *Iulianus*, cùm teſtator fundum 16
Cornelianum & mancipia quæ in eo fundo eſsent cùm moreretur, legaſset, ancillam quæ in eo fundo eſse conſueverat, quàmvis in fuga fuerit cùm decederet teſtator, deberi ſcripſit; quin & partus ejus, quos in fuga edidit; tametſi ſervire nobis ſervus qui in fuga eſt, non videatur. Vndè cùm ſic libertas data fuiſset; ſi anno ſervierit Stichus, liber eſto: dies illos quibus in fuga fuit, pro libertate computandos non eſse, à *Paulo* notatum eſt. Idem erit ſi ita ſcriptum ſit; Stichus ſi hæredi meo ſeptem operas præſtiterit, liber eſto: tempus enim quo ſervus in fuga fuit, in operas non imputari certum eſt. Ampliùs *Papinianus*, cùm ſervum teſtator à filio poſt quinquennium manumitti voluiſset, ſi ei interim diurnas præſtitiſset operas; ac ſervus biennio proximo vagatus eſset: conditione eum defectum videri ſcripſit. Aliud in eo dicimus ſervo, qui aut valetudine, aut aliâ juſtâ de cauſâ impeditus fuit: nam hic nobis ſervire videtur. Vndè cùm ita ſcriptum fuiſset, Stichus ſi hæredi meo anno ſervierit, liber eſto; rectè quidem *Pomponius* annum accipi debere ſcripſit, qui ex diebus 365, conſtet: enimverò ſi quibuſdam diebus aut valetudo, aut alia res impedimento fuerit,

quò

28. l. filia ſua §. 1. de cond. & de.

86. l. hujuſmodi §. legatum de leg. 1.

l. 4. §. fin de ſtatulib.

14. l. ſervos. §. 1. eod. tit.

23. l. fideicommiſſaria. §. fi. de fid. lib.

l. 4. §. Stichus de ſtatu lib.

quò minùs ſervire potuerit, hos anno imputari debere à *Paulo* notatum eſt; ſervire etenim nobis intelliguntur, quos ægros curamus. Hæc ferè ſunt quæ de ſingularibus conditionibus Iureconſulti tradidêre.

17 Cæterum ſi plures conditiones uni ejdemque diſpoſitioni adjectæ ſint, (quod aut conjunctim, aut ſeparatim fieri poteſt) quid ſignificent explicemus: nemo autem (quòd ſciam) hanc rem plenè examinavit. Et quia plerumque evenit ſignificationem vix aliter demonſtrari poſſe, quàm per conditionem oppoſitam; ſciendum eſt variis modis conditionem unam alteri opponi: aut enim contraria eſt, aut contradictoria, aut ſubcontraria, aut ſubalterna. Has enim omnes Dialectici, Oppoſitas nominare ſolent; licèt poſterior ſpecies adverſi nihil contineat. Contrarietatem dicimus inter eas conditiones, quæ de univerſo ſumuntur; ideoque univerſales appellantur, hoc eſt, quæ univerſaliter aut omnia fieri jubent, aut univerſaliter nihil eorum quæ in conditione comprehenſa ſunt: Particulares, quæ hoc idem particulariter faciunt. In illis, cujus pars deficit, tota deficit: in iſtis, cujus univerſi pars extiterit, tota extitiſſe videtur. Neque hæc convertuntur: nam contrarias conditiones ſimul defeciſſe continget, ut contrariæ propoſitiones apud Dialecticos ſimul poſſunt eſſe falſæ. Ponamus ita ſcriptum eſſe, ſi liberi mei omnes impuberes deceſſerint: Certè quibuſdam mortuis puberibus, quibuſdam item impuberibus, falſum eſt omnes impuberes deceſſiſſe, & ſimul etiam falſum eſt, nullos deceſſiſſe impuberes, licèt hæc contraria ſint. Nam ut *Julianus*

14. l. ſi quis ducenta. §. utrum de rebus du.

lianus ait, ſi in eo quod de univerſo ſumitur, aliquid falſum eſt, totam orationem falſam facit. Simul autem verum eſſe, & omnes deceſſiſſe impuberes, & nullos deceſſiſſe impuberes, nullâ ratione poteſt. Hoc idem vult *Ariſtoteles*, dum ſcribit: ἐναντίω εἶναι τὴν τοῦ καθόλου κατάφασιν καὶ τὴν τοῦ καθόλου ἀπόφασιν οἷον πᾶς ἄνθρωπος δίκαιος, οὐδεὶς ἄνθρωπος δίκαιος. διὸ ταύτας μὲν οὐκ οἷόν τε ἅμα ἀληθεῖς εἶναι. Subcontrarias autem dicimus, quoties una de aliquo ex toto univerſo affirmat: & alia item de aliquo ex univerſo idem negat, quæ ſimul veræ eſſe poſſunt, falſæ autem non item. Et de iſtis *Ariſtoteles*: ἐνδέχεται ποτὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ συναληθεύειν. Ponamus ita ſcriptum eſſe, Si alter ex liberis meis impubes deceſſerit; & unus impubes, alius pubes vitam obierit, quis negaverit conditiones extitiſſe? licèt enim verum ſit alterum deceſſiſſe puberem, non propterea falſum eſt, alterum deceſsiſſe impuberem. Et quamvis duabus rebus propoſitis verum ſit, alterum eorum factum eſſe, verum tamen eſſe poteſt, alterum eorum factum non eſſe. Porrò ſi falſum ſit alterum eorum factum eſſe, verum eſſe oportet, alterum eorum factum non eſſe: ſimul enim falſæ hujuſmodi propoſitiones eſſe nequeunt. Contradictorias dicimus, quoties una ex univerſo quid affirmat, & altera ex aliquo idem negat, vel contrà: atque hæ neque ſimul veræ, neque ſimul falſæ eſſe poſſunt. Si liberis mortuis, verum ſit omnes puberes deceſſiſſe, falſum eſſe oportet aliquem ex liberis deceſſiſſe puberem? ſi verum ſit utrumque factum eſſe, falſum eſt, alterum factum non eſſe: ſi verum ſit neutrum factum eſſe, falſum eſt alterum factum eſſe: ſi verum

περὶ ἑρμηνείας.

rum eſt illud & illud factum eſſe, falſum eſt illud vel illud factum non eſſe. Subalternas appellant, quoties una ex univerſo quid affirmat, vel negat; & alia hoc idem facit ex aliquo. Omnis homo juſtus eſt, aliquis homo juſtus eſt : Nullus homo juſtus eſt, aliquis homo juſtus non eſt.

18 His itaque ſummatim præmiſſis, quid ad conjunctarum conditionum varietatem exigatur videamus. Conjunctas largo modo dicere poſſumus, quæ univerſaliter plura jubent aut fieri, aut non fieri. Et quidem ſi ita dictum ſit, ſi illud & illud factum fuerit; vel duabus rebus demonſtratis, ſi utrumque: veluti ſi uterque ſine liberis deceſſerit; ſi uterque mihi hæres erit; ſi uterque ad pubertatem pervenerit; vel ſic, ſi illa facta fuerint: hoc exigere conditionem certum eſt, ut omnino fiant; plures etenim conditiones ſimul junctæ, unius loco ſunt. Si quis ita, inquit *Scævola*, ſtipulatus fuerit, ſi navis ex Aſia venerit, & Titius conſul factus fuerit, non aliàs committetur ſtipulatio, quàm ſi utrumque contigerit. Et *Paulus*, ſi hæredi plures conditiones conjunctim datæ ſint, omnibus parendum eſt, quia unius loco habentur. Quod à *Juſtiniano* etiam probatum eſt: & à *Theophilo* in hoc explicatur themate : ſi ita, inquit, ſcriptum ſit; ἔστω ὁ δεῖνα κληρονόμος ἐὰν ἀνέλθῃ εἰς τὸ καπιτόλιον καὶ εἰ ἡ ναῦς ἔλθῃ ἀπὸ ἀσίας, καὶ ὁ δεῖνα γένηται ὕπατος δεῖ πασῶν ἀναμένειν τὴν ἔκβασιν. Quod in libertatibus quoque obtinere *Modeſtinus* admonuit : Et quòd dicitur in iis leviſſimam conditionem ſpectari ſolere, tunc verum eſſe, cùm ſeparatim adjectæ ſunt, non autem ſi conjunctim: hîc enim niſi omnes impletæ ſint, libertas non

5. l. ſi hæredi. de cond. inſt.
129. l. ſi quis ita de verb. obl.
5. l. ſi hær. de cond. inſt.
Inſt. de hæ. inſt. §. pen.
45. l. quod vulgo, de ma. teſt.

competet. Proindè cum ita ſcriptum fuiſſet; Si Stichus & Dama in poteſtate mea erunt, cùm moriar, liberi ſunto, & fundum illum ſibi habento: ac dominus alterum vivus poſt teſtamentum alienaſſet, neutrum liberum fieri ex ſermonis proprietate *Labeo* rectè putavit. In eandem ſententiam *Papinianus*: Cùm teſtator voluiſſet, ſi uterque filiorum ſuorum ſine liberis diem ſuum obiiſſet, hæreditatem totam ad Claudiam pertinere: altero defuncto, filio ſuperſtite, & altero ſine liberis: ſecundùm verba Claudiam nihil habituram ſcripſit. Nam quamvis alter ſine liberis mortuus fuiſſet, verum tamen non erat utrumque ſine liberis deceſſiſſe. Non eſt diſſimile quod *Juſtinianus* ſcripſit, apud veteres dubium fuiſſe, an ſi duobus filiis ſuis impuberibus ſcriptis hæredibus teſtator Titium ſubſtituiſſet, ſi uterque deceſſiſſet impubes: alterutro mortuo impubere, ſubſtitutus ſtatim in ejus partem admittendus ſit: ſed *Sabinum* reſpondiſſe, tunc demùm locum ſubſtituto fore, cùm uterque deceſſiſſet. Quod ipſe quoque *Juſtinianus* apertiùs explicans, non aliter ſubſtitutum admittendum putavit, quàm ſi uterque eorum in prima ætate defunctus ſit. Accedit iſtis, quod ex *Labeone Pomponius* retulit, ſi ita ſcriptum ſit; Titius & Sejus quantâ quiſque eorum ex parte hæredem me habuerit ſcriptum, hæres mihi eſto: niſi omnes habeant ſcriptum hæredem teſtatorem, neutrum hæredem teſtatori eſſe poſſe: quoniam ad omnium factum ſermo refertur. Et ſi ſic ſcriptum ſit; ſi Symphoro & Januario C. Titius præſtiterit, fundum ei lego: niſi utrique detur, defectam conditionem ex verborum pro-

26. *l. qui concubinam. §. ſi Stichus.*

57. *l. hær. mei. §. 1. ad Trebell.*

10. *l. cùm quidam C. de impub. & al. ſub.*

29. *l. hoc articulo. de hær. inſt.*

l. pe. de cond. & de.

prie-

prietate videri. Liquet itaque ſi plura in conditione conjunctim poſita ſint, utrumque exiſtere debere, ut conditio impleta eſſe videatur. Quod tamen in teſtamentis verum non erit, ſi altera pars impoſſibilis ſit aut turpis: hanc enim rejici, cuique notum eſt. Undè *Alphenus*, cùm ita ſcriptum fuiſſet; Si Mevia mater mea, & Fulcinia filia mea vivent, tunc mihi Lucius Titius hæres eſto; ac teſtator nunquam filiam habuiſſet, & ſupervixiſſet mater, Titium hæredem fore ſcripſit: quod & *Servius*, & *Labeo*, & *Sabinus*, & *Caſsius* probarunt. In eandem ſententiam *Pomponius*, non defici eum conditione reſpondit, qui ita hæres ſcriptus fuerat, ſi ſervos certos manumiſiſſet, quibuſdam ex his jam anteà mortuis: licèt *Neratium* in diverſa fuiſſe ſententia commemoret. Idem in juriſiurandi fore conditione, ſi ſimul cum aliâ adſcripta ſit, ab *Vlpiano* traditum eſt. Eſt prætereà alius caſus, in quo ad conjunctas conditiones alterum caſum extitiſſe ſatis ſit, ſi videlicèt eam ſcribentis fuiſſe voluntatem appareat. Secundùm hanc *Papinianus* in ea ſpecie cujus ſuprà mentionem fecimus; cùm duobus filiis ſcriptis hæredibus, teſtator, ſi uterque ſine liberis deceſſiſſet, hæreditatem ſuam ad Claudiam neptem ſuam pervenire voluiſſet; altero defuncto ſuperſtite filio, altero ſine liberis, Claudiam in partem ejus qui ſine liberis deceſſiſſet, admittendam reſpondit: ei enim, quam avus totum habere voluit, utroque ſine liberis defuncto, partem denegandam eſſe non credidit. Sæpè etenim ita comparatum eſſe *Paulus* admonuit, ut conjuncta pro diſiunctis accipiantur. Sic cùm Sejo ex ſemiſſe, & Titiâ ex qua-

45. l. ſi Mevia, de hær. inſt.

6. l. multa §. 1. de cond. & de.

8. l. quæ ſub conditione. §. ſi quis de cond. inſt.

d. l. hæredes mei. §. 1.

53. l. ſæpe de verb. ſig.

4. l. cum quidam C. eod. tit. quadrante, & aliis ex reliquis portionibus ſcriptis hæredibus, teſtator Sejum & Titiam rogaſſet poſt obitum eorum Titio & Sempronio reſtituere ſemiſſem ejus portionis quam eis reliquerat, Sejo defuncto ſemiſſem portionis ſuæ, non expectatâ Titiæ morte, ſtatim reſtituendam eſſe à *Scævola* *78. l. Lucius §. Cajo. ad Trebell.* reſponſum fuit. Idemque humanius eſſe *Pomponius* ait, in illa quam dixi ſpecie; Titius & Sejus quantâ quiſque eorum ex parte hæredem me habuerit ſcriptum, hæres mihi eſto; ut alter videlicèt in tantam partem admittatur, in quantam *d. l. hoc articulo.* ipſe teſtatorem hæredem ſcripſerit. *Paulus* quoque cùm in teſtamento ita ſcriptum fuiſſet; Stichum & Pamphilum Titio do lego, ſi mei erunt, *33. l. falſa §. fi. de cond. & de.* cùm moriar: quàmvis uno alienato, alterum vendicari poſſe notavit. Et *Tubero*, cùm ſic dictum eſſet; Si Stichus & Damas ſervi mei in poteſtate mea erunt, cùm moriar, tunc Stichus & Damas liberi ſunto, & fundum ſibi habento: quamvis altero mortuo, eum qui remanſit in poteſtate, & *29. l. qui concubinam §. fi. Stichus de leg. 3.* liberum fore, & legatum habiturum reſpondit: eaque *Tuberonis* ſententia probata fuit, quàmvis (ut ſuprà diximus) *Labeoni* aliud viſum fuerit. Atque hæc ſi affirmativè plura in conditione conjuncta ſint, hoc eſt, ſi facta eſſent. Videamus de negativis. Et quidem ſi negativè res plures in conditione conjunctim comprehenſæ ſint, hoc modo, ſi neque illud, neque illud feceris, ſi neque hominem, neque fundum mihi dederis, centum dabis: alterum extitiſſe ſatis erit, ne committatur ſtipulatio: altero enim dato, falſum eſt, neque hominem, neque fundum datum eſſe. Vndè ſi ita ſcriptum ſit, ſi neque ille, neque ille mi-

hi

hi hæres ſit, Titius hæres eſto, altero hærede exiſtente, Titio locus non erit. Idem fuerit, ſi hoc modo conditio concipiatur, ſi neuter illorum mihi hæres erit. Vt enim univerſalis affirmativa utrunque fieri deſiderat: ita univerſalis negativa, neutrū. Tunc autem duo pluráve negativè conjuncta eſſe dicimus, quoties omnia remota ſunt: aliter atque ſi ita dictum ſit, ſi hoc & hoc factum non fuerit. Secundùm hæc *Scævola*, ſi quis ita ſtipulatus ſit, ſi nec navis ex Aſia venerit, nec Titius conſul factus fuerit; ut neutrum fiat, requiri dixit, ad ſtipulationem committendam. Itaque ſi quis ex pluribus in ſtipulationem deductis, unum fieri velit: ſic inquit *Julianus*, pœnam adjicere debebit; ſi nihil eorum factum erit, tantum dabis: ut enim ex hac ſtipulatione pœna debeatur, verum eſſe oportet neque hoc, neque illud factum eſſe, hoc eſt, eorum nihil. In eandem ſententiam idem *Julianus*; cùm Proculus ex quadrante, & Quietus ex dodrante ſcripti fuiſſent hæredes, & Proculo Soſia, & Quieto Florus ſubſtituti; ac deindè, ſi neque Soſia, neque Florus hæredes eſſent, tertio gradu Lepticianorum Colonia ſubſtituta eſſet: cùm Proculus & Soſia vivo teſtatore, diem obiiſſent, ac Quietus adiiſſet hæreditatem: ex ſermonis proprietate quadrantem Proculo datum, ad ſubſtitutos tertio gradu pertinere tradidit: quia verum fuit neque Soſiam, neque Florum hæredes eſſe: tametſi in hac ſpecie ex præſumptâ mente teſtatoris diverſum reſponderit. Et cùm haſce conditiones, quæ de univerſo negativè ſumuntur, contrarias eſſe conſtet iis quæ de univerſo ſumuntur affirmativè, conſequens eſt eas ſimul veras eſſe non poſſe. Si enim verum ſit illud & illud

129 l. ſi quis ita de verb. ob.

14. l. ſi is qui §. pe. de reb. dub.

30. l. quidam teſtamento, de vulg. & pu.

lud factum eſſe, falſum eſſe neceſſe eſt, neque illud neque illud factum eſſe: Enimverò falſæ ſimul eſſe poſſunt: licèt enim altero tantum facto falſum ſit, illud & illud factum eſſe: falſum tamen eſſe poteſt, neque illud, neque illud factum eſſe. Alia ſignificatio erit, ſi copulativè plura, adjectâ negatione, conjuncta ſint, hoc modo, ſi hominem ac fundum non dederis, centum dare ſpondes? hîc enim utrumque faciendum eſſe, ne committatur ſtipulatio, *Iulianus* admonuit; licet enim alterum datum ſit, verum tamen eſt, hominem & fundum datum non eſſe: aliter atque in ſuperiori diximus formula hâc; ſi neque hominem, neque fundum dederis; huic enim ſatis eſt, ne committatur ſtipulatio, alterum datum eſſe: altero enim dato, verum eſſe nequit, neque hoc, neque illud datum eſſe. Secundùm hæc, ſi ita ſcriptum ſit; Titius & Sejus hæredes mihi ſunto; Si Titius & Sejus hæredes non erunt, eſto mihi hæres Sempronius; ut Sempronio locus ſit, alterum hæredem non eſſe ſufficit: nemo enim negaverit vel hoc caſu verum eſſe, illum & illum hæredes non eſſe, itaque conditionem extitiſſe, Sic *Iulianus* hâc ſuppoſitâ conditione; Si Stichum, Damam, & Erotem non ſtiteris, decem dabis; extitiſſe conditionem dixit, ſi unus ſtatus non eſſet. Ut non rectè noſtri interpretes, Sempronio in prædicto themate non aliter locum fore putârint, quàm ſi neuter eorum qui primo gradu ſcripti ſunt, hæres extitiſſet: quaſi non referat, an hoc modo dictum ſit; ſi neque Titius, neque Sejus mihi hæres extiterit; an hoc, ſi Titius & Sejus hæredes mihi non erunt. Dicimus itaque, ſi

14. l. ſi is qui ducenta §. cum ita de reb. du.

Bart. & alii in l. 1. de vulg. & pu. nu. 48.

quis Stichum, & Damam, & Erotem ſiſti ſtipulatus ſit, & niſi ſtati eſſent, decem dari; integram pœnam commiſſam eſſe, ſi unus ſtatus non ſit: hocque *Julianum* annotaſſe, & *Labeoni* placuit, & ex ſermonis rigore verum eſt. Enimverò *Vlpianus*, ſi pro ratâ portione unius pœna offeratur, benignore ſententiâ, exceptionem doli opponi poſſe credidit. Et *Scævola*, ſi ſervus duobus dominis communis inſtitutus hæres ſit, & ſi hæres non eſſet, ſubſtitutus Mevius, ſubſtituto locum fore ſcripſit, ſi alterius juſſu adierit ſervus hæreditatem, alter autem adiri noluerit. Et Imperator *Alexander*, cùm ita ſcriptum fuiſſet; ſi mihi Firmianus filius & Ælia uxor mea hæredes non erunt, Publius hæres eſto: in eum caſum ſubſtitutionem factam videri, quo utrique hæredum ſubſtitui poteſt. Ex quibus quid ſimilibus oblatis caſibus reſponderi debeat, facilè quiſque, niſi mentis prorsùs expers ſit, intelligit. Poterat hiſce ſubnecti hæc conditionis formula, ſi quid eorum quæ dicta ſunt, factum non fuerit, centum dari; quærique an ad committendam ſtipulationem nihil eorum, quæ in principali ſtipulatione comphrehenſa ſunt, eveniſſe neceſſum ſit. Sed cùm hæc diſputatio ad diſiunctas quoque conditiones

20 pertineat, de iis primùm videamus. Et ſanè ſi pluribus demonſtratis, alterum electum ſit, hoc eſt, ſi plures conditiones diſiunctim adſcriptæ ſint, unam impleri ſatis eſſe, ut tota extitiſſe videatur, nemo dubitabit: particularium etenim propoſitionum, de quibus Dialectici, naturam iſtæ conditiones imitantur. Cùm duæ etenim res alternativæ junguntur, pro una conditione, quæ duas habeat partes,

d. §. cùm ita.

9. l. ſi ſervus. §. ſi quis cautio.

l. ſi. de vulg. & pup.

4. l. quàmvis. C. de imp. & aliis ſub.

26. l hac ſcriptura de cond. & de.

5. l. ſi hær. de cond. inſt. Inſt. de hæ. inſt.

tes, accipiendam eſſe *Julianus* notavit, ut & de conjunctis dictum eſt. Cui itaque libet, parêre poteſt, cui adſcriptæ ſunt, & ut *Iuſtinianus* ait, cui libet obtemperaſſe ſatis eſt, ſi ita adſcripta conditio ſit, ſi illud aut illud factum fuerit. εἰ δὲ διαζευκτικῶς, ἔφη Θεόφιλος, ταῦτα ἔγραφα εἰπὼν ἔςω ὁ δεῖνα κληρονόμος ἐὰν ἀνέλθῃ εἰς τὸ καπιτόλιον, ἢ ἐὰν δῶ Τιτίῳ ι νομίσματα διαν βούλεται δὲ αὐτῶν ἀποπληρῶν, γενήσεται κληρονόμος. Cui conſequens eſt,

77. l. cum pupillus de de cond. & de. 13. l. cum quærebatur jud. ſol.

alterius ex duabus conditionibus diſiunctim adſcriptis defectum nihil obeſse, ut *Papinianus* admonuit. Neque refert qualis fuerit conditio, an arbitraria, an caſualis. Secundùm hæc *Vlpianus*, ſi quis ſtipuletur, ſi navis ex Aſia venerit, aut ſi Titius conſul factus fuerit: ſive navis prior venerit, ſive Titius antè conſul factus ſit, committi ſtipulationem ſcripſit, nullo prætereà expectato; cùm ampliùs committi nequeat, alterumque omninò factum eſse ſufficiat, ut *Scævola* ait: Idemque ab *Africano* in hac probatum eſt formula, ſi navis ex Aſia venerit, ſive Titius conſul factus fuerit, tantundem dare ſpondes?

129. l. ſi quis ita de verb. ob.

Eſt tamen hîc rurſus animadvertendum, nonnunquam ex præſumptâ mente diverſum reſponderi. Sic *Juſtinianus* hanc conditionem, ſi filius meus inteſtatus, aut ſine liberis; aut ſine teſtamento deceſſerit; tunc extitiſſe videri ſcripſit, cùm omnes ejus partes veræ eſſent, ut diſiuncta pro conjunctis poſita accipiantur, ut & in aliis nonnunquàm uſu venire, & *Paulus*, & *Iuſtinianus* admonuerunt. Atque hæc ſi affirmativè plura diſiuncta ſint. Cæterùm & ſi cum negatione hoc idem factum ſit, idem ferè obſervamus; veluti ſi ita ſcriptum ſit, ſi navis 21

36. l. ſi ita quis co. tit.

55. l. ſæpe de verb. ſig. & l. pen. C. eo. tit.

cx

ex Aſia non venerit, aut Titius conſul factus non
fuerit: hîc enim, ut *Scævola* admonet, alterum fa-
ctum non eſſe ſufficit, ut ſtipulatio committatur: *d. l. ſi quis*
licèt enim altero facto, ut *Julianus* ait, verum ſit *ita.*
hoc, aut illud factum eſſe; nihilo tamen minùs ve-
rum eſt, hoc aut illud factum non eſſe. Quando *14. l. ſi*
enim ſignificatio non ex univerſo, ſed ex aliquo *quis du-*
ſumitur: ſi veri aliquid eſt, totam orationem ve- *centa. §.*
ram facit. Atque hæc eſt propria verborum ſigni- *utrum de*
ficatio, de qua rurſùs diſceſſum eſſe ex præſumpta *reb. dub.*
mente comperies. Sic *Julianus*, cùm paterfami- *d. l. ſi quis.*
lias ita ſcripſiſſet; Si mihi filius aut filia hæres non *§. ſi.*
erit, Sejus hæres eſto: procliviùs eſſe reſpondit
ſic interpretari, ut ſive filius, ſive filia hæres eſ-
ſet, Sejus non admittatur. Sed & cùm ita ſcrip-
tum fuiſſet; Titius frater meus hæres eſto, ſi mi-
hi Titius hæres non erit, aut ſi filium aut filiam
non habuerit, tunc Stichus mihi hæres eſto: quàm-
vis ex ſermonis rigore, tametſi Titius hæredita- *85. l. Lu-*
tem adiiſſet, ſi tamen liberos tunc cùm adiret non *cius de hæ.*
habuerit, Sticho locum eſſe conſequens fuerit; *inſt.*
diverſum tamen à *Scævola* reſponſum eſt. Et *Iuſti-*
nianus, ex his verbis; ſi filius meus inteſtatus, vel
ſine liberis, vel ſine nuptiis deceſſerit, hæredita-
tem illi reſtituat: tunc demùm ſubſtituto locum *l. generali-*
22 fore ſcripſit, ſi horum nihil ſubſecutum eſſet. Cæ- *ter C. de*
terùm de hujus ſignificatione videamus, Si quid *inſt. ſub*
eorum factum non fuerit. Breviter ex forma præ- *cond. fact.*
cedentis ac principalis ſtipulationis, hujus ſigni-
ficationem variari arbitramur: ut ſi quis illud &
illud fieri ſtipulatus, addiderit, ſi quid eorum fa-
ctum non fuerit, centum; utrumque fieri neceſ-
ſum ſit, ne centum debeantur: veluti; ſi Stichum,

&

d.l.ſi is qui ducenta.§. cùm ita. & Damam, & Erotem ſibi ſtipulatus, addat, ſi quis eorum non ſtatus ſit, decem dari: omnes enim ſiſtendi ſunt, ut ſtipulationi ſatisfiat, & pœna evitetur. Si verò quis ſtipulatus fuerit illud aut illud fieri; deindè addiderit, centum dari, ſi quid eorum factum non eſſet: hoc dixiſſe videbitur, ſi nihil, aut neutrum eorum factum eſſet, dari centum. Et ſecundùm hæc *Iulianus* rectè intereſſe ſcripſit, an ita concepta ſtipulatio ſit, ſi illud aut illud factum non fuerit; an hoc modo, ſi quid eorum factum non erit. In priori enim quæri, an aliquid factum non ſit, neque prodeſſe, ſi aliquid factum ſit, ſi aliquid factum non ſit, cùm utrumque fieri oporteat, ne ſtipulatio committatur: in poſteriori verò, ad petendam pœnam nihil prodeſt aliquid factum non eſſe, ſi aliquid factum ſit, cùm hic neutrum fieri oporteat, ne ſtipulatio committatur. Itaque hæc, ſi quid eorum factum non erit; hoc ſignificabit, ſi nihil eorum factum erit. Veluti ſi quis ſic interrogatus, eorum quid, quæ objiciuntur tibi, feciſti? ille neget: hoc, inquit, exprimit, eorum quid, quæ objiciuntur mihi, non feci, id eſt, nihil eorum feci. Qui itaque ex pluribus unum fieri velit, ſic ſtipulari poterit; illud aut illud ſtipulari ſpondes? ſi nihil eorum factum erit, tantum dabis? Atque hinc *d.l.ſi is qui ducenta.§. pe.* liquere puto, quàm ſe inaniter noſtri interpretes in hiſce cruciarint; expeditumque hoc eſt, quid junctæ conditiones ſignificent. Cæterùm ſi di- 23
verſis teſtamenti partibus, circà idem variæ adſcriptæ ſint conditiones, cui ſtandum ſit, ſequenti capite explicabitur. Porrò an ſeparatæ condi- 24
tiones ad caſum trahantur conjunctum, non in-

com-

commodè quæſierit quis. Ponamus ita ſcriptum eſſe, Titius & Sejus, uter eorum vivet, hæres mihi eſto; an ſi uterque vivat, ambo hæredes futuri ſint? Quod *Celſus* probavit, alteroque mortuo, ſuperſtitem ex aſſe hæredem fore: idemque in legato obſervari. Rurſus ſi ſic ſubſtitutio facta ſit; ei qui ex liberis meis ſupremus morietur impubes, Titium ſubſtituo: & uterque peregrè mortem obierit, & uter noviſſimus deceſſerit, incertum ſit, utriuſque peti bonorum poſſeſſionem poſſe, à *Papiniano* notatum eſt. Et cùm teſtator ita ſcripſiſſet, ſi mihi filius natus fuerit, ex beſſe hæres eſto; ſi filia, ex triente, ex reliquo uxor: filiuſque & filia nati eſſent, vulgatum eſt *Iuliani* reſponſum, quo omnes admittendos eſſe, & hæreditatem in ſeptem diſtribuendam partes putavit, ut filius quatuor, uxor duas, filia unam habeat. Sic enim, inquit, ſecundùm mentem teſtatoris, filius altero tantum amplius habebit quàm uxor: & item uxor altero tanto ampliùs quàm filia: & à *Celſo* probatum eſt. Rurſus ſi hoc modo ſcriptum ſit; Si filius mihi natus fuerit, hæres ſit: ſi duo filii, ex æquis partibus; ſi duæ filiæ, ſimiliter; ſi filius & filia, filius ex duabus partibus, filia ex tertia: & naſcantur duo filii & filia, *Paulus* quinque partes faciendas eſſe notavit, ex his binas maſculos accepturos, fœminam unam. Atque his, de conditionum interpretatione, quantum ſatis eſſe credidi, dictum eſto.

24. l. Titius. & l. idemque de he. inſt.

11. l. qui ex liberis, de ſecun. tab.

13. l. ſi ita ſcriptum de lib. & poſthumis.

81. l. clemens, de her. inſt.

TITVLVS SECVNDVS

De Conditionis implemento.

SUMMARIUM.

1. *Id fieri oportere, quod verba ſignificant: ſi non de diverſa mente appareat.*
2. *Conditiones ad caſus ſimiles non trahi.*
3. *Conditiones in forma ſpecifica debere impleri.*
4. *In conditionibus à perſona non eſſe recedendum, eâ demonſtratâ.*
5. *Si quis certâ demonſtratâ perſonâ dare juſſus ſit, cui dare oporteat?*
6. *Cui dandum ſit, quod quis hæredi dare juſſus eſt, aut nemine nominato?*
7. *Faciendi conditiones, perſonis cohærere.*
8. *Vnde ſervus dare juſſus, pecuniam accipere poſſit?*
9. *Quàm cito conditionibus parere oporteat?*
10. *Hæredi terminum cõſtitui poſſe, intrà quem conditioni pareat.*
Non idem obtinere in contractibus.
11. *Negativa cõditio quando impleta eſſe dicatur in contractibus?*
Quid in lege, vel ſtatuto?
12. *In teſtamentis ut negativa conditio extitiſſe videatur.*
De Mutiana cautione.
13. *An Mutianæ cautioni in contractibus locus ſit?*
14. *Mutianæ cautioni locum non eſſe in teſtamentis, ſi quid pœnæ nomine relictum ſit: ſed extitiſſe cõditionem videri, ſi ſtatim atque potuit, datum factum non ſit.*

An

15. *An is cui dies implendæ conditionis præteriit, moram purgare poſſit?*
16. *Annè per reſtitutionem in integrum ei ſuccurri poſſit?*
17. *An conditiones poſt mortem teſtatoris impleri oporteat, an vivo teſtatore extitiſſe ſatis ſit?*
18. *An ea quæ teſtamenti tempore facta ſunt ad conditionis impletionē ſufficiant?*
19. *An dandi conditio diviſionem recipiat?*
20. *An faciendi conditio recipiat diviſionem?*
21. *An alius pro alio conditionem implere poſſit?*
22. *Vt ii qui in alterius poteſtate ſunt, conditiones expleant?*
23. *An uni adſcripta conditio per hæredem ejus, aliumvè ſucceſſorē impleri poſſit?* *Nova ſententia.*
24. *Quæ conditiones per æquipollens poſſint impleri.*
25. *An conditionis impletionem durare oporteat?*
26. *Si de jure conditiones impleri non poſſint, factum nudum ſufficere.*
27. *In dubio, an impleta ſit conditio, judicem definire poſſe.*

1. QUomodò autem, quibúſve modis conditiones impleri oporteat, ipſa quidem adſcriptæ conditionis forma demonſtrat. Id enim fieri oportet, quod ipſa verba conditionis ex propria natura ſignificant, niſi diverſa mens aut voluntas oſtendatur. Ut ſi de morte conditio adſcripta ſit, de naturali accipiendum ſit, neque deportationis caſum ſufficere, ſuperiori capite oſtenſum ſit. Et, ſi ſervi uſusfructus Titio legatus fuerit, & ſi ad eum uſusfructus pertinere deſierit, eidem ſervo libertas data: Titio,

tio, vivo teſtatore, mortuo, aut incapace facto, libertatem non deberi, quòd deſiiſſe propriè non videatur, quod nunquàm cœpit, ut ſuperiori capite latiùs tractavimus. Hiſce conſentaneum eſt, quod dici ſolet, conditiones ad caſus ſimiles non trahi: caſum omiſſum manere in diſpoſitione juris communis, eumque qui ſibi in unum providit caſum, de alio eſſe excluſum.

num. 7. l. commodiſſime. de lib. & poſt.

Si cùm dotem, inquit *Vlpianus*, pater daret, vel extraneus pro muliere in unum caſum eam ſibi reddi pepigit, vel in divortium, vel in mortem, dicendum eſt in eum caſum in quem non pepigit, eſſe mulieri actionem.

22. l. ſi cum dotem ſol. matr.

Adeoque cùm conditiones facti ſint, etiamſi in dando conſiſtant, ut alibi *Paulus* & *Marcellus* notârunt (Verbum etenim *Facere*, omnem omnino cauſam faciendi complectitur, donandi, ſolvendi, numerandi, judicandi, ambulandi) in forma ſpecifica eas implendas eſſe dicunt. Et hinc à perſona non eſſe recedendum, communiter receptum eſt. Vnde *Cajus*, ſi ita ſtipulatus fuero, utram illarum rerum Titius elegerit, mihi dare ſpondes? non ante alterius petendæ facultatem me habiturum ſcripſit, quàm ſi ipſe Titius elegerit. Amplius ſi ita libertas per fideicommiſſum data ſit, ſi uxori teſtatoris, quæ ex parte hæres ſcripta fuerat, placuiſſet, quamvis eâ hæreditatem omittente, adhuc tamen voluntatem ejus ſpectandam eſſe à divo *Alexandro* Eutycheti reſcriptum eſt.

44. l. qui hæredi. de cond. & de. 68. l. ſi ſervus de ſolut. 218. l. verbum. de verb. ſig. 141. l. ſi ſervus de verb. ob. 8. l. cum proponas. C. de fid. lib.

Adeoque hæc, ut ſi ſervus, vel filiusfamil. ita ſtipulati ſint, rem illam aut illam, utram velim, dare ſpondes? ipſos, non dominum vel patrem decernere debere putaverit. Amplius *Scævola*, cùm Augerius filiusfamil. ſervo Publii Mevii

122. l. qui Romæ. §. Angerius eo. tit.

vii ſtipulanti ſpopondiſſet ſe daturum, quicquid patrem ſuum Publio Mevio debere conſtitiſſet, patre mortuo, priuſquam de debito conſtitiſſet: conditionem defectam eſſe reſpondit, nec quicquam profuturum, ſi cum patris hærede actum fuerit. Licèt me non lateat, quæ jam pridem *Franciſcus Connanus* & *Duarenus* in hoc reſponſum *Scævolæ* commentati ſunt, ille tacitè incluſam conditionem eſſe ſomniat, ſi pater ſolvendo non ſit, quaſi ità ab Augerio dictum ſit, quicquid patrem meum Publio Mevio debere conſtiterit, ſpondeo me daturum, ſi is ea præſtare non poterit, ut tanquam fidejuſſor ſe filius pro patre obligârit. Itaque ſi non extitiſſet hæc poſterior conditio, ut patre mortuo ſolvendo, Augerium non teneri ex ſtipulatu, quia ſtipulantis non interſit. Nam ſi quis ſe pro alio ſoluturum promiſerit, ita demum obligatur, ſi ille ſolvendo non ſit: alias enim ſtipulantis non intereſt, cùm æquè ſalvam pecuniam ſit habiturus. *Duarenus* verò voluntatis eſſe quæſtionem putat, *Scævolamque* de ea non reſpondiſſe, quæ mihi perabſurda eſſe viſa ſunt, nec *Scævolæ* verba has interpretationes ferre: uti nec illam, quam ex *Petro Stella Aurelianenſi*, qui & mihi præceptor fuit, idem *Connanus* profert. Hic *Stella Scævolam* putabat reſpondiſſe, ſtipulationem non eſſe commiſſam, ſi non extitiſſet conditio, ut ſi adverſus hæredem de debito non conſtitiſset: contrà verò commiſsam eſsé, ſi vel cum hærede actum ſit, & debitum probatum: quam interpretationem nec ipſe *Connanus* probandam putat. Vulgarem itaque noſtrorum interpretum intellectum veriorem arbitror. Nec uſque abſurdus is

lib. 6. c. 5.

97. l. ſi ita ſtipulatus, §. 1. de verb. ob.

eſse videbitur, ſi ſpectemus conditionum eam eſse naturam, ut ad amuſſim in ſuis terminis obſervari debeant. Accedit quod circà pignorum conſtitutionem traditum eſt, ſi aliena res pignori data ſit, ineſse conditionem, ſi debitoris facta fuerit; quam conditionem tamen in hærede debitoris verificari non poſse, ſuo loco oſtendetur. Ideóque licèt hæres alienam rem à defuncto pignori datam acquiſierit, non tamen convaleſcet pignus, uti ſi ab ipſo debitore vivo acquiſita fuiſset. Rurſùs in generali bonorum obligatione *Paulus*, conditionem illam, ſi quæ debitoris facta fuerint, quam pro futuris bonis ineſse novimus, ad ea quæ ab hærede ejus alia de cauſa acquiſita ſunt, non extendi tradidit.

Tit. qua conditiones inſint tacitè. nu. 9. 41. l. rem alienam de pig. act. 29. l. Paulus de pig. ſa. inf. hoc eo. c. nu. 31.

Quin ſi in dando conditio adjecta 5.
ſit, illi præcisè dandum eſse conſtat, qui nominatim expreſsus eſt, adeò ut nec hæredi ejus dare liceat. Secundùm hæc *Hermogenianus*, Cùm ita libertas Sticho data fuiſset, ſi Titio qui ſcriptus hæres non erat, dediſset decem, certam perſonam his verbis demonſtratam eſse putavit: Ideóque in perſona Titii nominatim implendam eſse conditionem reſpondit; adeò ut hæredi ejus dando, nihil actum eſse arbitratus fuerit. Idem ab *Vlpiano* probatum eſse comperi: ſi aliî, inquit, quàm hæredi ſervus dare juſsus fuerit, à perſona recedendum non eſt. Enimverò ſi is qui domino dare juſsus fuerat, conſentiente domino, ſervo dederit, ut is domino daret, impletam conditionem fore *Paulus* tradidit: nolente verò domino aut neſciente, ſervo ejus dari non poſse putat. Cæterùm ſi quis ſervo dare juſsus fuerit, domino dando, impleviſse conditionem non videbitur, niſi fortè ex vo-

93. l. eum ita de con. & de.

l. 4. §. ſi ſub. de fid. lib.

95. l. Stichum §. uſumfr. de ſolut. d. l. qui. hæredi.

voluntate ſervi domino dederit: quamvis gene- *d. §. uſumf.*
raliter quæ ſervis dantur, dominorum contem-
platione data videantur; ut nec fructuario acquiri
ea *Vlpianus* admonuerit, quæ conditionis implen- *26. l. ſed*
dæ gratiâ ſervus conſecutus eſt, niſi ejus contem- *& ſi. §. 1.*
platione adjectam fuiſſe probet. Pupillo autem vel *de uſufr.*
furioſo ſi quis dare juſſus fuerit, an tutori, vel cu-
ratori ejus dando, conditionem impleſſe dicatur;
videamus. Et *Paulus* rectè impletam eſſe ſcribit: *d. §. uſum-*
idemque *Labeo* & *Pegaſus* utilitatis cauſâ recep- *fru.*
tum eſſe putarunt, & ita verum eſſe, ſi in rem pu- *13. l. ſi*
pilli vel furioſi pecunia verſa fuerit; & (ut *Africanus* *fundus de*
ait) ſi fide bonâ, & citrà fraudem id actum ſit. *cond. & de.*
Vnde cùm teſtator filio ſcripto hærede, Stichum *22. l. qui*
liberum eſſe juſſiſſet, ſi rationes reddidiſſet, ſer- *filium de*
vuſque ſubtractam pecuniam cum tutore partitus *ma. teſt.*
fuiſſet, ut is rationes pares ſcriberet, Stichum li-
berum eſſe negavit. Quin *Marcellus* tutori vel cu- *68. l. ſi ſer-*
ratori omninò dandum eſſe notat, ipſiſque (furio- *vus de ſo-*
ſo inquam vel pupillo) dari non poſſe, ne datio ex *lut.*
illorum imbecillitate pereat: in adulto autem non
aliter curatori ſolvi poſse dicitur; quàm præſente
adoleſcente, aut ſi in ejus rationes ſolutio relata
ſit. Unde interrogatus *Paulus*, cùm Stichus ita à
me liber ſcriptus eſse proponeretur, ſi actûs ſui ra-
tionem Cajo filio meo reddidiſset, an reliquatio
poſt pubertatem filii, curatoribus ejus exolvi poſ- *53. l. Lu-*
ſet? reſpondit non poſse, niſi vel præſente ado- *cius de ma.*
leſcente id factum ſit, vel pecunia in ejus rationes *teſt.*
ſit relata: quæ ſententia *Papiniani* autoritate con- *6. l. ſi ſta-*
firmata eſt. Cæterùm an is qui filiofamil. dare juſ- *tuliber a §.*
ſus eſt, patri dare poſſit; non eſt quòd dubitetur: *ſi filiusfa.*
nam *Vlpianus* ſi filiusfamil. hæres inſtitutus ſit, & *de ſtatu-*
 lib.

 ſta-

ſtatuliber filio dare juſsus, ſive filio, ſive patri dando, ſervum ad libertatem perventurum ſcripſit. Sed etſi ſervus legatus Titio ſit, & libertas ei data, ſi centum nummos ei dediſset, Titio dandos eſse *Jabolenus* notavit. Itaque ſi quis nominatim alicui dare juſsus ſit, hæc quæ diximus obſervanda erunt. In quo & hoc à *Paulo* annotatum eſt, ut ſi pupillo ita legatum fuerit, ſi decem quæ ſine tutore mutuo accepiſset, reddidiſset; unâ ſolutione pupillum conditionem implere, & à naturali obligatione ſe liberare poſse.

36. l. Stichum eod. tit.

21. l. ſi pupill. ad leg. Fal.

At ſi in conditione comprehenſum 6.
ſit, quid hæredi dandum eſset aut fortè expreſsum non ſit, cui teſtator dari voluerit, quid juris ſit videamus. Et quidem ipſis hæredibus utroque caſu pro portionibus hæreditariis dandum eſse arbitramur, ſiquidem hæredum nomina expreſsa non ſint. Nam *Pomponius*, ſi ſervus ita liber eſse juſsus ſit, ſi certam pecuniam dediſset, nec dictum ſit cui: eo modo ad libertatem perveniet quo poſset, ſi ita ſcriptum fuiſset, ſi hæredi dediſset. Et generaliter *Paulus*, qui pecuciam dare juſsus eſt, niſi dictum ſit cui, hæredibus dare debet pro portionibus hæreditariis: idemque erit, ſi hæredibus dari teſtator voluerit. Nam & hîc hæreditarias portiones obſervandas eſse *Pomponius* notat. Planè ſi in dandi conditione ſervo adſcriptâ, hæredum nomina teſtamento expreſſa fuerint, viriles ſingulis partes dandas eſſe, *Labeo* arbitratus eſt. Sed etſi quorundam nomina expreſſa ſint, quorundam non ſint, adhuc hæreditarias obſervandas putarim: tametſi *Accurſius* in diverſa fuerit ſententia. Nam *Julianus*: ſi ſervo libertas data ſit, ſi rationes reddidiſſet pro hæreditariis

21. l. Labeo. de ſtatulib. & 9. l. ita liber eod. tit.

22. l. qui pecuniam. de ſtatul.

3. l. ſi ita §. 1. de ſtatul.

d. l. ita §. 1

tariis

tariis portionibus cuique hæredum, reliqua eum ſolvere oportere ſcribit, etiamſi quorundam nomina in conditione poſita ſint. Et *Paulus*, ſi quidam ex hæredibus quibus dari debeat, nominati ſunt, pro portionibus hæreditariis ipſis dandum eſſe. Planè ſi hæredibus nominatus extraneus coniunctus ſit, extraneo virilem, hæredibus hæreditarias portiones dandas eſſe, *Paulus* admonuit: Idemque obſervandum eſſe, ſi plures extranei commixti ſint, *Julianus* ait. Porrò ſi quis duobus ſcriptis hæredibus, decem dare juſſus ſit, altero omittente hæreditatem; ei qui ſolus adierit, tota decem danda eſſe, *Julianus* non dubitabat. Et quod heredi quis dare juſſus eſt, facto teſtamento, inſtituto heredi dandum erit, etiam ſi is ex Trebelliano Senatuſconſulto alteri hæreditatem reſtituerit, coactusque hæreditatem adierit: neque hoc quod conditionis implendæ gratiâ accepit, reſtituere debebit: nullo autem teſtamento facto, ei qui ab inteſtato hæres ſit, dandum eſſe nemo dubitaverit. Sanè ſi ſcripto hæredi controverſia fiat, legatario cavere debebit de reſtituendo quod accepit, ſi hæreditatem non obtinuerit. Vt hîc intelligamus eum omnino pro herede habendum eſſe, qui in judicio vicerit, etiam ſi per injuriam judicis id factum ſit: quamquam *Labeo* hoc non probaſſe videatur. Res enim judicata pro veritate eſt. Vndè cùm ita libertas teſtamento data fuiſſet, Si Andronicus ſervus hæredi meo decem dederit, liber eſto: deinde ſubortâ controverſiâ inter ſcriptum hæredem, & eum qui ab inteſtato ſucceſſurus fuerat: ſecundùm hunc ſententiâ dictâ, veriſſimum eſſe *Pomponius*

d. l. qui pecuniam.

d. l. qui pecu.

23. l. qui duobus de cond. & de.

44. l. qui heredi §. 1. de cond. & de.

29. l. ſtatuliberi. §. 1. de ſtatulib.

notat quod *Ariſto* ſcripſit, poſſe dari pecuniam hæredi ab inteſtato, ſecundùm quem ſententia dicta eſt, etiamſi per judicis injuriam judicatum ſit: Quanquam *Q. Mutius* ſententiam quoad ſtatuliberum, ut qui liti non adfuit, nihil facere putarit. Cæterùm ſi quis hæredi dare juſſus fuerit, (& contrà tabulas bonorum poſſeſſionem quis acceperit, huic dari oportebit. Si extraneo, inquit

15. l. is qui in poteſtate §. fi. de l. præſt.

Paulus hærede inſtituto ſub hac conditione exceptæ perſonæ legatum ſit, ſi hæredi decem dederit, ei dare debet, ut conditionem impleat, qui vel contrà tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit: quia abſurdum, inquit, fuerit, illum commoda habere hæreditatis, & hunc legati onus ſuſtinere. Ampliùs, & ſi Titio hæredi ſcripto nominatim decem dare juſſus fuerit, filio tamen danda putavit, ſi is contrà tabulas bonorum poſſeſſionem

l. 4. de con. & de.

acceperit. In eandem ſententiam *Pomponius*, ſi ei, cui patronus legata præſtat, fundus legatus ſit, ſi hæredi decem dediſſet, ac patronus, qui inſtitutus non fuerat, contrà tabulas partem hæreditatis obtinuiſset, patrono partem dandam eſse ſcripſit.

l. 4. §. ſi ſub conditione de fide. lib.

Sed & ei, cui bona addicta ſunt, ſtatuliberum dare oportere, quaſi conditione tranſlatâ, *Vlpianus* admonuit. Sed an is qui hæredi dare juſſus eſt, ſatis feciſse videatur, ſi hæredis hæredi dederit? & non arbitramur, niſi libertatis favore: de hoc enim teſtator cogitaſse non videtur, neque à perſona recedendum eſt, ut initio diximus, alioqui res in infinitum abire poſset. Cui libertas, inquit

50. l. ſub diverſis §. 1. de cond. & de.

Modeſtinus, data eſt, ſi hæredi decem dediſset, hæredis hæredi dando, ad libertatem perveniet. Verùm in legatarii perſona id admittendum non

eſſe

eſse, *Publium Furium* annotaſse refert. Sanè in li- *20. l. ſi pe-*
bertate idem à *Paulo* & *Hermogeniano* admiſsum *culium §. ſi*
eſt: quin hic, ſi nullus hæredi ſucceſserit, conſtitu- *her. de ſta-*
to jure, nulli dando liberum fore credidit. Et *Afri-* *tulib.*
canus eum, qui hæredi decem dare juſsus fuerat, ſi, *93. l. cum*
mortuo hærede, tantundem creditoribus ejus *ita de con.*
exolviſset, aut cibaria familiæ impendiſset, ad li- *& de.*
bertatem pervenire poſse putavit. Ampliùs *Vlpia-* *15. l. mor-*
nus, ſi cui libertas data fuerit, ſi extraneo decem *tuo de ſta-*
dediſset, hicque extraneus priuſquàm acciperet, *tulib.*
hæredi hæres extiterit, in perſona ejus, non quaſi *6. l. ſi ſta-*
in extranei, ſed quaſi in hæredis perſona conditio- *tulibera §.*
nem implendam dixit. Sanè duas eſse cauſas, cur *ſi filiusfa.*
in hæredis primi perſona conditio impleatur, *Pa-* *de ſtatuli.*
pinianus admonuit, dominii rationem, & demon-
ſtrationem perſonæ. Priorem in omnem tranſire *34. l. ſer-*
ſucceſsorem aït, ad quem ſtatuliber pervenerit per *vus eo. tit.*
dominii tranſlati continuationem; ſequentem per-
ſonæ dumtaxat ejus qui demonſtratus eſt cohære-
re. Hinc *Vlpianus* ſtatuliberum parendo conditioni
in perſona emptoris, alteriuſvè qui quoquo titulo *d. l. ſi ſta-*
dominium ejus acquiſivit, ad libertatem pervenire *tulibera. §.*
ſcripſit, cujuſcunque ſexûs ſtatuliber fuerit. Sivè *pe.*
igitur hæres eum vendiderit, ſive legaverit, ſive
alicui adjudicatus ſit, ſive ab aliquo uſucaptus, vel
alio traditus titulo, ad hos eorumque hæredes con-
ditionem tranſire putavit. Itaque ſi ſervus tuus ſta-
tuliberum emerit, tibi dandum eſse quod hæredi
dare juſsus fuerat, idem *Vlpianus* notat. Quin &
ſervo tuo dando, ſi ab eo peculiari nomine emp- *27. l. ſi is*
tus ſit, libertatem conſequetur. Ampliùs *Mode-* *cui, de ſta-*
ſtinus, ſi is cui ſervus dare juſsus fuerat, ſtatulibe- *tulib.*
rum redemerit, ac eum rurſùs alii vendiderit, no-

viſſimo emptori dandum tradidit. Nam qui ſer-
vum alienat, ut *Julianus* ait, conditionem in emp-
torem transfert. Et *Vlpianus*, ſi decem dare juſsus,
d. l. ſi ſtatalibera. §. ſtatu lib. quinque hæredi datis, ab eo diſtractus ſit, reliqua
quinque emptori danda eſse ſcribit. Tranſitque
hæc dandi conditio ad ſervi emptorem, etiam ſi
de ea in vendendo nihil ab hærede dictum ſit, po-
9. l. Statuliberum. §. 1. de ſtat. teritque ſe ſervus eâdem conditione ab emptore
luere, atque ab hærede potuiſset. Planè ſi hæres
10. l. ſi decem eo. tit. d. §. 1. ſtatuliberi conditionem ſuppreſserit, ex empto
tenebitur. Idemque fore *Paulus* tradidit, ſi viginti
dare juſsum eſse dixerit, cùm ſolùm quinque in
conditione comprehenſa eſsent, quinimo in ſtel-
lionatûs incidet crimen, ſi ſciens conditionem diſ-
l. 3. de dom. excep. ſimulaverit, ut *Vlpianus* notat. Ampliùs, ſi ante-
quam ad emptorem ſervi dominium transferatur,
hæres pecuniam acceperit, ex vendito eum teneri
traditum eſt. Porrò ſi emptor pecuniâ acceptâ,
l. 2. §. fi. eod. tit. quam ſervus dare juſsus fuerat, ex empto agere,
cèperit, niſi eam reddat hæredi, exceptione ſum-
moveri poterit, niſi fortè ex re emptoris, vel ex
peculio, quod ad emptorem pertinebat, ſtatuli-
ber pecuniam dediſset. Enimvero quòd dicimus
7. l. uſusfruc. de ſtatulib. dandi conditiones ad emptores ſervorum tranſire,
ad eum extendendum non eſt, qui uſumfructum
ſervi duntaxat ab hærede emiſset, ut *Paulus* ad-
monuit. Nec item ab hærede ad emptorem trans-
fertur, ſi in vendendo pactus fuerit ſibi dandum
eſse, quod conditione continetur. Quin ſi extra-
neo dari inter hæredem & emptorem convenerit,
15. l. mortuo §. 3. eo. tit. pactum obſervandum eſse *Africanus* ſcribit. Non 7.
obtinent item, quæ diximus, in iis conditioni-
bus, quæ in faciendo poſitæ ſunt; hæ enim per-
ſonis

ſonis cohærent, quibus adſcriptæ ſunt, nec ad emptores tranſeunt. Vnde *Vlpianus* cùm ſervo ita libertas data fuiſset, ſi teſtatoris filium literas docuiſset, ad emptorem conditionem hanc non tranſire ſcripſit. Adeò ut ſi partim in dando, partim in faciendo conditio poſita fuerit, partim ad emptorem tranſire, partim non tranſire receptum ſit: veluti ſi libertas ita ſervo data fuerit, ſi rationes reddidiſset; hæc enim quod ad reliqua attinet, dationem continet, & ad emptorem tranſit: quod verò ad ipſa volumina tradenda attinet, perſpicientandas & examinandas rationes, eaſque diſpungendas & excutiendas factum habet, ut *Vlpianus* ait, nec ab hæredis diſcedit perſona. Idque *Pomponio* & *Sabino* placuiſse refert. Cui itaque dandum ſit hiſce ſatis explicatum eſse puto.

6.l. ſi ſtatulibera.§. pen. eo.tit.

d.l. ſi ſtatulibera.§. ſi.

8. Conſequens eſt videre, undè ſervus pecuniam dare juſsus, accipere poſſit. Et quidem certum eſt ex hæredis pecunia ſervum nihil poſse dare, ſed de ſuo peculiō id eum facere oportere; & hoç poſse vel hærede invito: ut referre *Vlpianus* non putaverit, ſive ipſi hæredi ſervus dare juſsus ſit, ſive extraneo. Et neſciente, inquit *Paulus*, & invito hærede ſervus de peculio conditionem implere poteſt, & nummos accipientis faciet. In eandem ſententiam *Pomponius*, ſi ſtatuliber decem, quæ Titio dare juſsus fuit, invitis hæredibus, de peculio Titio dederit, liberum eum fieri ſcripſit, peculiares tamen nummos citra voluntatem hæredis datos, hæredem avocare poſſe, idem *Pomponius* ſcripſit. Ampliùs *Julianus*, & communem ſervum ita ſcriptum liberum, ſi decem dederit; ex peculio pecuniam depromere poſſe, ſive

l.3.§.1. de ſtatulib. 20. l. ſi peculium. §. 1. eo.tit. 109. l. ſi invitis de cond. & de. 13. l. ſi quis ita §. 1. de ſtatu-lib.

apud

apud hæredem peculium ſit, ſive apud ſervum: nec item hîc referre (ut in ſuperiori diximus) ſive hæredi dare juſſus ſit, ſive extraneo. Liquet itaque ſervum quaquâ ratione pecuniam de peculio accipere poſſe. Porrò de ipſius hæredis pecuniâ ſervum conditioni ſatisfacere non poſſe, percerti item juris eſt, ut *Iabolenus* notat: neque ex ea pecunia quam ei hæres ad negotiandum dederat, putet poſſe quicquam in eam cauſam dare; idque à *Labeone* & *Trebatio* probatum eſt. Reddere enim magis hæredi quàm dare quicquam hoc caſu videtur: dum tamen ut *Iabolenus* ſubjungit, ab hærede dati nummi peculiares non fuerint. Sed quid ſi ſervus qui hæredi decem dare juſſus eſt, decem apud ſe in peculio habeat, verùm domino tantundem debeat; an ea dando conditionem impleſſe videatur? Et ſanè *Neratius* id concedendum eſſe non putavit. Quid rurſus, ſi hæres ex operis ſervi tanto ampliùs ſolito acceperit? & *Vlpianus* conditioni non factum eſſe ſatis reſpondit: non enim, inquit, id quod excrevit pro libertate, ſed pro operis acceptum eſſe videtur. Atqui ſi ſervus ex argento ſubtracto & vendito nummos corraſerit, eoſque hæredi dederit, & conditioni feciſſe ſatis & liberum fore *Vlpianus* tradidit; aliter atque ſi ipſos nummos ſubtractos tradidiſſet: priore etenim caſu pecunia furtiva non eſt; poſteriore verò ſecùs. Sed quid ſi hæres ſervo pecuniam donaverit, ut ſibi eam daret? *Ariſto*, ut *Pomponius* refert, liberum non fieri putavit, ſed ita demùm ſi plenè & purè eam donaſſet. Cæterùm quod diximus ſervum de peculio ſuo dare poſſe, id illis ſolis permiſſum eſſe, *Cajus lib.* xiij. *ad leg. Juliam &* Pá-

39. l. Stichum § ſi hæres eo. t.

17. l. ſi decem de ſtatulib.

14. l. ſervus qui eo. tit.

l. 3. §. ſi quis ſervum eo. ti. l. 17. eo. ti.

11. l. ſi hæres eo. tit.

31. l. ſi ſervo eo. tit.

Papiam tradidit, qui principaliter pro ſua liberta- te pecuniam dare jubentur. Undè cùm Stichus, ſi rationes reddidiſſet cum contubernali ſuâ liber eſ- ſe juſſus fuiſſet; ſi contubernalis mortuo Sticho reliqua ſolvere velit, id eam de peculio ſuo facere non poſſe reſpondit. Sed benigniùs *Paulus*, con- tubernalem purè his verbis manumiſſam videri credidit, illamque conjunctionem non ad con- jungendam conditionem, ſed ad neceſſitudinem demonſtrandam pertinere. Enimverò hoc in emptoribus ſpectandum eſt, undè ſervus pecu- lium confecerit. Nam ſi ex re emptorum, aut ex operis ſuis apud emptorem id factum ſit, non pu- tarunt de eo pecuniam emptori dari poſſe. Hinc *Tryphonius*, ſervum qui ex hoſtibus captus fuiſſet, & redemptus, ſi ex redimentis re, aut ex operis ſuis peculium quæſiviſſet, de eo ſatisfacere con- ditioni non poſſe reſpondit: de eo verò peculio, quod ex alia paraſſet cauſa, poſſe. In eandem ſen- tentiam *Ulpianus*, ſi quis mercatus ſervum, igno- rans ſtatuliberum eſſe, duplam ſtipulatus ſit: ex duplæ ſtipulatione agi non poſſe notavit, niſi pe- cuniam, quam implendæ conditionis gratiâ à ſer- vo accepit, deducere paratus ſit. Enimverò ſi ex re ſua emptoris, vel ex peculio quod ad eum per- tinebat, pecuniam ſtatuliber dederit; ſecùs eſſe credidit, nihilque emptorem hoc caſu deducere debere.

80. l. Inter ſus Pau- lus de con. & de.

12. l. In bello §. ſi ſtatulib. de cap.

l. 2. §. de do. excep.

9. Id quoque in præſenti capite tractandum eſſe putavimus, quàm citò, quâve diligentiâ condi- tionibus parêre oporteat. Et quidem ſi dies adje- ctus aut præſcriptus ſit, illum obſervandum eſſe omninò credimus, tam in teſtamentis, quàm con-

23. l. ſi in- tra de ſta- tulib.

contractibus. Undè *Celſus* cum ita ſcriptum eſſet, Si Stichus intrà quinquennium centum dederit, liber eſto; poſt quinquennium non audiendum ſcribit, nec ſi hæredi, nec ſi emptori dare velit: idemque à *Scævola* probatum eſt. Itaque ſi conditioni filius ſub qua inſtitutus eſt, intrà præſcriptum diem non paruerit, ſubſtituto locum fieri *Vlpianus* notavit. Planè ſi quid hæredi teſtator intrà certum diem dari voluerit, ab adita demùm hæreditate, is cedere incipiet: abſurdum eſt enim, ut *Paulus* ſcribit, diem præterire, antequam appareat is quem accipere oporteat: idque nedum in ſtatuliberis ſed & in legatariis obſervandum eſſe tradidit. Ampliùs, ſi quis hæredi intrà dies triginta à morte teſtatoris decem dare juſſus ſit, & hæres tardiùs adierit, intrà totidem dies ab adita hæreditate dando poſſe ſervum ad libertatem pervenire, *Trebatii* & *Labeonis* ſententiâ comprobatum eſt; in quam *Vlpianus* quoque conceſſit. Idemque juris in legatario eſſe diximus, ſi huic conditio adſcripta ſit, de hæredi dando intrà certum diem à morte teſtatoris. Vt non rectè *Iabolenus* ſcripſiſſe videatur: ſi hæreditas ejus, qui ſervum intrà dies xxx. mortis ſuæ, ſi rationes reddidiſſet, liberum eſſe juſſerat, poſt xxx. dies adita ſit, jure ſtricto conditione defectum eſſe, quamvis favore libertatis aliud reſponderi poſſit: ex hoc enim ſequeretur, in legatariis diverſum eſſe. Sed & id notandum eſt, in hoc dierum numero intercalarem diem imputari. Sic enim *Marcellus* in contractibus, ſi quis fundum ea lege vendiderit, ut niſi in diebus xxx. pretium ſolutum eſſet, inemptus eſſet, diem intercalarem emptori non proficere ſcripſit,

41. l. Thais §. intra tempora de fid. lib. 6. l. ſed & ſi de her. inſt.

46. l. ſi in diem de cond. & de.

l. 3. §. ſi quis her. de ſtatuli.

d. l. in diem.

28. l. ſi hæreditas de ſtatuli.

l. 2. de diverſ. & tem. præſc.

ſcripſit. Sed an ii dies imputentur, quibus aliquis prohibitus fuit, quo minùs conditioni parêret, quæri poteſt. Et *Labeo* hos non eſse imputandos tradidit. Quibus, inquit, diebus vicinus tuus te viâ publicâ cùm ad parendum conditioni ire velles, ire prohibuit, nec per te ſtaret, quò minùs agendo ob calumniam eum ſummoveres, hi dies conditioni non imputabuntur. Sed & ſi conditioni intrà diem à die mortis parêre juſſi, ignorantiâ non pervenerint, quia metu Senatuſconſulti Syllaniani tabulæ aperiri non potuerunt: ſuccurrendum eis eſse ad implendam conditionem, *Vlpianus* ſcribit. Planè ſi cum hoc impedimento aliud acceſserit, veluti, ſi prægnans uxor occiſi fuerit vel putabatur, nihil prodeſse Senatuſconſulti impedimentum putavit. Sed nec eos dies diſtrahendos eſſe, quibus adverſarius ſui copiam non fecit, arbitrer: ſed intrà tempora conſignanda erit pecunia. Si ſe, inquiunt divi Imperatores *Diocletianus* & *Maximianus*, ſubſtraxerit is cum quo convenerat, rem inemptam fore, ſi intrà certum tempus data quantitas reddita fuiſſet, denunciationis, & obſignationis, depoſitioniſque remedio, contrà fraudem, poteris tuo juri conſulere. In eandem ſententiem *Scævola*, cùm mulier fundos Cajo Sejo vendidiſſet, & acceptis certis pecuniis conveniſſet, ut niſi reliqua pecunia intrà ſtatuta tempora ſoluta eſſet, villæ inemptæ eſſent: ſi die ſtatuto abſente venditore emptor ſacculum cum pecunia obſignavit, in venditionis legem nihil commiſiſſe emptorem reſpondit. Cæterùm ſi affirmativæ conditioni dies nulla adjecta ſit, perpetuò eam impleri poſſe, verborum recta ſignificatio

40. l. quibus de cond. & de.

l. 3. §. ſi ad Syllan.

Infra. quibus ex cauſ. cond. ſini. implenum. 4:

7. l. ſi à te C. de pact. inte. empt. l. fi. de leg. com miſſ.

tio demonſtrat; ſive in dando, ſive in faciendo conditio adjecta ſit, ſive etiam ex fortuito pendeat eventu. Et id in hæreditatibus, etiam ſi facillima ſit conditio, clarum eſſe ajunt. Nam *Papinianus* filium ſcriptum hæredem ſub his conditionibus, ſi decem dederit, ſi in capitolium aſcenderit, ſi Alexandriam ierit, per totum vitæ tempus conditiones implere poſse ſcripſit. Et idem probaſse *Vlpianus* videtur, dum ſcribit, filio ſub conditione hærede ſcripto, quæ in ejus poteſtate ſit, ſubſtitutum vivo filio hæredem eſse non poſſe. Idem juris eſse ajunt in fideicommiſso univerſali: ſed in legatis an idem obtineat, magna diſputatio eſt; & diverſum hîc eſse ajunt, legatariumque cui adſcripta eſt conditio, quę in ejus poteſtate eſt, implere eam debere, quàm citò commodè poteſt: alioqui à legato perpetuò excluſum eſse. Nam *Julianus* libro primo, ad *Vrſeium Ferocem* ita ſcripſiſse dicitur: hæc conditio, ſi in capitolium aſcenderit, ſic recipienda eſt; ſi cùm primùm potuerit capitolium aſcendere. Et hæc nedum in faciendi conditionibus, ſed in dandi communi calculo probata ſunt. Licèt *Petrus à Bellapertica* & *Cynus* in contraria fuerint ſententia. Diverſitatis cauſam eam eſse dicunt, quòd in hæreditate plus vertitur periculi, quàm in legato: illas enim nonnunquam damnoſas eſse liquet, ut non immeritò: longior hîc dilatio ad deliberandum concedenda fuerit. Sed ſi verum fateamur, hæc ratio non concludit, cùm conditionis impletio aditionem hæreditatis non inferat, poſſitque is qui conditionem implevit, adhuc hæreditatem omittere. Et certè duriùs cum legatariis actum

l. ſi de cond. inſt.

4. l. ſervus quoque de hære. inſt.

l. facta §. reſcripto ad Trebell.

Soci. in l. hæc conditio de con. & de.

29. l. hæc conditio de cond. & de.

videri

videri poteſt, ſi à legatis perpetuò excludantur, ſi non, cùm primùm potuerint, conditiones impleverint. Quis denique hoc in libertatibus ferendum putet? Hinc aliquando *Accurſius* voculam hanc, *Etiam*, in hoc *Iuliani* dicto ſubaudiendam eſse putavit; quaſi hoc dixiſset; conditionem hanc, ſi capitolium aſcenderit, etiam ſic recipiendam eſse, ſi cùm primùm potuerit. Sed hæc de indubitabili fuiſset admonitio. Vndè veritus ſum ne nobis Typographi vitio affirmativa conditio, pro negativâ propoſita ſit: cùm alibi *Vlpianus* hanc ſcripturam, ſi capitolium non aſcenderit, liber eſto: ſic accipiendam dixerit, ſi cùm primùm potuerit, in capitolium non aſcenderit, in libertatis videlicèt favorem: aliàs enim ſervus ad libertatem pervenire non poſset. Quòd ſi quis hanc noſtram conjecturam non admittat, certè *Iuliani* dictum ut exorbitans intrà ſuos limites coarctandum eſse putarim, neque ad libertates pertinere; ac in iis demùm conditionibus obtinere, quæ factum aliquod impletu facilè contineant: non autem ad dandi conditiones trahendum eſse, quod & *Petrum à Bellapertica* & *Guilielmum de Cuneo* ſenſiſse *Socinus* refert. Nam in univerſali fideicommiſso quod ſic relictum ſit, ſi Titius tibi centum dederit, hæreditatem meam ei reſtituas, licèt tardiùs pecunia detur, reſtituendam tamen hæreditatem eſse à divo *Antonino* reſcriptum fuit. Enimverò *Iabolenus lib. 1. poſteriorum*, hanc conditionem, illud facito in diebus; ſi nihil prætereà adjectum fuerit, in biduo impleri oportere ſcripſit. Et *Vlpianus* eum qui poſt annos liber eſse juſſus eſt, poſt biennium liberum fore ſcribit: idque &

Glo. in l. ſi quis inſtituatur. §. item ſi. de hæ. inſt.

17. l. libertas §. 1. de ma. teſ.

vide infra. num. 12.

63. l. facto §. reſcripto ad Trebell.

217. l. inter illam §. 1. de verb. ſig.

l. libertas. 8. 1. de ma. teſt.

T. quæ in cond. ſunt an ſint in ob. num. 5.

& libertatis favorem exigere, & verba pati. Enim- 10
verò quæ in hærede inſtituto diximus, ita ſcire
debemus vera eſſe, ut tamen meminerimus ejus
quod ſuperiùs à nobis latè expoſitum eſt; peten-
tibus inquam, creditoribus hæreditariis terminum
ei conſtitui à judice poſſe; intrà quem conditioni
pareat, ſi poſſit. Quod ſi non poſſit, curatorem
bonis conſtituendum eſſe. Idemque obſervari *Pau-*
lus, ſi ſervus ſub conditione hæres inſtitutus ſit,
non iniquum eſſe putavit. Vt ſi antè certum tem-
pus hæres non extiterit, perindè omnia obſerven-
tur, ac ſi is hæres inſtitutus non eſſet, libertate
ei tamen à Prætore quandocunque conſervandâ.
Multa à *Pomponio* in hanc ſententiam conſcripta
ſunt: Sed quia à nobis ſuprà relata ſunt, nunc præ-
tereunda eſſe duximus. Quemadmodum & hoc,
an legatarius ad implendam conditionem compel-
li poſſit? Et hæc in teſtamentis: in contractibus
verò hujuſmodi nihil traditum eſſe comperimus.
Quin conditionem affirmativam, ſine die adjectâ,
quandocunque impleri poſſe, *Bartolus* notavit.
Et ejuſdem ſententiæ fuêre *Petrus Cynus*, *Albe-*
ricus & *Reynerus*; quibus *Socinus* quoque ſubſcri-
bendum putat: tametſi *Cumanum* diverſum ſenſiſſe
referat. Sed quia plerumque evenit, negativas con-
ditiones adſcriptas eſſe, in quibus nulla implendi
poteſtas eſt, operæprecium fuerit tractare, quan-
do talis conditio expleta eſſe dicatur. Et quidem 11
in contractibus, ſi diem adſcriptum habeat, du-
bium non eſt, quin die præteritâ impleta eſſe di-
ci poſſit. Si intrà biennium capitolium non aſ-
cenderis, dari: non niſi biennio (inquit Celſus)
præterito, rectè petam. Sic cùm conveniſſet, ut

l. 1. de cu. bo. dan. 4. l. ſi ſervus de bo. aut. ju. poſſ.

22. l. ſi quis inſtituatur §. 1. 2. & 3. de hered. inſt. ſuprà. tit. quæ in con. ſunt, non eſſe in ob. nu. 5. & 6. in d. l. hæc conditio.

ſi

ſi in diebus xxx. pretium ſolutum non fuerit, fundus inemptus ſit; his diebus præteritis ſine ſolutione, inemptum fore *Marcellus* ſcribit. Planè ſi is qui annuâ, bimâ, trimâ die ſibi dari ſtipulatus eſt, ac pignus accepit; pactus fuerit, ut niſi ſuâ quâque die pecunia ſoluta ſit; pignus vendere liceat: *Pomponius* antequàm omnium penſionum dies præterierint, non licere pignus vendere tradidit: aliter atque ſi ita ſcriptum fuiſſet; ſi qua pecunia ſuâ die ſoluta non erit: priore enim caſu omnes penſiones demonſtratæ videntur, poſteriore una. Rurſùs cùm Seja mutuam pecuniam accepiſſet à Septitio, & de certis conveniſſet uſuris, ita ut niſi hæ ſuâ quâque die exolutæ eſſent, majores deberentur: quæſitum fuit, an commiſſâ primæ penſionis ſtipulatione, pro ſequentibus quoque majores uſuræ deberentur? *Vlpianus Paulum* reſpondiſſe refert, ſtipulationem quæ de gravioribus uſuris præſtandis ſubjecta eſt, plures conditiones continere, eaſque per ſingulas penſiones expectandas eſſe. In teſtamentis ferè idem obſervatur. Nam ſi ita ſcriptum ſit; Si intrà biennium hæres Stichum non manumiſerit, liber eſto: præterito biennio liberum fore traditum eſt. Quòd ſi dies adſcriptus non ſit, in contractibus tunc extitiſſe conditio videbitur, cùm certum eſſe cœperit fieri non poſſe, quod, ſi factum non eſſet, conditione comprehenſum fuerat: quod in conditione adſcripta homini, eo demùm moriente, contingere poſſe videtur, de cujus facto actum ſit. Si quis, inquit *Juſtinianus*, ita ſtipuletur; ſi in capitolium non aſcendero, dare ſpondes? perindè erit ac ſi ſtipulatus eſſet cùm morie-

99. l. quidquid aſtring. §. 1. de verb. ob. l. 2. de diverſ. & temp. præſ. 8. l. ſine ceſſario. §. ſi annua, de pig. act.

12. l. ſi Seja de uſur.

20. l. ſi peculi. §. ſi. de ſtatuli.

Inſt. de verb. obl. §. ſi quis ita.

morietur ſibi dari. Nam ut *Theophilus* ait; τότε ὅτε μέλλω τελευτᾶν, ἐδείχθη· ὅτι οὐκ ἔτι ἀνέρχομαι ἐπὶ τὸ καπιτόλιον. ἐπειδὴ ὅσος δήποτε χρόνος ἐὰν παρέλθῃ ἐμοῦ περιόντος καὶ μὴ ἀνέλθω εἰς τὸ καπιτόλιον, οὐκ ἐστὶν ἱκανὸς πίστιν παρασχεῖν, τοῦ ὅτι οὐκ ἔτι ἄνειμι εἰς τὸ καπιτόλιον, δυνατὸν τὴς τὸν ἐπὶ ἑξήκοντα ἐνιαυτοὺς ἢ ἑβδομήκοντα μὴ ἀνελθόντα εἰς τὸ καπιτόλιον, μετὰ ταῦτα ἀνελθεῖν, τὸν δὲ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ὄντα ἀναπνοῇ οὐκ ἐστὶν δυνατὸν ἀνελθεῖν. Sed & quâcumque ratione certum eſſe cœperit fieri non poſſe, impletam eſſe conditionem dicemus. Ponamus hanc conditionem adjectam eſſe; ſi Stichum non dederis: annè, Sticho mortuo, certum eſt te Stichum dare non poſſe? Nam & *Julianus*, cùm ſic creditor à fidejuſſore ſtipulatus fuiſſet; ſi reus quadraginta, quæ ei credidi, non ſolverit, fide tuâ eſſe jubes? reo mortuo extitiſſe conditionem notavit. Illa verò interpretatiô, ut tunc factum non eſſe dicatur, cùm factum non ſit quamprimùm potuit, recepta non eſt: quanquam *Alciatus* contrarium teneat non ſatis probabili, ut mihi viſum eſt, argumento. Hæc, inquit *Papinianus* ſtipulatio, ſi in capitolium non aſcenderis aut Alexandriam non ieris, centum dare ſpondes? non ſtatim committitur atque capitolium aſcendere vel Alexandriam pervenire potuiſti, & non feciſti: ſed tunc demùm cùm certum eſſe cœperit te in capitolium aut Alexandriam pervenire non poſſe. Itaque ſi quis ſic ſtipulatus fuerit; Si Pamphilum non dederis, centum dare ſpondes? reſpondit *Pegaſus* non antè committi ſtipulationem, quàm deſiiſſet poſſe Pamphilum dare: quamquàm *Sabinus* exiſtimarit confeſtim ad centum agi poſſe, atque homo dari potuiſſet,

17. l. fidejuſſor. §. fi. de fid.

Paradox. lib. 1. c. 11.

115. l. ita ſtipulatus. §. 1. de verb. ob.

d. l. ita ſtipulatus §. item ſi quis.

tuiſſet, & datus non eſſet. Fallit iſtud ſi à conventione cœpta ſtipulatio ſit; veluti ſi ita concepta ſit; Pamphilum dare ſpondes, & ſi non dederis centum dabis? hic enim ſtatim atque factum non eſt, cùm potuit, quod fieri convēnit, pœna debetur; *Sabini*que ſenteotiam recipiendam eſſe *Papinianus* notat. Quod divi Imperatores adeò verum eſſe putarunt, ut etiam ſi à nuda ſolùm conventione cœptum fuerit, ſtatim poſt motam litem, obligationis conditionem extitiſſe putarint. Et *Paulus*; ſi decem tibi dedi, ut ſervum manumitteres, quia ineſt conditio, ſi non manumiſeris, condici poſſe, quod à me datum eſt: ſi tantùm temporis conſumptum ſit, ut potueris debueriſque manumittere & non feceris, condictioni locum fore ſcribit. Et quando pœnæ ſtipulatio præcedentem non novat, ut ſuperiùs demonſtratum eſt; adeò ut hoc modo ſtipulatione conceptâ, Pamphilum dare ſpondes, & ſi non dederis centum dabis? Pamphilus adhuc peti poſſit. non abſonum fuerit dicere conditionem illam, ſi non dederis, ſic intelligendam eſſe, ſi me petente aut interpellante non dederis. Cui rurſùs deciſioni locus non erit, ſi hoc ab initio actum ſit, ut quandocunque fieri darive poſſet; veluti ſi quis ita ſtipulatus ſit, te ſiſti certo loco quocunque die, & ſi non ſtitiſſes, pecuniam dares: hoc enim caſu non antè committi ſtipulationem *Papinianus* ait, quàm declaratum fuerit reum promittendi ſiſti non poſſe. Porrò ubi à conditione cœptum eſt, *Pegaſi* ſententiam obſervandam eſſe putarim: ut ſi ita ſtipulatio concepta ſit, ſi Pamphilum non dederis, centum dabis? centum deberi dicamus, cùm Pamphilus dari poſ-

ea l. ſ. Sabin.

ſ. l. nuda C. de contr. ſtipul.

ſ. l. naturalis. ſ. quod ſi, de præſcrip. verb.

d. l. ita ſtipulatus, in prin.

9. l. ſi Titius de verb. ob.

poſſe deſiit. Vt non rectè *Pomponius* ſcripſiſſe videatur, ſi Titius & Sejus ſeparatim ita ſtipulati fuerint; fundum illum ſi illi non dederis, mihi dare ſpondes? finem dandi alteri fore, quoad judicium acciperetur, & ideò occupantis fore actionem: quaſi ſtatim atque alteri dari potuiſſet, & datus non fuiſſet, ab altero peti potuerit. Sed hoc propter rei perplexitatem in ejus generis conditionibus receptum eſſe ajunt, quòd aliàs nullus unquam ejus conditionis exitus futurus fuerat: quæ ſententia mihi non abſurda eſſe videtur; licèt aliis placeat, hoc *Pomponii* dictum accipiendum eſſe in duobus reis, qui ſine conditione ſtipulati fuerant: vel quòd iſtud ſuperioribus non adverſetur, eò quòd per litis conteſtationem ab uno factam, jam alteri poſſe dari deſiit. Sunt & alii caſus, in quibus dandi, faciendi finis non expectatur ex præſumpta mente contrahentium; quòd veriſimile ſit hoc eos voluiſſe, ut niſi cùm primùm commodè potuerit factum aut datum ſit, quod in conditione poſitum eſt, commiſſa eſset ſtipulatio; idque vel ex natura rei, aut quòd aliàs damnum vel periculum majùs immineat, aut niſi conditioni ſtatim pareatur, res ſit inutilis: veluti ſi quis à fidejuſsore ſtipulatus ſit, ſi reus principalis non ſolviſset, qui præſenti die obligatus erat. Hîc enim non malè quis dixerit, hoc intellexiſse contrahentes, ſi reus ſtatim atque interpellatus non ſolviſset, fidejuſsorem teneri: ut principalis rei mora fidejuſsori noceat. Cùm, inquit *Iulianus*, fidejuſſor hoc modo acceptus fuerit: ſi reus quadraginta quæ ei credidi, non ſolverit, fide tuâ eſse jubes? veriſimile eſt id eſse actum, ut cùm interpellatus reus non ſolviſset, fide-

Bart. ibi. & in d. l. ita ſtipulatus.

l. mora de verb. ob. 17. l. fidejuſſor. §. de fide.

dejuſsor teneretur. Similiter, ſi quis centum ſibi *72. l. ſti-* dari ſtipulatus, ſi inſulam ruentem non fulſeris, ſi *pulationes.* ruptos aggeres non reparaveris, aut munieris, an- *§. 1.* nè tantum erit expectandum tempus ut inſula *98. & l.* *exiſtimo.* ruat, aut provincia inundatione pereat? non arbi- *§. de verb.* tror ſanè: quin omnium judicio id arbitror veri- *obl.* ſimiliter inter contrahentes actum eſse, ut niſi hæc ſtatim atque commodè fieri potuiſſent, facta eſsent; extitiſse conditionem videri atque deberi pœnam, commodè dicamus: non enim undique conquiſitis fabris & operariis plurimis feſtinare debet, nec rurſùs uno aut altero contentus eſse, ſed modus adhibendus eſt, ſecundùm communem diligentis ædificatoris, temporum & locorum naturam, ut *137. l. con-* alibi *Venulejus* notavit. Et ut *Iulianus*, cùm ratum *tinuus §.* *qui inſu-* habere dominum oporteat, quod non vero pro- *lam eo. tit.* curatori ſolutum eſt, cum quodam ſpacio tempo- *13. l. ra-* ris, hoc eſt παχυμερέστερον accipiendum eſse ſcri- *tum de ſo-* bit, nec minimo, nec maximo, eòque quod ma- *lut. & 12.* *l. quo enim* gis intellectu percipi poteſt, quàm locutione ex- *§. 1. rem* primi. Sic cùm dicimus committi ſtipulationem, *rat. hab.* niſi detur quod arbiter juſſit, ex *Celſi* ſententia modicum ineſse tempus putamus, ut *Papinianus* *26. l. ſi cum* refert. Quid item, ſi quis centum ſibi dari ſtipu- *dies §. fi. de* latus ſit, niſi à Pontifice ad eſum carnium diplo- *arb.* ma ſibi impetraſset, an quis dixerit extremum vitæ ſtipulatoris expectari poſse, cùm jam hoc diploma ei uſui futurum non ſit? non arbitramur. Itaque ex præſumpta voluntate à communi jure diſcedendum putamus. Et ſecundùm hæc fortaſſe meliùs *Pomponii* dictum, cujus ſuprà meminimus, interpretandum erit. De Mutiana cautione: *infrà nu.* & an hæc in contractibus locum habeat, poſteà di- *13.*

 dice-

cemus. In lege verò vel ſtatuto, ſi à conditione incipiat, non feciſse quis intelligitur, quod in ea comprehenſum eſt, ſi cùm primùm potuit non fecerit: veluti ſi ita dicat lex; ſi quis defuncti necem non vindicaverit, hæreditate ſit indignus, vel eâ privetur: in pœnam incidiſse dicetur, qui vindicare cùm primùm potuit, non fecit; haud ſecùs atque ſi diſpoſitio præceſſiſſet: eamque mentem legiſlatoris fuiſse præſuminus. Sunt tamen qui hoc ita demùm verùm putant, ſi interpellatio interceſſerit.

l. 1. C. de his quib. ut indig.

In teſtamentis verò, ſive hæredis inſtitutioni, ſive legato negativa adſcripta ſit conditio, eodem modo, videlicèt morte ejus cui adſcripta eſt, exiſtere poteſt. Vndè ſi ita Titio legatum fuerit, ſi in capitolium non aſcendiſset; eo moriente priuſquàm aſcenderit, extitiſse conditionem, & legatum ipſum acquiſiviſse, & ad hæredem ſuum tranſmiſiſse dicemus: idque à *Papiniano* animadverſum eſt. Sed hoc, ut dixi, noſtrâ ſententiâ peculiare in teſtamentis eſt, ut non expectatâ morte, Mutiana cautio pro implemento eſse poſsit. In conditionibus, inquit *Vlpianus*, quæ in non faciendo conceptæ ſunt, Mutianæ cautionis neceſſitas conſiſtit: idque *Ariſtoni*, *Neratio*, & *Iuliano* quoque viſum fuit, & divi *Pii* comprobatum fuit ſententiâ. Vndè ſi talis adjecta ſit conditio; Si in capitolium non aſcenderit, ſi Stichum non manumiſerit, vel id genus alia; præſtitâ cautione, de non aſcendendo, vel de non manumittendo, redditumque iri quod acceptum eſt, ſi contrà factum fuerit; pro impleta erit conditio. Quod in hæreditatibus quoque, ut dixi, nedum locum habet, ſed prorſùs neceſſarium eſt. Nam ſi is qui ſic hæres ſcriptus eſt, ſi in capito-

gloſ. in c. excommunicationi. de rapto. l. fi. de condi. inſt. 12

7. l. Mutiana de cond. & de.

capitolium non aſcendiſset, mortem ſuam expectare cogeretur; inutilis ei fieret inſtitutio, cùm adire moriens non poſſit. Vndè ſi uxor maritum ſuum cui dotem promiſerat, ita hæredem ex parte ſcripſerit, ſi dotem quam ei promiſi, neque petierit, neque exegerit; denunciare eum poſse cohæredi, *Vlpianus* notat, paratum ſe eſse accepto dotem facere, vel cauere, & ita adire poſse hæreditatem: idemque à *Labeone* probatum eſt. Et *Julianus*, eum qui ita hæres inſtitutus eſt, ſi ſervum hæreditarium non alienaverit, caventem cohæredi implere conditionem poſse ſcripſit. Porrò ſi ex aſse ſic ſcriptus hæres fuerit, cùm non ſit cui cavere poſſit, pro impoſſibili conditio habenda erit; ϗ ἀδύνατος conditio, ut *Labeo* ait, pro non ſcripta eſt. Sed & in iis legatis, quæ ad hæredem non tranſeunt, hæc quoque cautio neceſsaria eſt. Vndè ſi uſusfructus alicui ſub conditione non faciendi legatus fuerit, Mutianæ cautionis remedium legato locum facere poſse, *Papinianus* notavit: tametſi conſtet uſumfructum ſic inutiliter legari; cùm ipſe legatarius morietur: incipere enim nequit ab eo die quo finire debet. Sed & ſi hæres rogatus ſit reſtituere hæreditatem ſub hujuſmodi aliqua conditione: Mutianâ cautione à fideicommiſsario præſtitâ, adire cogetur, ut *Metianus* ſcribit. Hæcque in omnibus conditionibus quæ morte legatariorum finiuntur, recepta eſse, idem *Metianus* & *Paulus* notarunt. Sed quid, ſi ſervo ſub negativa conditione libertatem datam eſse ponamus? cavere autem non poſse per ſe ſervum notiſſimum eſt: (nemo enim ex ſervitutis actu poſt libertatem tenetur.) Dicimus ſervum impleſse conditionem

d. l. Mutianæ.
20. l. mulier. de cond. inſt.
l. 4. §. 1. de cond. inſt.
d. ll. 4. & Mutianæ.
d. l. mulier.
78. l. heres meus. §. quamvis, de con. & de.
d. §. quamvis, & 5. l. uſumf. de uſuf. le.
inf. de con. neceſſ. n. 4.
63. l. ſervo §. ſi teſtator, ad Trebell.
72. l. Titio fun. de cond. l. & de.
29. l. Aurelius §. Sticho de lib. leg.

ſ. 1. C. an ſervus ex ſuo fac. tionem videri, ſi cùm primùm facere potuit, non fecit, idque favore libertatis. Hæc ſcriptura, inquit *Vlpianus*, Stichus ſi in capitolium non aſcen-
17. l. libertas. §. 1. de ma. teſt. derit, liber eſto; ita accipienda eſt, ſi cùm primùm potuerit, capitolium non aſcenderit: iſto enim modo perveniet Stichus ad libertatem, ſi faculta-
l. ſi. eo. tit. te datâ aſcendendi capitolium, abſtinuerit. Et licèt alius pro ſervo cavere poſſit, ad hoc tamen arctandam eſſe libertatem viſum non fuit. Enimverò *Pomponius*, ſi appareat teſtatorem libertatem in ultimum vitæ tempus hiſce verbis, ſi in capitolium non aſcenderit, conferre voluiſſe, nec Mutianæ cautioni locum eſſe; nullius momenti fore libertatis dationem ſcripſit; haud ſecùs atque ſi ita ſcriptum eſſet; Stichus cùm morietur, liber eſto. Sed hæc quæ de Mutiana cautione diximus, tunc locum non habent, cùm legatario, aut fidei-
71. l. cum tale. §. 1. de cond. & de. commiſſario vivo, conditio impleri poteſt, ut *Papinianus* ſcripſit. Cùm hæredem ſuum teſtator rogaſſet, ut poſt mortem ſuam, hæreditatem Titio reſtitueret, ſi is fideicommiſſi nomine caveri ſibi
76. l. avia §. Titio eo. tit. non petiiſſet: ſimiliter ſi Titio legatum ſit, ſi non nupſiſſet mulier, Mutianæ cautionis exemplum non habiturum Titium, notavit. Et apud *Julia-*
105. l. hoc genus, eo. *num*, ſi mulieri legatum ſit, ſi Titio non nupſerit, Mutianam ſatisdationem locum non habere legimus: quia perindè eſt, ac ſi poſt Titii mortem lega-
100. l. pater §. ſocrus, eo. t. tum fuiſſet. Eâdem ex cauſâ *Papinianus*, cùm ſocrus nurui fideicommiſſum ita reliquiſſet, ſi cum filio ſuo in matrimonio perſeveraſſet: non audiendam mulierem credidit, cùm de non divertendo cautionem offerret; propterea quòd viri morte, muliere vivâ, conditio impleri pòſſit: itaque fideicom-

miſſi

miſſi diem non antè cedere reſpondit, quàm mori
cœpiſſet aut nupta, aut maritus. Hiſce conſequens
eſſe videri poterat, ſi matri ita legatum fuerit, ſi à
liberis non diſceſſiſſet, liberorum mortem eam
expectare debere, nec cautionis hujus exemplo lo-
cum eſſe. Sed *Papiniano* hæc ſententia diſplicuit: *71. l. cum*
voto enim matris tam oneroſam ex triſti eventu *tale. eo. ti.*
interpretationem opponendam non eſſe, credidit.
Nam & cùm patronus liberto certam pecuniam
legaſſet, ſi à liberis ejus non diſceſſiſſet, permiſiſſe
Imperatorem refert, Mutianam hanc cautionem
offerri, propterea quòd periculoſum ac triſte vi-
deretur libertum liberorum patroni mortem ex-
pectare. Sed & ſi per aliam conditionem legati
actio differatur, Mutianam cautionem locum non
habere, idem *Papinianus* notat. Ei autem hanc cau- *76. l. avia*
tionem præſtandam eſſe *Cajus* ſcripſit, ad quem *§. 1. eo.*
jure civili deficiente conditione, legatum vel hæ- *18. l. is cui*
reditas pertinere poſſet. Planè ſi is qui poſt Mu- *eo.*
tianam cautionem legatum accepit, contrà eam
cautionem aliquid fecerit, hoc quod accepit, & *78. l. heres.*
fructus omnes reſtituere eum debere, *Papinianus* *§. qui poſt,*
admonuit: & in deficiente conditione latiùs à no- *eo. tit.*
bis explicatum eſt. Et hæc in teſtamentis obti- *gloſ. in l. 1.*
nent. In contractibus autem, ſive bonæ fidei ſint, *C. de pac.*
ſive ſtricti juris, cautioni huic locum non eſſe com- *in l. aedi.*
muniter comprobatum eſt. Tametſi *Bartolus* in *de cond.*
contractibus bonæ fidei hanc cautionem admit- *cau. da. l.*
tendam eſſe aliquando putarit. Si ita, inquit *Juſti-* *ita ſtip. de*
nianus, ſtipulatus fuero; ſi in capitolium non aſ- *ver obl. l.*
cendero, dare ſpondes? perindè erit ac ſi ſtipula- *Mutiana.*
tus ſim, cùm moriar. Hanc autem ſtipulationem, *de con. &*
cùm moriar, dare ſpondes? admittere Mutianam *de. in l. ſi*
apud C. de
ob. §. ſi quis
ita.

cau-

cautionem, nemo, arbitror, dixerit. Quod autem *Jabolenus* ſcribit, ei qui ſibi centum nummos præſtari convenerat ad refectionem fornacis, ita pecuniam dari oportere, ſi caviſſet ſe pecuniam in eam refectionem impenſurum; prorſus ad rem nihil facit: cùm de cautione Mutiana ibi verbum nullum, neque ibi conditio negativa ſit, ſed modus ex pecunia fuit implendus. Excipiendum fortè fuerit, ſi id in ſtipulationem deductum ſit, quod ad hæredem non tranſit; ut ſi uſumfructum mihi dari ſtipulatus ſim, ſi in capitolium non aſcendero. Quod reverà mihi non placet; quin ſibi imputare debet, qui ſub tali conditione ſtipulatus eſt. In mortis autem cauſâ donatione, cùm naturam ferè legatorum ſequatur, omninò hanc cautionem admittendam eſſe putant.

61. l. inſulam §. fi. loca.

Zaſ. in l. unaſtipulatus. de ver. oblig.

Jaſ. in d. l. ſi apud acta.

Jaſ. in l. dedi. de de cond. cau. dat.

Porrò hæc quæ de Mutiana cautione diximus, 14
in iis conditionibus accipienda ſunt, ut quiſque facilè intelligit, quæ ipſi honorato, ut loquuntur, pro ſe adſcriptæ ſunt; veluti legatario, hoc modo; ille ſi hoc non fecerit, centum lego; aut hæredi ſic; ille ſi hoc non fecerit, hæres eſto. Planè ſi in pœnam ita ab hærede aut legatario legatum ſit; ſi hoc non dederit, fecerit, illud dato, facito; aliud juris erit. Hîc enim is qui pœnam vitare vult, cùm primùm poteſt, conditionem implere debet. Quæ interpretatio utilitatis cauſâ recepta eſt, ob defuncti voluntatem, ipſiuſque rei naturam, ut *Papinianus* notavit: præſumitur enim teſtator ſtatim hoc dari voluiſſe, quod ſine die in conditionem poſuit. Ita ſi id ſtatim cùm potuit datum factúmve non ſit, pœnam deberi dicimus: ut etiam non referat, à conditione an à diſpo-

115. l. ita ſtipulatus. §. Sabinus de verb. obli.

poſitione cœptus ſit ſermo. Si ita, inquit *Paulus*, legatum ſit; hæres meus Sejo penum dato; ſi penum non dederit, decem dato: niſi incontinenti penum ſolverit, decem debebuntur. Vt ſciamus tamen hoc quod incontinenti dixit, cum aliquo ſpatio accipiendum eſſe; ut hîc *Vlpianus* penum in præſtatione ſola eſſe ſcripſerit, & hæredem tamdiu ejus oblationem habere, quamdiu lis cum eo de pecunia conteſtetur, niſi fortè aliud tempus teſtator præſtituerit. Hoc ampliùs, ſi ita ſumma una legata ſit, ſi penus in annos ſingulos data non eſſet, ſi primo anno penus præſtita non ſit, totam ſummam deberi reſpondit; idque *Marcellum lib. xxxviii. Digeſtorum* apud *Iulianum* notaſſe refert. Et *Iulianus*, cùm ſine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit; uxori meæ hæres penum dato, ſi non dederit, centum dato: penoris cauſam eò tantùm pertinere ſcripſit, ut antè litem conteſtatam tradito penore, hæres liberetur. Et *Paulus* apertè hæc verba, ſi penum non dederit, ſic intelligenda tradit, ſi interpellatus non dederit. An autem ſi à diſpoſitione cœptum ſit, hoc modo; hærés meus penum dato, ſi non dederit, decem dato; penus ſi ſoluta ſit, in legato fuiſſe videatur, quanquàm nonnulli dubitaſſe videantur, *Paulus* tamen, ſi incontinenti penus ſoluta fuerit, omninò in legato fuiſſe apertè ſcripſit: ideoque hoc caſu in Falcidiam imputari poſſe: ſecùs autem forè, ſi poſt moram ſoluta ſit. Ampliùs, ſi tranſlationis conditio, vivo legatario, defecerit, ut quia hæres interpellatus non fuerit, tranſlatio nulla erit, penuſq; legata eſſe omninò dicetur, & per mortem legatarii ad hæredem ejus tranſiiſſe. Planè ſi legatum in pœnam in aliam perſonam tranſlatum ſit, hoc

l. 1. §. item ſi ita ad leg. Fal. & d. §. Subinus.

l. 1. de pen. leg.

19. l. cum ſine, quando di. leg. ced.

24. l. ſi penum eo. tit.

d. §. item ſi ita & d. l. ſi penum.

l. 3. §. 1. de adi. leg.

hoc modo; hæres meus Titio dato, ſi Titio non dederit, Sempronio dato: ita demùm Sempronio deberi *Vlpianus* ſcripſit, ſi dies ejus in perſona Titii non ceſſerit; quaſi hoc à teſtatore dictum ſit: ſi Titio anteà mortuo, aut aliâ de cauſâ legato in perſona ejus facto inutili, Sempronio dari volo. Vides itaque, ut interpretatio verborum ad te- *d. l. 1. §. idemque erit.* ſtantium voluntates aptanda ſit: Quòd ſi à conditione cœptum ſit, hoc modo; hæres meus ſi penum non dederit, decem dato; penus, neque ſi data fuerit, legata fuiſſe dicetur, ſed mortis cauſâ accepta eſſe; ideoque in Falcidiam non veniet.

Sed & hoc videndum eſt, annè is cui dies præte- 15.
riit ad implendam conditionem, poſteà volens, moram purgare poſſit? Et generaliter, ſi dies adſcripta fuerit, dicitur non audiendus eſſe. Cùm ſervi, quibus data libertas erat ſi intrà certa tem- *41. l. Thaus. § intra de fid. lib.* pora rationes reddidiſſent, intrà ea tempora non paruiſſent, interrogatus *Scævola*, an ſi poſteà parêre parati ſint, ad libertatem perveniant? Reſpondit non idcircò liberos fore, quòd poſteà ra- *23. l. fideicommiſſaria §. fi. de fid. lib.* tiones reddere velint. Sic *Papinianus*, cùm teſtator filium rogaſſet poſt quinquennium Stichum manumittere, ſi ei interim diurnas operas præſtitiſſet; Stichum conditione defectum eſſe tradidit, ſi biennio vagatus ſit. Enimverò ſi filius poſteà biennii miniſterium elegiſſet, reſiduæ conditioni impedimento non fore putavit. Quòd ſi dies adſcripta non ſit, factique ſit conditio; quo caſu cùm primùm poteſt, ex communi ſententia implendam eſſe conditionem, ſuperiùs diximus; defectam con- *d. l. cum fine.* ditionem redintegrari non poſſe, conſequens eſt. Si verò in dando conſtituta ſit, cùm perpetuam facul-

facultatem habeat, de mora quæſtio eſſe nequit: ut meminerimus tamen, ſecundùm quoſdam dandi conditiones ab aliis non differre. Sed & ſi duobus ſervis ita libertatem datam eſſe ponamus, ſi inſulam ædificaſſent; altero ædificante, is ſolus ad libertatem perveniet, alteri verò extincta erit conditio. Non enim, ut *Vlpianus* ait, ampliùs conditioni parêre poteſt, cùm ſemel expleta ſit. *13. l. ſi ita fuerit de ma. teſt.* In contractibus quoque, ſi dies & pœna expreſſè adjecta ſit, non admitti purgationem putant: veluti ſi ita ſtipulatum ſit; ſi Calendis proximis Stichum non manumiſeris, centum mihi dare ſpondes? præteritis etenim Calendis, nec Sticho manumiſſo, centum mihi deberi ſine ſpe moræ purgandæ dubium non eſt. Vndè *Africanus*, ſi trajecticia pecunia ad diem dictam ſoluta non fuerit, pœnam in ſtipulationem deductam commiſſam eſſe ſcripſit, nec prodeſſe quòd pecunia poſteà oblata fuerit. *22. l. trajecticiæ §. 1. de acti. & ob.* Et apud *Celſum* ſi arbiter intrà Calendas Septembres dari juſſerit, licèt poſteà offeratur, attamen ſemel commiſſam pœnam compromiſſi, non evaneſcere legimus: quoniam, inquit, ſemper verum eſt, intrà Calendas datum non eſſe. *28. l. Celſus de arb.* In eandem ſententiam *Juſtinianus*; ſi quis, inquit, certo tempore facturum ſe aliquid vel daturum ſtipuletur, vel quæ ſtipulator voluit, promiſit, & adjecta pœna ſit, ſi ſtatuto tempore hæc data, facta non eſſent: ſciat debitor ad evitandam pœnam ſe dicere non poſſe, quòd nullus eum admonuit. Ea enim quæ quis promiſit, ipſe in memoria ſua ſervare debet, non autem ab aliis poſcere, ut ſibi manifeſtent. *12. l. magnam C. de cont. & com. ſtipul.* Fallit iſtud in præparatoriis judiciorum: nam *Cajus*, ſi poſt tres, aut quinque, pluréſve dies, quàm judi- *8. l. & ſi poſt. tres. ſi quis caut.*

cio ſiſti ſe reus promiſerat, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec actoris jus ex mora deterius factum ſit, defendi eum exceptione poſſe tradidit.
l. 3. §. fi. jud. ſol. Et *Vlpianus*, quàmvis cum uno ex fidejuſſoribus de reo defendendo lis conteſtata ſit, ipſum tamen reum defenſionem ſuſcipere poſſe, tradidit. Quòd ſi dies in conditione adſcripta non ſit, modicum ineſſe tempus diximus; & admitti purgationem autumant, tantiſper dum lis non ſit conteſtata, & adverſarii non interſit. Undè cùm Flavius Hermes ita à Claudio ſtipulatus fuiſſet; ſi Stichus à te ma-
122. qui Romæ §. Flavius de ver. ob. numiſſus non erit, pœnæ nomine quinquaginta dabis? Claudio defuncto, *Scævola* hæredem ejus pœnam evitare poſſe ſcripſit, ſi Sticho libertatem
84. l. ſi inſulam eo. tit. præſtet. In eandem ſententiam *Vlpianus*, ſi inſulam fieri à te ſtipulatus ſim, & tranſierit tempus in quo facere potuiſti: quàmdiu litem conteſtatus non ſim, poſſe te facientem liberari ſcripſit. Et à *Celſo* adoleſcente notatum eſt, eum qui in ſolvendo Sticho moram fecerit, poſteà offerendo, emendare
91. l. ſi ſervum § ſequitur, eod. tit. moram poſſe; quod à *Paulo* quoque probatum eſt. Hinc apud *Papinianum*, intrà quantum, inquit temporis, niſi detur quod arbiter juſſit, committatur ſtipulatio, videndum eſt. Et ſi quidem dies
72. l. interdum §. fi. eod. tit. adjectus non ſit, *Celſus lib.* 11. *Digeſtorum*, ſcribit ineſſe quoddam modicum tempus, quod ubi
26. l. fi. cum die §. fi. de arb. præterierit, pœna ſtatim peti poteſt. Et tamen ſi dederit antè acceptum judicium, agi ex ſtipulatu non poſſe: utique, ut addit *Cajus*, niſi ejus tunc ſolvi interfuit. Rurſùs ſi in conditione dies ſit, ſed in defectum ejus nulla ſit expreſſè adjecta pœna, moræ purgationem admittendam putant. Cùm Seja hortos, mandante Lucio Titio, emiſſet, inter
eos

eos convênit, ut ſi Titius pretium intrà Calen- *135.l.ſi ita*
das Apriles numeraſſet, hortos in eum Seja trans- *quis §. Se-*
ferret: *Scævola* ſi non multò poſt obtuliſſet, nec *ja de verb.*
Sejæ quidquam propter eam moram intereſſet; *ob.*
Titium audiendum eſſe reſpondit. Et hæc de moræ purgatione pro præſenti inſtituto ſufficere
16 poſſe arbitratus ſum. Sed & hoc videndum eſt, annè ei cui implendæ conditionis tempus præteriit, per in integrum reſtitutionem ſuccurri poſſit? Et arbitramur beneficio minoris ætatis, aut ſi juſta ſubſit cauſa, poſſe. Nam *Vlpia-* *l.3 §. & ſi*
nus, ſi filiusfamil. ſub hac conditione inſtitutus *hæres de*
hæres ſit, ſi eum pater intrà centum dies eman- *minor.*
cipaſſet; nec id fecerit, quia eum filius hujus conditionis certiorem non fecerat: in integrum poſſe reſtitui notavit, ſiquidem pater eum emancipare paratus ſit. Et *Iulianus*, ſi quis Titio le- *41.l.ſi quis*
gaverit, ſi mortis ſuæ tempore in Italia eſſet, *Titio 17.l.*
aut in annos ſingulos quibus in Italia eſſet: ſuc- *Iulianus.*
curri ei poſſe tradidit; ſi Reipub. cauſâ abfuiſ- *§. 1. ex.*
ſet, idemque in hæreditate fore. Neque diver- *quib. cau. ma.*
ſum eſſe *Africanus* ſcripſit, ſi quis ſtipulatus ſit *43.l.ſi quis*
in annos ſingulos quibus in Italia eſſet, vel ip- *ſtipulatus.*
ſe, vel promiſſor, & alteruter Reipub. cauſâ *eod. tit.*
abeſſe cœperit: vel ita ſtipulatio concepta fuerit; ſi quinquennio proximo Romæ fuerit, vel non fuerit, centum dare ſpondes? *Paulus* quo-
que, cùm Æmilius Largianus ab Ovinio fundum *39.l.Æmi-*
Puteolanum ita emiſſet, ut ſi intrà duos men- *lius de mi-*
ſes ab emptore reliqui pretii pars dimidia ſo- *nor.*
luta non fuiſſet, & item intrà alios duos menſes reliquum, fundus inemptus eſſet: Et defuncto Largiano, Rutiliana pupillaris ætatis

ei

ei ſucceſſiſſet, ac tutores ejus in pretii numeratione ceſſaſſent: pupillam in integrum reſtituendam

7. l. ſi creditor, de diſtr. pig.

eſſe, ab Imperatore pronunciatum fuiſſe refert. Et apud *Marcellum*, Si ita pignus creditor vendiderit, ut ſi intrà certum tempus à debitore pecunia ſoluta eſſet, emptio reſcinderetur: poſtquàm tempus præteriit, reſcindi venditionem non poſſe traditur, niſi debitor pupillus, aut minor annis xxv. fuerit, aut Reipub. cauſâ abſens, vel in aliqua earum cauſarum ex quibus edicto ſuccurri poſſit. Solet & hoc in teſtamentis quæri, an conditiones poſt mortem teſtatoris impleri oporteat, an vivo teſtatore eveniſſe ſatis ſit? Et referre putamus, 17
fortuita ſeu caſualis fuerit conditio, an arbitraria: illas enim quandocunque extitiſſe ſatis eſt; has verò, non niſi poſt mortem teſtatoris, ſive in legatis, ſive in hæreditatibus loquamur; nulla enim in his eſt differentia. Conditionum, inquit *Vlpianus*,

7. l. ſi quis C. de inſt, ſub condi. fac. & 90. l. conditionum, de cond. & de. l. 2. de con. & de.

quædam ſunt, quæ quandocunque impleri poſſunt, etiam vivo teſtatore; ut puta, ſi navis ex Aſia venerit: nam quandocunque navis venerit, conditioni paritum eſſe videtur. Quædam ſunt quæ non niſi poſt mortem teſtatoris: veluti ſi decem dederit, ſi capitolium aſcenderit. Nam ut quis conditioni, quæ in ſua poteſtate eſt, paruiſſe videatur, ſcire eum oportuit, hanc conditionem inſertam fuiſſe, ac parendi animo eam implêſſe: aliàs enim voluntati obtemperaſſe non videtur. Atque hoc peculiariter in teſtamentariis conditionibus obtinere ajunt, non autem cùm contractui adſcriptæ ſint.

90. l. conditionum. eo. tit.

In eandem ſententiam *Martianus* conditionum triplicem naturam eſſe dixit: quædam enim, inquit, ad id tempus quo teſtator vivit;

quædam

quædam ad id, quod poſt mortem ejus futurum eſt; quædam ad alterutrum pertinent. Si Titiæ teſtator ita legaverit; Titiæ, ſi mihi nupſerit, hæres centum dato; vivente teſtatore, conditionem illam impleri debere, nemo dubitaverit. Hanc autem; Si ad exequias funeris mei venerit; niſi poſt mortem teſtatoris impleri poſſe palàm eſt. Hanc verò, ſi filio meo nupſerit, ſive vivente, ſive mortuo teſtatore evenerit, non referre ſcribit. Et idem ab *Vlpiano* probatum eſt in hac ſpecie; Si filia mea cum Titio nupta erit, hæres mihi eſto: non enim ad tempus mortis teſtatoris referendam eſſe conditionem illam ſcribit, ſed longiùs produci poſſe. Sic *Paulus* promiſcuas conditiones poſt mortem impleri oportere ſcripſit. Promiſcuas autem appellavit eas, quæ ſæpiùs & facilè impleri poſſunt; ut illa, Si in capitolium aſcenderit: non promiſcuas autem, vivo teſtatore, exiſtere poſſe dixit; veluti, ſi Titius conſul factus fuerit, filiæ meæ cùm nupſerit; & id genus alias. Vndè cùm Publius Mævius teſtamento ſuo ita caviſſet; quiſquis mihi hæres erit, fidei ejus committo, ut det Cajo Sejo ſororis meæ filio in honorem conſulatûs quadraginta: & vivo Mevio, Sejus conſul deſignatus, & ex Calendis Januariis conſulatum ingreſſus fuiſſet, poſteaque Mevius deceſſiſſet: *Marcellus* quadraginta Sejo deberi reſpondit. Ampliùs *Juſtinianus* in iſtis conditionibus; Si ille conſul vel prætor factus fuerit; ſi illi nupſerit: non officere credidit, quamvis adhuc teſtatore vivo, ille conſulatum, aut præturam depoſuiſſet, aut uxor à marito divertiſſet. Quin *Paulus*, cùm ita teſtamentum ſcriptum eſſet; Stichus liber

19. l. in conditionibus, de cond. & de.

11. l. ſi jam facta §. 1. eod. tit.

10. l. hæc conditio eo. tit.

36. l. Publius eod. tit.

7. l. ſi quis 6. de Inſt. ſub. cond.

l. 4. de ma. teſt.

eſto, eique cùm liber erit, hæres meus decem dato: decem deberi dixit, quàmvis eum paterfamil. vivus manumiſiſſet. Ampliùs, cùm Titio & Sejo inſtitutis hæredibus, teſtator Stichum poſt Titii mortem liberum eſſe juſſiſſet: *Sabinus*, quàmvis Titius, vivo teſtatore, deceſſiſſet, Stichum liberum fore reſpondit, ut *Vlpianus* refert. Non diſſimile eſt quod *Vlpianus* ſcribit, ſi vir uxori ad tempus liberorum legaverit, proficere liberos quoſcunque, ſive vivo marito, ſive poſt mortem ejus naſcantur, dum tamen ab eo poſt teſtamentum ſuſcepti fuerint. Secundùm hæc idem *Vlpianus*, Si quis arbitratus Titium minorem eſſe xiv. annis, ſic legaverit, Titio, cùm ad xiv. annum pervenerit, hæres meus annuâ bimâ trimâ die dato: præſens legatum fore reſpondit, ſi mortis tempore xvii. annorum inventus fuerit, ſi xv. poſt biennium deberi, ſi xvi. poſt annum. Planè ſi xiv. annum eum exceſſiſſe teſtator ſciverit, triennium non quidem ab impletis xiv. annis, ſed à teſtamenti facti die numerandum eſſe notavit. In donatione quoque idem *Vlpianus*; ſi mihi pecuniam Titius eâ conditione dederit, ut tunc mea fieret, cùm Titius cònſul factus eſſet; ſive vivente eo, ſive mortuo, conſulatum Titius adeptus fuerit, meam fieri reſpondit. Sic *Africanus*, cùm pater filiæ nomine dotem daret, ac pactus eſſet, filiâ mortuâ, relictis liberis, duas dotis partes ſibi reddi, aut poſt mortem ſuam filio ſuo, quem in poteſtate habebat; & mortuo patre, obiiſſet mulier, liberis relictis: reſpondit filium duas dotis partes ex ſtipulatu petere poſſe; quòd non referat, an vivo, an mortuo ſtipulatore, conditio evenerit. Nam ut *Juſtinianus* ait,

18. l. qui dies eo. tit.

60. l. ſi vir. de cond. & de.

51. l. ſi èni de leg 1.

l. 2. §. ſi pecuniam, de don.

ex

ex conditionali ſtipulatione tantùm ſpes eſt debitum iri, eamque ipſam ſpem ad hæredem tranſmittimus, ſi priuſquàm conditio extet, mors nobis obtigerit. *§. ex conditionali Inſtit. de verb. obli.*

18 Vlterius & hoc quærendum eſt, an ea quæ teſtamenti tempore jam facta ſunt, ad conditionis adſcriptæ impletionem ſufficere debeant? Et *Paulus* diſtinguendum eſſe tradidit, an teſtator factum eſſe ſciverit, an minùs. Si facta jam ſint, inquit, quæ conditionis loco ponuntur, & ſciat teſtator; quæ iterùm fieri poſſunt, expectentur ut fiant: ſi verò neſciat, præſenti die debebuntur. *11. l. ſi jam facta, de cond. & de.* Sic *Vlpianus* haſce conditiones, Si navis ex Aſia venerit, cùm pubes erit; expletas videri ſcripſit, ſi tunc cùm teſtamentum ſcribitur, obtigiſſent, idque teſtatorem latuerit. *10. l. hæc cond. §. fi. eod. tit.* Et *Pomponius*, ſi pater filiæ legaverit cùm nupſerit; ſi filia nupta ſit, cùm teſtamentum ſcribitur, ſed patre ignorante, conditionem expletam videri: quòd ſi pater nuptam eſſe ſciverit, alias nuptias expectandas eſſe reſpondit; idque ab *Vlpiano* & *Labeone* probatum eſt: dum intelligamus nihil intereſſe, an poſteriores nuptiæ, vivo teſtatore, an mortuo, obtingant. *46. l. ſi ita §. fi. de leg. 2.* *10. l. d. hæc conditio.* Planè ſi mulieri in tempus liberorum legetur, intelligi *Vlpianus* notavit de producendis poſt teſtamenti tempus, non autem de jam natis, cùm teſtamentum ſcribitur; dum ſciamus non referre, ſive vivo marito teſtatore, ſive poſt mortem ejus naſcantur, ut ſuperiùs tactum eſt. *9. l. ſolemus eo. tit.* *67. l. ſi ita legatum, de cond. & de.* Enimverò ſi inter virum & uxorem pactum eſſet, ut certa pars dotis ob unum vel plures intervenientes liberos retineatur, etiam illorum liberorum nomine qui antè nati ſunt, quàm dos daretur aut ampliaretur, *60. l. ſi vir, eod. tit.* *24. l. ſi inter de pact. dotal.*

conventionem ratam eſſe *Florentinus* notavit: ſufficit enim, inquit, eos ex eo naſci matrimonio in quo dos data eſt.

Tractandum prætereà diximus, an conditionis impletio diviſionem recipiat, hoc eſt, an una conditio pro parte impleri poſſit. Et hîc dandi conditiones ab iis, quæ in faciendo conſiſtunt, ſeparandas eſſe putavi. Et quidem ſi unus uni dare juſſus ſit, ſectionem conditionis admittendam eſſe non arbitramur, ſed totam ac inſolidum implendam eſſe, ut rectè impleta eſſe dicatur. Cui, inquit *Labeo*, fundus legatus eſt, ſi decem dederit, partem fundi conſequi non poteſt, niſi totam pecuniam numeraſſet: adeò ut ſi plures in locum ejus ſubſtituti ſint, omnes ſimul pro ſingnlari perſona habendi ſint. Quin in libertate idem fore *Vlpianus* credidit: ſi ſervus, inquit, decem dare juſſus, quinque dederit; ad libertatem non perveniet, imò hæc quinque quæ dederit, tantiſper dum reliquum ſolvatur, à domino vendicari poterunt: exoluto verò reliquo, quinque priora accipientis eſſe incipient, ut nec error ei hac in re ſuffragari poſſit. Proindè ſi decem dare juſſus, ſolùm quinque numeraverit, conditionem impleviſſe non videbitur, ut *Paulus* notat: etiam ſi ſe non ampliùs quàm quinque putaverit dare juſſum. Planè ſi quinque dare juſſus, decem dederit, quæſtio nihil dubii habebit: in majori enim ſumma, minor ineſt: quin hunc adeò *Vlpianus* ad libertatem perventurum putavit, ut etiam quinque quæ per errorem dedit, condici poſſe arbitratus ſit. Verùm, quòd diximus integram ſummam dandam eſſe, fallit, ſi quà ex cauſa legatum, vel fideicommiſſum diminutum 19

55. l. cui fun. de cond. & de.

l. 3. §. ſi decem de ſtatulib.

73. l. qui putat de acq. her.

d. l. 3. §. ſi plu.

nutum fuerit, ut is cui conditio adſcripta ſit, ſolidum accipere non poſſit: veluti, ut apud *Paulum* legimus, ſi rei legatæ pars uſucapta fuerit; hîc enim partem dando, partem reliquam legati accipiet. In eandem ſententiam *Julianus*; ſi is cui fundus legatus eſt, ſi decem dediſset, totum fundum capere non poſſit, pro ratâ ejus partis quam poteſt capere, conditionem implere poſſe notavit. Rurſùs ſi tota hæreditas decem datis alicui reſtituenda ſit, hæreditate per contrà tabulas bonorum poſſeſſionem à patrono diminutâ, conditionis onere pro eadem parte fideicommiſſarium exonerandum eſſe *Paulus* notavit: idque *Proculum* & *Caſſium* probaſſe. Idemque fore, ſi hæreditatem totam capere non poſſit, quibuſdam partem ejus auferentibus: nam ad hos conditionis quoque pars tranſibit. Diverſum eſt, ſi per Falcidiam legatum diminuatur: licèt enim hæc interveniat, integræ tamen conditioni parendum erit. Vndè ſi cui fundus xx. legatus ſit, ſi decem dediſſet, quamvis Falcidia legatum minuat, tota tamen decem ſolvere debebit; in toto enim fundo legatarius habetur, ut *Hermogenianus* ſcribit: tametſi in modo aliud eſſe jus, perhibeant. Legato enim per Falcidiam diminuto, modum quoque minuendum putant. Planè ſi ſervus hæredi decem dare juſſus ſit, cogendum eſſe hæredem, etiam per partes accipere, favore libertatis, receptum eſſe ferunt, neque particularem ſolutionem recuſari poſſe. In contractibus idem pænè juris eſt, ut dandi conditio dividi non poſſit. Vndè apud *Scævolam*, cùm Sejus à Lucio Titio eâ lege fundum emiſſet, ut ſi ad certam diem pecuniam non ſolviſſet, inemptus

44. l. qui hæredi §. pe. de cond. & de.

43. l. Plautius eo. tit.

20. & l. ei qui de mor. cau. do.

40. l. ad veterani. ad l. Fal.

l. 4. §. item ſi de ſtat. lib.

l. fi. de reſcin. vend.

tus fieret: quamvis parte pretii ſolutâ, inemp-
tum tamen fieri traditum eſt. Ampliùs ſi vendito-
re defunĉto, emptor filiis ejus tutor datus ſit, nec
reliquam pecuniam in rationes intulerit, adhuc
gloſ. in c. ſuam ad nos. de pe. inemptum eſſe fundum *Scævola* reſpondit; ut nec ad
pœnam evitandam, partem ſolviſſe ſatis ſit. Licèt
enim, ut *Paulus* ait, pecuniæ ſolvendæ obligatio
26. l. heredes §. idem Juris famil. Her. per legem xii. tabularum diviſionem recipiat; in
conditione tamen ad pœnam evitandam nihil pro-
derit partem ſolviſſe. In pignoribus quoque, niſi
univerſum, quod debetur, offeratur creditori, pig-
83. l. in excutione de ver. obl. nus vendere licebit. Ampliùs *Pomponius*, ſi ſortem
promiſeris, & ſi ea ſoluta non eſſet, pœnam; e-
tiamſi unus ex hæredibus tuis portionem ſuam ſol-
verit, nihilominùs pœnam committi ſcripſit, niſi
cohæredum quoque portio ſolvatur. Idemque fo-
re ſi in arbitrum compromiſſum ſit, ac unus hæ-
redum ejus, qui compromiſerit ac condemnatus
ſit, ſententiæ non pareat. Vt verum non putemus,
gloſ. in c. ſuam. de pe. quod *Azo* ſcripſit; ſi id quod ſub pœna promiſſum
eſt in dando conſiſtat, parte ſolutâ, ſi pœna tota
petatur, exceptionem competere. Multoque ma-
gis id verum erit, ſi non pecunia, ſed res danda fu-
erit: ut puta, ſi ſic ſtipulatum ſit; ſi fundum Ti-
85. l. in executione de verb. ob. 9. d. c. ſuam de pe. tianum non dedero, centum dabo: niſi enim totus
fundus datus fuerit, pœna debebitur. Enimverò
Innocentius III. Spoletanum Epiſcopum cùm re-
ĉtores ſanĉti Fortunati per arbitros ei condemna-
ti fuiſſent in xl. libras, pœnâ adjeĉtâ xxx. librarum,
niſi ſententiæ intrà diem certum paruiſſent: exo-
lutis intrà diem xxx. libris, pœnam exigere ve-
tuit. Sed hoc, ut ipſemet profitetur, extrà ju-
ris rigorem eſt: & quòd pontificali modeſtiæ con-
venire

venire non putavit, rigoroſis ac in ſummo jure poſitis quæſtibus anhelando, cum alienâ ditari jacturâ. Cæterùm & ſi unus pluribus dare juſſus ſit, adhuc tamen totam conditionem implendam eſſe crediderim. Si quis, inquit *Iulianus*, duobus hæredibus decem dare juſſus ſit; conditionem ſcindere non poteſt; nec alteri quinque dando, partem aliquam rei legatæ conſequetur. Undè *Paulus*, eum qui ſic inſtitutus ſit, ſi hæredibus decem dediſſet: non aliter ad hæreditatem admittendum ſcripſit, quàm ſi tota decem numeraſſet. Sic *Lucinius*, cùm duobus ſcriptis hæredibus teſtator Stichum liberum eſſe juſſiſſet, ſi hæredibus decem dediſset; ac is uni quinque datis ab eo venditus & traditus eſset: liberum ita demùm fore ſcripſit, ſi alteri reliqua quinque numeraſset. Ampliùs *Paulus* ſi quis liber eſse jubeatur, ſi duobus decem dediſset: altero recuſante accipere ſua quinque, eadem alteri eſse offerenda putavit. Enimverò *Pomponius*, ſi ſic legatum Titio fuerit, ſi Symphoro & Ianuario centum Titius præſtiterit, fundum illum ei do lego: benignâ interpretatione ſcribit, ſi non poſt moram Titii Symphorus deceſserit, partem dimidiam Ianuario dando, partem dimidiam fundi poſse conſequi. Notandum ſanè eſt quod *Paulus* ſcribit, ſi uni ex hæredibus inſtitutis quid legatum ſit, ſi hæredibus centum dediſſet, partem ſuam hæreditariam hunc deducturum eſse, aliter, atque ſi ſic ex parte inſtitutus eſset: non priùs enim hic hæres eſse poteſt, quàm tota ſumma numerata ſit. Porrò ſi pluribus dandi conditio adſcripta ſit, diviſionem eam recipere arbitrer, ut puta, ſi

23. l. qui duob. de cond. & de.

44. l. qui hæredi §. fi. eod. tit.

32. l. ſi duo. de ſtatulib.

l. pe. de con. & de.

d. l. qui hæredi §. fi.

d. l. qui hæredi §. fi.

55. l. cum fund. de cond. & de. 53. & l. ſi quis legata §. 1. eo.

duobus eadem res legata ſit, ſi hæredi decem dediſſent. In hac enim quæſtione, ut *Labeo* notavit, ſtatim à teſtamento quo pluribus conditio appoſita eſt, diviſa quoque in ſingulas eſſe perſonas videri poteſt: Ideoque ſingulos pro parte ſua conditioni parêre & legatum accipere poſſe; quamvis enim ſumma univerſæ conditionis adſcripta ſit, enumeratione tamen perſonarum diviſa eſſe videtur, idemque à *Pomponio* probatum eſt.

l. pe. §. 1. eo. tit. d. l. ſi quis legata §. 1.

Quin ſi duobus eadem res legata ſit, ſi hæredi centum dediſſent, ejus partem qui non dederit alteri cum onere ſuo accreſcere, à *Labeone* admonitum eſt.

44. l. qui hæredi §. ſi duorum eo. tit.

Hoc amplius *Paulus*, ſi duorum ſervo ſub dandi conditione legatum ſit, poſſe conditioni per partes pareri reſpondit, quamvis nonnulli in diverſa fuerint ſententia. Libertate quoque ſic duobus datâ, ſi Stichus & Pampilus decem dederint, liberi ſunto; alterum quinque dando ad libertatem pervenire certum eſt.

11. l. ſi legato §. 1. de ma. teſt.

Porrò, ſi in faciendo conditio conſtituta ſit, referre ajunt, factum dividuum ſit, an non. Nam ſi individuum ſit, etiamſi pluri- 20
bus perſonis conditio adſcripta ſit, non poſſe eam ſcindi recta ratio demonſtrat.

l. pe. de cond. & de.

Hoc *Pomponius*, dum ſcribit tales conditiones, ſi monumentum puta fecerint, pluribus propoſitas, non poſſe niſi in omnibus ſimul perſonis exiſtere.

13. l. ſi ita fuerit de ma. teſt. 13. l. ſi quis ita §. ſi duo & §. quæſtio de ſtatulib.

Hinc *Vlpianus*, ſi duobus ſervis libertas ita data fuerit, ſi Inſulam ædificaſſent, vel ſi ſtatuam poſuiſſent, non admittendam eſſe diviſionem ſcripſit. Et *Julianus*, ſi duo ſervi rationibus redditis liberi eſſe juſſi ſint, ſiquidem communiter geſſerint, actuſque ita mixtus ſit, ut ſeparari nequeat, alterum ceſſando, alterius libertatem impedire. Amplius, ſi quibuſdam

fundum

fundum legatum ſic eſſe ponamus, ſi pecuniam certam in funus impenſamque perferendi corporis in aliam regionem dediſſent. *Pomponius* conditionem, niſi per utrumque impleri poſſe credidit. Poſſe tamen hiſce caſibus alterum totam conditionem ſibi implere ab *Vlpiano* & *Juliano* notatum eſt, niſi voluntas teſtatoris refragetur: quin alterum faciendo ſibi & ſocio prodeſſe poſſe notavit *Vlpianus*, ſi ea ſcribentis mens fuiſſe probetur. In dubio verò ſoli implenti prodeſt, ut *Juſtinianus* admonuit. In ſtipulationibus quoque factum individuum totum implendum eſſe credimus, vt ſi Titius promiſerit, neque per ſe, neque per hæredem ſuum factum iri, quò minus mihi ire agere liceat, pœnâ additâ, ſi contrarium factum eſſet: uno hæredum ejus prohibente, inſolidum committi ſtipulationem *Paulus* notavit. Et rurſùs è contrario, ſi is qui ſibi, hæredique ſuo ire agere licere ſub pœna ſtipulatus fuerat, plures hæredes reliquerit, uno prohibito, totam pœnam committi: eos tamen qui prohibiti non ſunt, doli mali exceptione ſummoveri poſſe, arbitratus eſt. At ſi factum dividuum pluribus perſonis adſcriptum fuerit, ſingulos pro parte ſua admittendos eſſe crediderim. Homini enim conditiones ab iis quæ in dando conſiſtunt differre non videntur. Vndè cùm pluribus libertis alimenta relicta eſſe proponerentur, ſi cum filio teſtatoris morati eſſent, illorum qui cum eo morati ſunt, conditionem ex aliorum facto *Paulus* pendere non putavit. Sic *Jabolenus*, ſi mulieri uſusfructus fundi legatus ſit, donec ei totius dotis nomine ſatisfactum eſſet, ac unus hæredum pro parte ſua mulieri ſatiſdediſſet, pro ea parte uſum-

l. pen. § 1. de cond. & de.

d. l. ſi ita fue. & d. §. ſi duo & §. quæſtio.

d. l. ſi ita §. 1.

l. pe. C. de cond. inſer.

26. l. hæredes §. in illa fam. Her.

l. 2. §. fin. de verb. obli.

83. l. illis lib. de cond. & de.

30. l. cui uſusfr. de uſuf. leg.

uſumfructum deſinere reſpondit. Idque etiam *Labeoni* viſum fuiſſe refert. In contractibus quoque *Pomponius*, ſi procurator caverit dominum hæredemque ejus rem ratam habiturum; uno ex hæredibus ratum non habente, pro ejus dumtaxat parte committi ſtipulationem reſpondit. Sed ſi factum dividuum uni adſcriptum ſit; ſecùs fore putarim, diviſionemque hoc caſu admittendam non eſſe, ſi quidem totum factum impleri poſſit; quandoquidem in dandi conditionibus hoc idem obtinere diximus, eademque hîc ratio ſit. quòd ſi tota conditio impleri nequeat, neque per legatarium ſtet quò minus totam impleat, arbitrer laborem cum pecunia eſſe dividendum.

18. l. ſi procurator rem ra. ha.

Ex ſuperioribus & hoc liquere poteſt, an alius pro alio conditionem implere poſſit, ut ſi in dando ſit, alius pro me dare poſſit; ſi in faciendo, alius pro me facere non poſſit. Si, inquit *Iabolenus*, ſervus extraneo operas dare juſſus ſit, nullus ſervi nomine operas ſuas dando, liberare ſervum poteſt: quod in pecunia aliter obſervatur: extraneus enim pro ſervo dando eum liberabit. Vndè *Triphonius* ſi ita ſerva manumiſſa ſit, ſi decem millia Titio dederit, ſi eo momento, quo parit, per alium conditionem impleat, liberam peperiſſe reſpondit. Quod enim ab alio ſervi nomine datur, propè eſt, ut *Papinianus* ait, ut ab ipſo, datum eſſe videatur. Filio item hærede inſtituto, ſi decem Titio dediſſet, conditionem filii nomine, etiam ipſo moriente, per alium impleri poſſe admonuit. Secundùm hæc etiam *Vlpianus* ſi quis opus facere juſſus, Reip. pecuniam dare voluerit, ut ipſa faciat, non audiendum eſſe notavit; idque à divo *Marco* reſcriptum fuiſſe refert. 21

10. l. Sejo de ann. leg.
39. l. Stichum §. fi. de ſtatul.
15. l. Arethuſ. de ſtat. ho.
41. l. quod ſtatuliber. de mor. cau. do.
l. fi. de con. inſt.
11. l. fideicommiſſa §. fi. de leg. 3.

Inter

Inter artifices ſanè longa differentia eſt & ingenii, & naturæ, & inſtitutionis. Proindè ſi quis navem, vel inſulam ſuis operis fabriçare promiſerit, foſsámve facere, fidejuſſor ipſe faciens, reum non liberabit. Sed hæc ita accipienda ſunt, ut intelligamus (quod nunc ſæpiùs à nobis dictum eſt) legato ad alium de ipſo legatario tranſeunte, quia caducum ſit, vel quaſi, ad ſubſtitutum, puta vel conjunctum hos onus quoque quod adjunctum fuit agnoſcere debere, etiamſi in faciendo, conditio adſcripta fuerit; ſi modò ea res conditione comprehenſa ſit, quæ per alium impleri poſſit: veluti ſi inſulam aut monumentum ſuis quis facere ſumptibus juſſus fuerit: quamvis ſecùs ſit, ſi ſuis manibus hæc quis facere jubeatur. In his enim non quis aliî, ſed ipſe ſibi conditionem implere cenſetur.

21. l. inter artifices de ſolut.

l. unica §. ne autem C. de cad. toll.

22 Hoc item videndum eſt, quomodo ii qui in alterius ſunt poteſtate, conditiones explere poſſint. An videlicèt juſſus, vel authoritas eorum in quorum poteſtate ſunt, deſideretur? quod non arbitramur: nam cùm per conditionis impletionem nemo defraudetur, filiumfamil. & item ſervum ſine patris vel domini juſſu, conditionem ſibi implere poſſe, *Paulus* tradidit. Sic *Pomponius*, pupillum ſi ſub conditione hæres inſtitutus fuerit, ſine tutoris authoritate parere ei poſſe ſcripſit: quia conditionis impletio id ſolùm operatur, ut purè hæreditas ei data eſſe videatur, liberumque ei adhuc ſit eam vel adire, vel omittere. Neque quemquam movere debere *Paulus* admonet, quòd expletâ conditione, neceſſarius hæres aliquãdo eſſe poteſt, cùm id poteſtatis jure fiat, non autem expletæ

5. l. conditionibus §. 1. de cond. & de.

26. l. ſi pupillus de cond. inſt.

d. l. conditionib.

25. *l. ſub cond. de cond. inſt.* conditionis. Vt non rectè *Modeſtinus* (ſi modo locus mendoſus non ſit) ſervum qui ſub conditione hæres inſtitutus eſt, ſine juſſu domini parêre ei non poſſe ſcripſerit. Sunt tamen qui *Modeſtini* dictum ſic interpretantur, ut ſervo ſcripto hæredi conditionem implere non liceat, eatenùs ut hæreditas acquiſita eſſe videatur. Notandum & hoc eſt, quod *Paulus* ſcripſit, minorem xx. annis, ſi ita ſcriptus hæres ſit, ſi ſervum ad libertatem perduxerit, implendæ conditionis cauſâ, ſervum manumittere poſſe, tametſi generaliter id ei vetitum ſit.

gloſ. & Bart. in d. l. conditionibus.

15 *l. etiam de ma. vind.*

Sed & id quæri poſſet, an uni adſcripta condi- 23
tio, per hæredem ejus, aliumvè ſucceſſorem impleri poſſit. Et quidem in teſtamentis certum eſt, conditiones ad hæredes non tranſire, ſive de hæreditatibus, ſive de legatis agamus. Quin ſi ſcriptus hæres aut legatarius antè impletam conditionem, quæ inſtitutioni aut legato adſcripta fuit, è vivis deceſſerint, intercidere hæc, ac perire prorſus, notiſſimi juris eſt: ut huic quæſtioni in teſtamentis locus nullus ſit, quâcunque verborum formulâ conditio concepta fuerit. Hocque expreſſè *Scævola* in fideicommiſſis teſtatus eſt. Et *Cajus*, cùm Titio legatum eſſet ſi volet: hæredem Titii, ſi dicat ſe velle, nihil proficere. De contractibus igitur videamus, & in iſtis ſunt qui diſtinguendum putant; an à diſpoſitione, an à conditione ceptum ſit, ac in illis referre, an in eadem perſona utrumque hæſerit, an non: hocque addendum putant, an quandoque is, qui ex conditionis implemento obligari poſſit, aliquid acceperit, an non. Alii aliter, & nuper quidam generaliter dici poſſe putavit, etiam in arbitrariis conditionibus hæredem ad-

l. unica §. ſin autem C. de cad. 103. *l. à teſtatore de cond. & de.*

68. *l. ſi ita legatum §. 1. de leg. 1.*

Bart. in l. ſi decem cum petiero, de verb. ob.

F. Balduinus.

admittendum eſſe, propterea quòd fortuitæ conditionis ſpem in contractibus ad hæredes tranſire videret, quod perfrivolum eſt. Ita ſe omnes miſerè involvunt. Nos ſanè huic diſputationi initio hujus capitis fecimus præjudicium, dum in conditionibus à perſona recedendum non eſſe ſcripſimus. Quod prorſus verum credimus, ſi perſona certa in conditione comprehenſa ſeu domonſtrata ſit: veluti ſi capitolium aſcendero, ſi Romam ivero, ſi inſulam ædificavero: aut in te ſi tu hæc feceris, aut ſi fecerit ea Titius. Sanè hîc ridiculum fuerit, ſi me defuncto hæres meus ea ſe facturum offerat, ſicque ſtipulationem committi: nemo etenim dixerit verum eſſe, me Romam iviſſe, propterea quòd hæres meus Romam iverit. Neque referre putem, an faciendi, an dandi ſit conditio, dum, ut dixi, perſona certa in ſpecie demonſtrata ſit, neque diverſum contrahentes voluiſſe probentur. Ex eo enim quòd hęres meus dare paratus ſit; dediſſe me nemo dicet: Et conditiones in terminis obſervandæ ſunt. Adeò ut ſi decem mihi dari ſtipulatus ſim, ſi petiero, niſi vivus petam, corruere ſtipulationem, communi calculo probatum ſit, ut hæredem meum, ſi petat, 48. *l. ſi decem de verb. obli. juncta glo.*
nihil agere percertum ſit: quamvis hiſce verbis, *cùm petiero*, admonitionem magis, quò celerius ſolvatur, quàm conditionem adſcriptam videri, *Vlpianus* notaverit. Undè cùm prætor emancipatum ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas, cum iis qui in poteſtate ſunt, admittit, ſi caverit ſua bona in medium ſe collaturum, *Julianus* Prætorem conditionem adſcripſiſſe negavit, ſed hoc *l. 3. de col. bo.*
demonſtratum eſſe, quòd datâ bonorum poſſeſſione

ne

ne fieri ab emancipato oporteat: quaſi hæc verba, *ſi caverit*, pro hiſce poſita ſint, *ita ut cavèat*. Aliàs enim, emancipatus interim decedens, nihil hæredi ſuo potuiſſet relinquere: quia ipſe conditionem implere nequiviſſet. Itaque ſi mihi decem dari ſtipulatus ſim, ſi Stichum manumiſero, ſi me defuncto hæres meus ſe manumiſſurum offerat, nihil facturum arbitror. Idemque fuerit, ſi quinquaginta ſtipulanti promiſerim, ſi Stichum non manumiſiſſem; nemo etenim dixerit, me mortuo, ſervo non manumiſſo, pœnam hæredem meum evitare poſſe, ſi ipſe manumittat, non magis quàm verum eſſe me Titium ſalutaſſe, ſi hæres meus eum ſalutaverit. Secundùm hæc *Petrus de Bella*
q. 56. *pertica*, ſi pater filiam elocando de ſucceſſione eam excluſerit, ſi centum marito numeraſſet; mortuo patre, hæredes ejus ut filiam de ſucceſſione excludant, centum numerare non poſſe notavit. Et quæ ejuſdem argumenti à me ſuperiùs recitata
ſuprà nu. ſunt, tranſcribenda eſſe non putavi. Planè ſi hære-
4. 5. 6. & dis quoque perſona in conditione comprehenſa
7. ſit, nemo hanc admittendam eſſe dubitaverit. Cùm Claudius Hermeti quinquaginta promiſiſſet, ſi nec ipſe, nec hæres ſuus Stichum manu-
122. l. qui miſiſſet, *Scævola* Claudii hæredem Stichum manu-
Romæ. §. mittendo à pœna ſe liberare poſſe ſcripſit. Et
Flavius de *Alexander ad Cariſium*, Si fundum parentes tui eâ
verb. obli. lege vendiderunt, ut ſive ipſi, ſive hæredes eorum
l. 2. C. de emptori pretium obtuliſſent, reſtitueretur, te hæ-
pac. int. redem paratum ſatisfacere, actionem habere ſcrip-
emp. ſit. Quod autem *Accurſius*, cæterique interpretes ajunt, non fuiſſe nec eſſe hîc perſonam hæredis comprehendere, ut nullâ probant lege, juri con-
ſen-

ſentaneum non eſſe autumo. Secundùm hæc etiam *7. l. ſi cre-*
Marcellus, Si creditor pignus vendiderit, hoc pa- *ditor de*
cto, ut ſibi liceret pecuniam reddere, & pignus re- *diſt. pign.*
cuperare, debitorem non aliter actionem habere *§. 1. & 13.*
tradidit, quàm ſi à creditore ei mandata & ceſſa ſit, *l. ſi cum*
hocque *Iulianum lib.* 11. *Digeſtorum* ſcripſiſſe refert: *venderet.*
quamvis ſecùs ſit ſi pignus ita vænierit, ut ſi intra *de pig. act.*
certum tempus pecunia à debitore ſoluta fuerit, *17. l. fide-*
emptio reſcindatur. In tertia autem perſona, quæ *juſſor. §. ſi.*
diximus aperta ſunt: veluti ſi fide tuâ quid eſſe juſ- *de fid.*
ſeris, ſi Titius non ſolverit: hæredem etenim Ti-
tii conditionem excludere non poſſe, *Iulianus* tra-
didit. Atque hæc cùm perſona certa demonſtrata
eſt. At ſi conditio imperſonaliter adſcripta ſit, ut
pretio intra certa tempora reſtituto, res inempta
fieret. Quando enim non dicitur à quo pretium
reſtitui debeat, admittendum eſſe hæredem vendi-
toris conſequens fit. In addictione in diem, idem
evenit. Nam hæc ita fit: Ille fundus centum eſto ti-
bi emptus, niſi quis intra Calendas Ianuarias pro- *l. 1. de in*
ximas meliorem conditionem fecerit, quò res à *di. add.*
domino abeat. Undè *Pomponius*, ſi prædio in diem *18. l. ſi præ-*
addicto, intra diẽ addictionis hæres exiſtat, melio- *dio eod. tit.*
rem ei conditionem adferri poſſe ſcripſit. Atque in
dubio imperſonaliter conditio ſcripta videbitur. *9. l. ſi pa-*
Alius item caſus eſt in judiciis & arbitriis. Nam ſi *ctum de*
judex aut arbiter, quẽ dare aliquid juſſerit, adſcrip- *probat.*
tâ pœnâ, ſi id non feciſſet, poterit ſe hæres dando à
pœna liberare. Non enim utimur, inquit *Vlpia-*
nus, *Labeonis* ſententiâ, qui exiſtimavit, ſi quem
arbiter pecuniam dare juſſerit, & is deceſſerit an- *32. l. diem*
tequam daret, pœnam committi, licèt hæ- *proferre. §.*
res ejus offerre paratus ſit. Sed hæc benignâ *1. de arbit.*

in-

interpretatione in judiciis recepta eſſe puto ad pœnam evitandam: *Labeonis* autem ſententia in juris communis regulis fundata erat. Atque iſtis expeditum eſse puto, quo ſe noſtri interpretes etiamnum tantoperè cruciârunt, ac ſimul demonſtratum eſse, conditiones ſpecificas impletiones requirere.
Enimverò ut id in univerſum verum ſit: ſunt ta- 24
men caſus in quibus conditiones per æquipollens impleri poſse dicuntur. Quod tunc admittendum eſse communiter ajunt, cùm neceſsarium fuit conditionem adſcribere ad finem ac intentionem proferentis, neque ſine conditione id expleri potuerit. Demus matrem quid filio relinquere velle, patrem tamen eundemque maritum odiſſe, ut ei per filium nihil acquiri velit, quid faciet? Conditionem certè adſcribere cogitur, cùm emancipatus erit. Hâcque ratione utrimque conſultum erit. Matrem, inquiunt *Divi Diocletianus & Maximianus*, cui mariti mores ſuſpecti ſunt, ita filiis conſulere poſſe compertum eſt, ut eos ſub hac conditione inſtituat, ſi à patre emancipati fuerint.

26. l. filiis C. de inoff. teſt.

Atque hinc *Juſtinianus* veteris legis tollens iniquitatem, poſthumum à matre, patris odio, exhæredari non poſſe conſtituit, cùm poſſit ſub conditione emancipationis hæreditatem ſuam mulier filio relinquere, & patris odium punire, & filio non nocere. Quid igitur ſi non emancipatione ſed patris morte filius ita ſcriptus hæres ſui juris effectus erit: aut contrà emancipatione, cùm de morte patris adſcripta fuiſſet conditio, annè conditio impleta eſſe cenſebitur? & impletam videri à pleriſque reſponſum eſt. Si cui, inquit *Vlpianus*, ita fideicommiſſum relictum fuerit, ſi morte patris ſui

33. l. ſi quis in ſuo. eod. tit.

11. l. fideicommiſſa. 1 §. ſi cus de leg. 3. &

ſui juris effectus fuerit ; & emancipatione ſui juris factus ſit, conditione defectus non videbitur. Undè *Serbidius Scævola*, cùm Braſidas quidam Lacedæmonius liberos ſuos emancipaſſet, quibus uxor à viro ſeparata, ita fideicommiſſum reliquerat, ſi patris morte ſui juris effecti eſſent: extitiſſe conditionem reſpondit, ſicque à divo *Marco* decretum fuiſſe refert: quòd mater ſolum mortis caſum expreſſiſse præſumebatur, eò quòd emancipationis nullam ſpem haberet. Hinc cùm mulier quæ duos in patris poteſtate filios reliquerat, extraneum inſtitutum hæredem rogaſſet, ut liberis ſuis poſt mortem patris hæreditatem reſtitueret, vel ei qui eorum tunc ſupereſset; ac emancipatis à patre liberis hæres hæreditatem reſtituiſset, mox alter ex filiis, vivo etiam tum patre, deceſſiſset: ab *Vlpiano* reſponſum fuit ſuperſtitem filium, partem fratri ſuo reſtitutam, non rectè ab hærede petere, ut præmaturè reſtitutam. Ex contrario item, cùm mulier filium hæredem ſcripſiſset, cùm à patre emancipatus eſset, divus *Antonius* ad *Maxentium*, morte patris extitiſse conditionem reſcripſit. Imò ſi pater deportatus ſit, idem juris fore tradidit. Neque hæc correcta eſse per *Iuſtiniani* conſtitutionem, quæ de legitima omnem conditionem rejicit, communis eſt interpretum ſententia. Et ſanè cùm hæc conditio in favorem filii adſcribi intelligatur, conſequens eſt eam non rejici: tametſi *Jaſon* diverſum ſentiat, ne filius ante emancipationem moriens, nihil ad hæredem tranſmittat. In donatione quoque idem à *Diocletiano* & *Maximiano* reſcriptum fuit: ſatis enim omninò fuit quocumque modo liberos à poteſta-

l. 15. ſi. ita. quando di. le. ced.

22. l. mulier. ad Trebell.

d. l. mulier

l. 3. C. de inſt. ſub cond. fac.

Iaſ. in d. l. filiis.

tione comprehenſum eſt, perpetuitatem quandam exigere præ ſe ferat; niſi duret, ſatis eſse factum non putabimus. Veluti ſi ita mulieri à morte mariti legatum fuerit, ſi in viduitate permanſerit: non enim hîc ſatis fuerit viduam ſemel factam eſse, ſed & in viduitate eam permanere oportet, ut conditionem implêſse videatur: adeò ut ſi poſt annos aliquot in viduitate exactos, ad ſecundas tranſierit nuptias, nedum rem ipſam, ſed & omnes fructus reddere cogatur. Quis item, ſi hæc adſcripta fuerit conditio, ſi Titius illi permiſerit ex ædibus ſuis, in ædes illius ſtillicidium immittere; non dixerit id conditionem requirere ut durare debeat? Quid rurſus ſi de nomine aut inſigniis ferendis conditio adjecta ſit: an quis putarit ſatis eſse, ſi ad unum aut alterum annum nomen latum fuerit? Quid denique ſi hæc adſcripta ſit, ſi in monaſterium illud intraverit: annè exigemus, ut ibi perpetuam vitam devoveat? Porrò ſi factum momentaneum conditione comprehenſum fuerit, momentaneam quoque impletionem ſufficere arbitramur: quin hanc conditionem, ſi in familia nupſerit, *Vlpianus* impletam videri ſcribit, ſtatim atque uxor ducta eſt, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit: cùm nuptias, non concubitus, ſed conſenſus faciat. Sic *Iulianus*, cùm ita ſcriptum eſset; quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres eſto: placuiſse prudentibus refert, eum videri filio ſubſtitutum, qui quandocumque hæres patri fuiſset, quamvis etiam, vivo pupillo, hæres eſse deſiiſset, fortè ex cauſa de inofficioſo quæ pro parte mota ſit. Vndè *Iuſtinianus* hæc verba, ſi vidua erit, vel quoties vi-

aut. cui relictum de ind. vidu. tollo.

16. l. ſi à te ſi ſer. vend.

15. l. eum fuerit de cond. & de.

31. l. in ſubſtitutione de vul. & pup.

l. ſi. C. de ind. vid. toll.

dua erit, vel cùm vidua erit; itemque in maribus, ſi amiſerint uxores, vel quando ad cælibatum pervenerint; non requirere ut fœminæ in viduitate, vel maſculi in cęlibatu permaneant, ad Jo. præfe-
7. *l. ſi quis hæredem C. de inſt. ſub cond. fact.* ctum prætorio reſcripſit. Et idem *Juſtinianus* has conditiones, ſi ille conſul vel prætor factus fuerit, vel ſi illa nupta fuerit, non ideò minùs extitiſſe putavit, quòd ille adhuc vivo teſtatore, conſulatum vel præturam depoſuerit, vel filia à
21. *l. rogo, de fid. lib.* marito diverterit: ut *Papinianus* ei cui alienatio prohibita fuit, non prodeſſe putarit, ſi poſteà redemerit eum, cujus ſemel conditio extitit. Planè ſi factum ſucceſſivum in conditionem relatum ſit, temporis commenſurationem fieri oportere pu-
29. *l. qui concubinam §. uxori de leg. 3.* taverim: veluti ſi ita ſcriptum ſit, uxori meæ hæres ducenta dato, dum cum filio meo Capuæ erit. Hîc enim *Labeo*, ſi mulier ſe in aliud municipium receperit, unius tantùm anni legatum deberi ſcripſit, quo unà habitaſſent: dum tamen intelli-
8. *l. ſi quis ita legaverit de cond. & de.* gamus non id deſiderari in ſupradictis, ut omni momento mulier cum filio ſit, ut *Trebatius* & *Labeo* notârunt, & à *Pomponio* probatum eſt. Idem
100. *l. pater §. ſi. de cond. & de.* erit ſi ſic fideicommiſſum Titio relictum ſit, quamdiu res filiæ meæ geſſerit. Nam & *Pompo-*
10. *l. Sejo de an. leg.* *nius* cùm ſic ſcriptum fuiſſet; Sejo amico meo fideliſſimo, ſi voluerit ſicut meis negociis eodem modo filiorum meorum intervenire, aureos ſenos & habitationem præſtari volo: duobus filiis mortuis, pecuniam cum labore dividendam ſcripſit.
17. *l. legatum de annu. leg. junct. glo.* Sed & finiri quod ... relictum eſt ajunt; Titiæ quinquaginta damnas eſto hæres meus dare, donec nubat: annua enim hæc intelliguntur eſſe, ut *Iabolenus* ſcribit. Tametſi alimentorum legatum quod,

quod hoc modo relictum ſit; quàmdiu cum Claudio Iuſto morati eritis, vobis alimenta & veſtiaria legata ſint; etiam poſt mortem Iuſti, ſpeciali favore deberi compertum ſit.

13. l. Cajo §. Imperator de ali. leg. & l.1. C. de leg.

26 Hoc quoque annotandum eſſe arbitratus ſum circà conditionum impletiones, ſi de jure impleri non poſſint, factum nudum ſufficere, idque verum putant, etiamſi de actione quærenda agamus. Sic *Labeo*, cùm quis hæres ſcriptus fuiſſet, ſi hæreditarium ſervum manumiſiſſet; hæredem ſi manumiſerit, fore ſcripſit, quamvis eâ manumiſſione nihil actum ſit. Et cùm Mevio ita fundus legatus fuiſſet, ſi Calimacho ducenta dediſſet; ducentis Calimacho datis, quamvis, quòd cum eo teſtamenti factio non fuiſſet, pecunia ejus non eſset facta, conditionem tamen impletam videri, ab eodem *Scævola* reſponſum eſt. Et libertate ita datâ, ſi hæredi meo x. promiſerit; ſervum promittendo liberum fieri, quamvis ex ea promiſſione ſervus obligatus non ſit. Et *Vlpianus*, cùm ita ſcriptum eſset; Stichus liber eſtô, ſi Cornelio filio meo x. operas ſe daturum juraverit: jurando conditionem impletam videri ſcribit, quamvis ad operas Stichus obligatus non ſit, niſi poſt manumiſſionem juraverit. Et idem à *Martiano* & *Juliano* probatum eſt. Non admodum diſſimile eſt, quod alibi *Scævola* notavit, Pamphilum qui ita liber ſcriptus fuerat, ſi peculium ſuum hæredi verè dediſset, rebus omnibus ex fide bona traditis, liberum fieri, quamvis domino plus debuerit, quàm fuerit in peculio; nudum enim factum ad conditionis implementum ſufficit, etſi hoc ipſum inutile ſit ac ſine fructu.

20. l. Mulier §. 1. de cond. inſt.

54. l. Mevius de cond. & de.

l. pe. §. 1. de ſtatulib.

36. l. ſervum teſtamento de ma. teſt.

24. l. Stichus de ſtatulib. & 13. l. ſi quis ita §. qui ita eo. n.

43. l. Sticho § 1. de ſtatulib.

PRæſenti capite hæc ferè explicanda eſſe duximus, quo titulo accipi videantur, quæ dantur conditionis implendæ gratiâ: an in quartas imputentur, & an aliquo caſu eorum ſit repetitio

1. Quod ad primum attinet, certum eſt hæc do- *31. l. mor-*
nationis titulo accipi non videri. Pecunia, inquit *tis §. ſine*
Cajus, quam legatarius, vel ſtatuliber dat pro im- *de mort.*
plendâ conditione, ſine donatione accipitur. Vndè *cau. do.*
Martianus eum qui teſtamento ſuo Pamphilum li- *38. l. in-*
berum eſſe juſſit, ſi mihi decem dediſſet, nihil mi- *ter mortis. eo. tit.*
hi videri donaſſe ſcribit. Idemque fore, ſi quis ex *1. l. ſi quis*
eadem conditione hæres inſtitutus fuerit. Nec item *ſub condi.*
legatarius eſſe dicitur qui accipit, quamvis fidei- *ſi quis o-*
commiſſo poſſe gravari dicatur. *Vlpianus* enim cùm *miſ. cau. teſt.*
libertas hoc modo ſervo data fuiſſet, ſi Titio de- *99. l. qui-*
cem dediſſet, Titium rogari poſſe ſcribit eadem *dam § fin.*
decem aliî reſtituere. Cur enim, inquit, non poſ- *de leg. 1.*
ſit? cùm teſtatori liceat adjectam prius conditio-
nem poſteà adimere. Et qui conditionem pecuniæ *23. l. im-*
ſibi dandæ legato adſcribit, in Senatuſconſultum *puberem §.*
incidit, quo quis ſibi in teſtamento adſcribere pro- *pe. de Fal.*
hibetur. Quid igitur? *Vlpianus*, quod ſtatuliber
vel legatarius implendæ conditionis cauſâ dat, *8. l. quæ*
mortis cauſâ capitur: Et *Paulus*, propter teſta- *pretio de*
mentum accipi ſcribit: ideoque eum qui acceptu- *mort. cau. do.*
rus fuerat, ut indignum repelli, ſi teſtamentum *5. l. poſt le-*
2. falſi accuſaverit. Vndè ſi hæredi datum ſit, non hæ- *gatum qui*
reditario jure accepiſſe videtur: ideoque nec hæ- *mortis de*
redibus communicari debebit, nec in familiæ *iis quib. ut indig*
Herciſcundæ id veniet judicium, ut *Papinianus* no- *21. l. ſi uni.*
tavit: neque fideicommiſſi cauſâ reſtituere coge- *fa. Her.*

 tur,

44.*l. qui §. 1. de cond. & de.* tur, etiamſi coactus hæreditatem adierit, neque in petitionem id veniet hæreditatis. Nam, ut *Papinianus* ſcripſit, ſi hæres acceptâ certâ quantitate reſtituere rogatus ſit, ab hærede petenda non erit hæreditas: quoniam pro hærede quod conditionis implendæ gratiâ accepit, non poſſidet, excepto eo quod ſtatuliber uni ex hæredibus de peculio dedit; hoc enim & in petitionem venire hæreditatis, & ex Trebelliano debere reſtitui, à *Sabino*, *Papiniano*, *Vlpiano*, & *Paulo* notatum eſt. Non eſt diſſimile quod *Africanus* ſcripſit, ſi ſtatuliberi nomine hæres noxale judicium ſuſceperit, ac interim decem quæ dare juſſus fuerat, acceperit, ſervuſque ad libertatem pervenerit: non aliter hæredem abſolvendum eſſe, quàm ſi decem quæ acceperat, actori reddidiſſet; ſiquidem pecunia aliundè accepta ſit, quàm ex peculio: ſi verò ex peculio nummos acceperit, contrà ſtatuendum eſſe. Enimverò ſi cui lex certum modum ad capiendum definierit, neque conditionis implendæ gratiâ ultrà eum modum capere poterit, quantumvis ex bonis defuncti teſtatoris non proficiſcatur. Et quod dicitur de alimentis ſine prætore tranſigi non poſſe, in iis quoque alimentis *Vlpianus* locum habere reſpondit, quæ conditionis implendæ causâ relicta ſunt. Cæterùm ſi quid ſervo fructuario implendæ conditionis cauſâ datum fuerit, ac quæramus cui quæratur; videndum eſſe cujus contemplatione conditio adſcripta fuerit, *Vlpianus* tradit.

15. l. etiamſi §. et ſi de pe. har.
41. l. quod ſtatulib. de mor. cauſa donat. & d. §. ſed & ſi.
63. l. ſi ſervus §. ſi. de fur.
36. l. quod conditionis de mor. cauſa don.
8. l. cum ii §. ſed & ſi de tranſ.
26. l. ſed & ſi §. 1. de uſuf.

3. An autem in quartam imputetur quod conditionis implendæ gratiâ datum eſt, videamus: & primùm de quartæ naturâ. Et in hanc veteres imputari putabant: poſteriores autem ea demùm imputari

23. glo. in l. filius quem C. fa. har.

ajunt

ajunt in hanc quartam, quæ ex patrimonio & judicio teſtatoris accipiuntur: ea autem quæ conditionis implendæ dantur gratiâ, ex eo genere ferè non ſunt. Nam quamvis ex judicio teſtatoris prodire videantur, non tamen prodeunt de ſubſtantia ipſius, Et ut *Juſtinianus* conſtituit, legitimam filiorum de patrum ſubſtantia repleri oportet. Quod igitur *Vlpianus* extraneo inſtituto hærede, ſi filio teſtatoris centum dediſſet, filium à querela inofficioſi teſtamenti excluſum eſſe dixit, ſi ſciens conditionem centum accepiſſet, quaſi defuncti agnito judicio; per jus poſterius abolitum eſt. Itaque quod *Bartolus* ſcribit, filio in quavis modica portione inſtituto, computari in legitimam, quæ conditionis implendæ gratiâ ei data ſunt; verum eſſe non puto, niſi fortè de ſubſtantia patris proveniat. Non eſt diſſimile quod de patrono dicitur: huic enim ſi quid implendæ conditionis cauſâ datum fuerit: ita in debitam portionem computabitur, ſi de bonis liberti profectum ſit, ut *Vlpianus* admonuit.

Bar. in l. in quartam ad leg. fal.

36. l. ſcimus C. de inof. teſt.

8. l. Papinianus §. ſi conditioni de inof. teſt.

in d. §. ſi conditioni.

4. Videamus de quarta Falcidiæ ſeu inſtitutionis, quam per legata minui non poſſe, notiſſimi juris eſt, an in hanc hæredi imputentur, quæ conditionis implendæ gratiâ, à legatario, vel ab alio ei data ſunt? Et non imputari à *Martiano* notatum eſt, cùm illa ſolùm imputentur, quæ hæreditario accipiuntur jure. Enimverò ſi hæres certo pretio rem vendere juſſus ſit, pretium ei in hanc quartam imputari, & *Celſo*, & *Juliano* placuiſſe refert, quia hoc conditionis figura accipere non videtur. Undè *Hermogenianus* eum cui fundus viginti ſi decem dediſſet, legatus ſit, in toto fundo non etiam de-

l. 3. §. fi. de bo. liber.

30. l. in ratione §. tumetſi ad leg. falc. & 90. l. in quartam eo. tit.

40. l. ad veterani §. 1. eo. tit.

detractis decem, legatarium eſſe ſcribit, quantum ad legis Falcidiæ rationem attinet. Et *Martianus*, ſi centum prædium teſtator legaverit Titio, ſi quinquaginta hæredi dediſſet, quinquaginta extra hæreditatem haberi, neque in quartam imputari
d. l. in quartam eod. tit. tradidit. Quanquam re vera ipſe legatarius tanto minus accipere videatur, quantum conditionis nomine erogare juſſus eſt, ut ſi fundus qui pluris non
125. l. civitatibus §. fi. de leg. 1. eſt, quàm centum ita legatus fuerit Titio, ſi centum hæredi dediſſet, nihil Titius ex teſtamento accepiſſe videatur, ac ideò fideicommiſſo gravari
61. l. ſed ſi hoc §. 1. de cond. & de. non poſſe. Et *Neratius*, quantum quis conditionis implendæ cauſâ erogare cogetur, deducendum eſſe de eo quod jure capere poteſt, tradidit. Vt *Iulianus* hîc intereſſe non putârit, an hæredi, an ex-
75. l. id autem eo. tit. traneo dare juſſus fuerit. In quam ſententiam *Vlpianus* quoque deſcendit. In univerſum itaque *Cajus* quod hæredi à legatario vel ſtatulibero pro implenda conditione datur, non imputari ei in Falcidiam tradidit, quia, inquit, mortis cauſâ capitur. Quod tamen ita verum eſſe puto, ſi non id quod
d. l. id autem. datur, hæreditarium ſit. Nam idem *Cajus*, ſi hæres à ſtatulibero peculiares nummos accipiat, pro ſua parte quadranti eos debere imputare ſcripſit: quia, inquit, hos non mortis cauſâ, ſed hæreditario jure
41. l. quod ſtatuliber, de mor. cau. do. habere intelligitur. Et idem à *Papiniano* probatum eſt. Neque ab hoc admodum diſſimile eſt, quod ſuprà de legitima dictum fuit. Accedit & hoc quod alibi *Vlpianus*, ſi ſervi emptor cùm ſtatuliberum
l. 2. §. fin. de do. ma. excep. eſſe ignoraret, duplæ ſtipulatus ſit, iſque ſe datis decem, quæ in conditione erant, in libertatem vendicaverit: emptorem decem, quæ pro implenda conditione accepit, deducere debere: niſi ex re

emp-

emptoris, vel ex peculio, quod ad emptorem pertinebat, pecunia ſoluta fuerit. Idem tamen *Vlpianus* hæc procedere admonuit, ſi quod à ſtatulibero datur, in peculio ejus fuerit, cùm moreretur teſtator. *36. l. quod conditionis §. 1. eo. tit.*
Nam ſi tunc in peculio ejus non fuerit, ſed
poſt mortem demùm eſſe cœperit, aut ſi alius pro
eo numeraverit de bonis defunĉti, quæ mortis
tempore habuit, fuiſſe non putabitur. Amplius ſi
id quod legatarius condítionis nomine hæredi dare
juſſus eſt, inter nomina hæreditatis numerari poſ-
ſit, ipſi quoque in Falcidiam imputari adeò *Paulus*
credidit, ut ſi pupillo qui decem naturaliter debe- *21. l. ſi pu-*
bat, ita decem legata ſint, ſi x. quæ debebat, ſol- *pil. ad leg. Fal.*
viſſet: hæc quæ ſolviſſet hæredi in Falcidiam im-
5. putanda eſſe tradiderit. Ad quartam Trebellia- *90. l. in*
nicam tranſeamus, & in hanc quæ conditio- *quartam*
nis implendæ dantur gratiâ, imputari à *Martia-* *&*
no notatum eſt, quemadmodum & ſi præceptâ, *92. l. accep-*
deductâ, vel retentâ aliquâ re, hæreditatem ſcrip- *tis eod. tit.* *Inſt. de fi-*
tus hæres alteri reſtituere rogatus ſit: in quam *dei. hær. §.*
ſententiam à divis *Pio* & *Adriano* conſtitutio- *ſi quis.*
nes factas eſſe dicuntur. Vndè cùm Titius ſcrip-
tus hæres acceptis centum, hæreditatem roga- *58. l. dedu-*
tus fuiſſet reſtituere, centum hæc in Trebellia- *cta §. num-*
nicam imputanda eſſe *Papinianus* reſpondit. Ideo- *mis ad Trebell.*
que ſi Titio & Sejo ſcriptis hæredibus in hære- *d. l. dedu-*
ditate, quæ cccc. valeat, Titiuſque Sejo ſuam *cta §. num-*
partem, acceptis vel retentis quinquaginta reſti- *mis.*
tuere rogatus ſit, cùm quinquaginta quartam in
ducentis, quæ Titii portio eſt, faciant, nihil
præterea à Titio deduci poterit. Aliam eſſe præ- *d. §. num-*
diorum cauſam à *Papiniano* traditum eſt: horum *mis.*
enim eam dumtaxat portionem quam à ſe capit

hæ-

hæres, in Trebellianicam imputabit: non autem eam quam accepit à cohærede, ut ſi pars ſua hæreditatis valeat CC. fundus quem præcipere juſſus eſt, L. imputabit xxv. alia autem xxv. deducet de portione hæreditatis reſtituenda. Vndè cùm pater tribus filiis, ac fortaſsè quibuſdam aliis ſcriptis hæredibus, rogaſſet primum ex filiis, ut accepto ſibi certo fundo hæreditario, portionem ſuam hæreditatis cohæredibus ſuis reſtitueret, fundumque recepiſſet; quæſitum fuit de Trebellianica, an videlicèt hic fundus acceptus in eam imputari debeat, & quid reſtituere deberet? eaque de re conſulti Imperatores *Diocletianus* & *Maximianus Socrati* reſcripſerunt, partem ipſius hæreditariam in prædio in primis ei imputandam eſſe, non autem eas partes quas à cohæredibus accepit: Deindè imputanda eſſe quæ ei à cohæredibus legata ſunt, vel per fideicommiſſum relicta. Et ſi quid adhuc deſit de hæreditate, communi jure retinere eum debere, deducto ſemper, hoc eſt, non computato eo, quod à cohæredibus in eodem fundo ei ſolvitur. Et hunc verum ejus reſcripti eſſe intellectum, ex ſententia *Lanceloti Politi* viri acutiſſimi arbitratus ſum, quicquid *Alciatus* contrà adferat. Ipſe enim de fundo reſtituendo filium rogatum fuiſſe ſcribit, & de Falcidia deducenda actum eſſe: cùm *Politus* & omnes de hæreditatis parte reſtituenda, & deducenda Trebellianica actum putent, quod verius eſt. Sed quid ſi poſitum in conditione prædium hæreditatis portionem excedat? Demus in hæreditate quæ CCCC. valeat aureos, prædium eſſe Sempronianum quod valeat CCCL. inſtitutoſque eſſe hæredes

24 l. filius quem C. fa. Her.

Paradox. lib. 6. c. 5.

gloſ. ind. §. nummis.

redes Titium & Sejum, Titiumque accepto prædio portionem ſuam hæreditatis Sejo reſtituere rogatum eſſe. Et *Papinianus* ſi prędia majoris pretii ſint, quàm hæreditatis portio, concurrentem pecuniam compenſari oportere: pro ſuperfluo autem Falcidiam in prædiis interponendam eſſe tradidit. Vndè cùm in ſuperiori caſu duplex fideicommiſſum ſit, unum quo accepto prædio, Titius compellatur reſtituere portionem ſuam hæreditatis; aliud quo acceptâ hæreditate Sejus prædium reſtituere cogatur: ac ſubducto prædio. L. in hæreditate maneant, de quibus XXV. ad Titium, alia XXV. ad Sejum pertinere liquet, cùm ex æquis partibus ſcriptos fuiſſe ponamus: Conſequens eſt Sejum in Trebellianicam primùm imputare debere ſua XXV. deinde alia XXV, quæ ei Titius reſtituet, ſicque quartam ſuæ portionis, quæ L. ſunt habebit. Porrò ſi prædium valeat CCCLXXX. ſublato prædio, XX. manebunt, quæ ſimiliter dividenda erunt, & Sejo in quartam imputanda, & XXX. quæ deſiderantur de prædio

d. §. nummis.

l. fideicommiſſa §. cum eſſet, de leg. 3.

6. retinebit, uti *Accurſius* annotavit. Quid denique, ſi conditionis implendæ gratiâ, quid datum factúmve ſit, & cauſa ob quam dabatur, vel factum ſit, non ſit ſecuta? an repeti poterit? *Julianus*, ſi is cui hæreditas per fideicommiſſum relicta eſt, & prætereà fundus, ſi decem dediſſet hæredi, decem pro implenda conditione numeraverit: poſteaque hæres cùm ſuſpectam diceret hæreditatem, ex Trebelliano eam reſtituerit: quod implendæ conditionis gratiâ ſolutum fuit, condictione repeti poterit. Et *Papinianus*, ſi bonæfidei poſſeſſor à quo aufertur hæreditas conditionis implendæ

34. l. is cui de cond. indeb.

53. l. hæreditas §. 1. de petit her.

gratiâ,

gratiâ, defuncto teſtatori, monumentum fecerit: doli mali exceptione impenſas retinebit, aut, ſi malit, negotiorum geſtorum actione repetere poterit, dum tamen probabilem modum ſumptuum, teſtatoriſque juſſum non exceſſerit. Et rurſus, ſi quis arbitratus ſe decem dare juſſum eſſe, quaſi ſtatuliber ea numeraverit, cùm verum non eſſet: quin poſſit repetere, dubium non eſt. Vndè cùm ſervus cui teſtamento libertas relicta fuerat, ſi decem dediſſet; ignorans codicillis ſibi purè libertatem datam eſse, decem numeraverit: *Celſus* patrem ſuum exiſtimâſse ſcribit, repetere eum non poſse. Sed ipſe naturali æquitate motus contrà poſse repetere: quam ſententiam *Vlpianus* probavit. Idem juris erit, ſi parendi conditioni causâ tibi decem dedero, ac mox ipſe repudiavero hæreditatem vel legatum; vel ſine ſcelere meo teſtamentum aut falſum, aut inofficioſum pronuntiatum ſit. Nam & hiſce caſibus repetere potero, quod à me datum eſt. Et in ſpecie *Paulus*, ſi cùm mihi ſub conditione legatum eſse putarem, ejus explendæ gratiâ pecuniam dederim, cùm tamen mihi nihil eſset legatum, aut quod legatum fuerat, ademptum ſit: ut causâ propter quam dedi non ſecutâ, repetere me poſse ſcribit. Idemque eſse in eo qui ſe putabat hæredem inſtitutum eſse, cùm non eſset. Et *Scævola*, cùm Stichus teſtamento ejus quem dominum ſuum eſse arbitrabatur, liber eſse juſsus fuiſset, ſi hæredibus ſuis denos decem annis dediſſet, ac Stichus octo annis, præfinitam quantitatem exolviſset, poſteaque ingenuus inventus ſit: datam pecuniam repetere eum poſse reſpondit, ſi modò neque ex operis, neque

l. 3. §. ſi quis de condic. canda. can. non ſe.

l. 1. eod. tit. & 65. l. id ſumma de cond. ind.

l. 2. de con. cauſ. da. 65. l. in ſumma de cond. inde.

67. l. Stichus eo. tit.

neque ex re ipſius, cui bonâ fide deſerviebat, quæſita fuerint. Planè, ſi cùm ſervus meus ſub conditione hæres inſtitutus fuiſset, ego pro ſervo conditionem implêſsem, ac ipſe manumiſsus hæreditatem adierit, datam à me pecuniam haudquaquam poſse repeti, à *Paulo* ſumus admoniti: nimirum cùm cauſa ſecuta ſit; hæreditate ſervo acquiſitâ. Iterum in libertate, cùm teſtamento ita ſcriptus hæres fuiſset Titius, ſi Stichum manumiſerit, hæres eſto: quamvis poſtea teſtamentum injuſtum aut inofficioſum pronunciatum ſit, libertatem tamen revocari non poſse ſingulari jure, *Vlpianus* reſpondit. Enimverò ne fruſtrà ſervum Titius amiſiſse videatur, pretium ſervi ab ipſo manumiſso exigere poterit. Idemque à *Paulo* probatum eſt, & xx. ſolidos manumiſsum numerare debere, ſcribit.

d. l. in ſumma.

26. l. ſub hac conditione, de inoffi. teſt.

TITVLVS QVARTVS

Quibus ex cauſis conditiones finguntur impletæ.

SUMMARIUM.

1. *Fortuitas conditiones hanc diſputationem non recipere.*
2. *Pro libertate omnes conditiones fingi impletas, dum per ſervum non ſtet quo minùs.*
3. *Generaliter pro impleta conditionem eſſe, ſi eam impediat cui fuerat nocitura.*
4. *Dandi conditio, ut fingatur impleta.*
5. *Faciendi conditio, ut pro impleta ſit.*
5. *De nuptiarum conditione.*

ta eſt, noluerit eam implere; aut morte vel caſu aliquo impeditus fuerit: aut quòd is cui quid dandum aut faciendum erat, non admiſerit, ſed recuſaverit. Et quidem ſi ipſe implere conditionem noluerit, cui adſcripta fuit, finita omnis eſt quæſtio: conditione enim defectus manet, qualiſqualis ſit, etiamſi de libertate agatur. Cæterùm ſi, cùm ipſe parêre volebat, aut caſu impeditus fuerit, aut alterius facto, recuſatione fortè aut morte, quid juris ſit videamus. Et ſanè cùm variæ ſint conditionum ſpecies, ſimpliciter ac in univerſum huic quæſtioni reſponderi non poſſe putarim, duæ tamen regulæ generales viſæ ſunt mihi tradi poſ-

2. ſe: Vna eſt de libertate, circà quam tenere poſſumus ſingulari favore conditiones omnes ſervo adſcriptas pro impletis haberi, dum per eum non ſtet, quò minùs verè impletæ ſint. Qualitercumque itaque conditio deficiat quæ ſervo adſcripta fuit, ſive caſu, ſive morte, ſive alterius facto, ut recuſatione, libertati non oberit; dum (ut dixi) per ſervum non ſtet, quò minùs ipſe conditioni paruerit. Libertate, inquit *Paulus*, ſub conditione datâ, ſi per ſervum non ſtet quò minùs conditioni pareat, ac abſens is ſit, à quo libertatem præſtari oporteat; ex Senatuſconſulto Rubriano ſervus libertatem conſequitur. Et *Scævola*, cùm Spendoforo libertas à teſtatore data fuiſſet, ſi filiæ rationes idoneè adminiſtrâſſet, Spendoforum liberum fore ſcripſit, quamvis filia impubes, vivo teſtatore, mortua eſſet. Et *Vlpianus* ſtatuliberos conditionibus parêre oportere ſcribit, ſi conditio poſſibilis ſit, nemoque eos impediat. Et *Martianus*, ſi per ſtatuliberum non ſtet, quò minus

33. l. ſi filius §. 1. de fide lib.
41. l. Thais. §. Spendoforus. eo. tit.
l. 3. de ſtatulib.
55. l. libertate, de ma. teſta.

 con-

conditioni pareat, ad libertatem perveniet, quamvis nec per ſe ſtare hæres dicat; quod in hæredis quoque ſervo locum habere ſcribit. Vndè cùm Stichus, cui ſic libertas data fuerat, ſi hæredi certum numerum ſolidorum præſtitiſſet, ac in itinere dum ad hæredem cum ea pecunia proficiſceretur, in latrones vel hoſtes incidiſſet, pecuniaque
l. ſi. C. de ei per vim ablata eſſet; *Juſtinianus*, omni dubita-
cond. inſer. tione ſemotâ, libertatem ei competere tradidit; haud ſecùs atque ſi pecunia ad hæredem perveniſſet: intereſſe enim non putavit, ſivè per hæredem, ſivè per alium cui pecuniam ſervus dare juſſus ſit,
l. 3. §. non ſivè per fortuitum caſum impeditus fuerit. Sed &
ſolum de ſi ſervum juſſum cohæredi dare, alter cohæres
ſtatulib. impedierit; pro impleta erit conditio: is tamen cui dare juſſus fuerat, ab altero familiæ Herciſcundæ judicio conſequetur, quod ſuâ intererat,
33. *l. ſi filius §. 1. de fid. lib.* ſtatuliberum prohibitum non fuiſſe, ut *Vlpianus* notavit. Quin ſi hæres libertatis conditioni impedimentum fecerit, libertum amittere, *Paulus*
d. l. 3. §. ſi quis ſervum. admonuit. Neque tunc ſolùm impleta videbitur conditio, cùm ipſe hæres libertati moram fecerit, ſed & ſi tutor, curator, vel procurator, vel alius in cujus perſona conditioni parendum ſit, id præſtiterint. Enimverò notandum eſt quod *Paulus* ſcribit, non omne impedimentum ab hærede
38. *l. non omne de ſtatulib.* proveniens, ſtatulibero pro conditionis eſſe implemento, ſed id duntaxat, quod libertatis impediendæ gratiâ factum eſt: quin hæredi aliquid
4. *l. Thais. §. 1. de fidelib.* pro ſua commoditate indulgendum eſt, ut *Scævola* ait. Sed nec ex eo quòd hæres ſervum cui libertas data eſt, ſi decem dediſſet, operari vetet, ſtatim ad libertatem perveniet, cùm hæredi operæ debean-

debeantur, niſi fortè teſtator vel ex operis dare juſſerit. Quemadmodum nec ei, qui ſeptem annorum operas dare juſſus fuerat, pro impleta conditionem eſſe dicimus, ſi ſeptem annis publico judicio ſervire impeditus fuerit, ut *Servius* annotaſſe dicitur. Planè ſi quod ex operis collegit ſervus, hæres abſtulerit, impleviſſe conditionem videbitur, quia per eum non ſtat. Sed quid ſi ſervo ita libertas data ſit, ſi quinque operas extraneo præſtiterit: liquet enim ſervum operas ſuas dare poſſe, quemadmodum ex peculio dare poteſt, qui pecuniam dare juſſus eſt? *Pomponius* ſapienter hæredem facturum eſſe notat, ſi ſervum impediat quo minùs operas præſtet: ſic enim fiet, inquit, ut conditio pro impleta ſit, & extraneus operis careat. Idem *Vlpianus* in eo probavit, qui pecuniam extraneo dare juſſus ſit: nam & huic, ſi hæres eum prohibeat, conditionem impletam videri, & hæredem nummos ſibi ſalvos facere reſpondit: Illum tamen, quem teſtator accipere pecuniam voluit adverſus hęredem in factum agere poſſe, ut teſtatori pareatur credidit. Quid rurſùs, ſi ſervus qui decem dare juſſus fuerat, ſine peculio venditus ſit? *Papinianus*, ſi de peculio, quod apud venditorem ſervus habuit, pecuniam conditionis offerre non poſſit, non videbitur per eum ſtetiſſe, quo minùs conditio extiterit: de eo enim peculio teſtator locus eſse creditur, quod apud venditorem habuit, non de alieno. Non me latet quoſdam codices in hoc *Papiniani* reſponſo negationem non habere: ſed vulgarem lectionem ſequi malui. Enimverò *Vlpianus*, non hoc ipſo quòd ſine peculio venditus ſit ſervus, ſtatim liberum

l. 3. ſi quis ſer. de ſtatulib. 39. l. Stichum §. Damas de ſtatulib.

56. l. quæſitum de cond. & de.

l. 3. §. fi. de cond. cau. da.

35. l. non videbitur de ſtatulib.

l. 3. §. ſi quis ſervum co. tit.

berum fieri notavit, ſed tunc demùm cùm decem dare voluit & non potuit: ipſum enim voluiſſe neceſſum eſt. Ex his quæſitum fuit, an etſi hæres ſervum redimere juſſus fuerit ex conditione, ſi ei decem dediſset; & dominus dare decem eum prohibeat, pro impleta conditio haberi debeat? Et

55. l. libertate §. 1. de ma. teſt. *Martianus* hoc caſu iniquum fore credidit, hæredem ad redemptionem cogere, dominumque pretium ejus accipere, & conditionis nomine nihil numerare. Itaque hìc conditionem pro impleta

20. l. ſi peculium de ſtatulib. habendam non eſse reſpondit. Quid denique ſi Stichum teſtator liberum eſſe juſserit, ſi decem Titio dediſset, & eidem Sticho peculium legaverit? hanc ſpeciem *Paulus* propoſuit, & ſervum ſi ab hærede decem dare ſit prohibitus, liberum fore reſpondit: & nihilominùs ſi poſteà peculium petat, hæredem decem detrahere poſſe credidit, atque ſi data fuiſſent. Porrò ſi ſervo, qui pecuniam hæredi dare juſſus eſt, vel ab ipſo hærede, vel ab extraneo pecunia debeatur, nec eam hęres, aut ſolvere, aut ab extraneo exigere velit: ex *Ser-*

l. 3. §. 1. de ſtatulib. *vii* ſententia, quam *Caſſius* & *Vlpianus* quoque probârunt, ad libertatem perveniet: quaſi impletâ conditione, ſive ipſi peculium legatum fuerit, ſive non. Liquet itaque quocumque modo conditio deficiat, quæ ſervo adſcripta fuit, dum tamen per ipſum ſervum non ſteterit quò minùs impleta fuerit, pro impleta eam eſſe. Sed hæc (ut initio admonui) in iis conditionibus accipienda ſunt, quibus ipſi ſervi quid dare aut facere juſſi ſunt. Si verò conditio adſcripta ſit, quæ de extranei facto, aut de caſu fortuito dependeat; quòd per ipſum non ſtet, quò minùs conditio implea-

tur,

tur, nihil ei proderit. Si Sticho, inquit *Paulus*, hoc modo libertas data ſit, ſi Titius capitolium aſcenderit: Titio nolente aſcendere, libertas ejus impedietur: idemque in omnibus ſimilibus fore conditionibus admonuit. Unus eſt à *Iuſtiniano* exceptus caſus, videlicet ſi ſervo purè ſcripto hæredi libertas ſub conditione caſuali relicta fuerit: hîc enim ſi libertatis conditio ex fortunæ defecerit inſidiis, ex benigna interpretatione libertatem concedendam eſſe ſtatuit. Sed hoc *Accurſius* inſtitutionis beneficio receptum eſſe interpretatus eſt: quando enim purè inſtitutus fuit, libertas quoque purè data eſſe putabatur. Quod autem dictum eſt impletam conditionem videri, ſi per ſervum non ſtet quò minùs impleta ſit, ſic accipiendum eſt, ſi neque per eum, neque per facultates ſuas ſteterit: quòd autem tantundem in peculio non habuerit, quantum dare juſſus ſit: ad hoc ut dandi conditio impleta eſſe fingatur, nihil ei proderit. Et hæc de libertatis cauſa. *l. 4. §. pe. de ſtatulib.* *l. fi. de neceſſ. ſer. hær. inſt.* *glo. in l. fi. C. de cond. inſe.*

3. Secunda regula generalis eſt, pro impleta conditionem haberi, ſi eam impediat is qui eâ impletâ in obligationem incidat, cujúſve intereſt eam non impleri. Quoties, inquit *Vlpianus*, per eum cujus intereſt conditionem non impleri, fit quò minùs impleatur; perindè habetur, ac ſi conditio impleta eſſet, ſive in hæreditatibus, ſive in legatis, ſive in ſtipulationibus loquamur: & idem à *Iuliano* notatum fuit. Sic *Paulus*, quoties per eum ſtat, qui ſi impleta eſſet conditio, debiturus eſſet, pro impleta habetur. Et rursùs *Vlpianus*, quicumque ſub conditione obligatus curaverit, ne conditio exiſteret, obligatur atque ſi conditio ex- *122. l. in Iure ci. de reg. ju.* *24. l. in jure civili. de cond. & de.* *80. l. Iulius §. fi. eod. tit.*

 ci-

titiſſet. Quin ſi pupilli tutor conditionem impedierit, quæ in pupilli perſonam collata fuerat, pro impleta eam fore, *Papinianus* ſcripſit. Secundùm hæc, ſi bibliothecam mihi ita vendideris, ſi decuriones Campani locum mihi dediſſent in quo eam ponerem, pro impletâ fore, *Labeo* tradidit, ſi per me ſteterit quò minùs locus mihi datus ſit: ideóque ex vendito me teneri, quaſi conditione impletâ, *Vlpianus* notavit. Rurſùs, ſi ſervum ita venditum eſſe ponamus, ſi rationes domini computaſſet arbitrio: ſi rationes dominus accipere potuit & non accepit, impletam emptionis conditionem videri, ab eodem *Vlpiano* notatum eſt. Eòdem ſpectat quod idem ſcripſit, licere venditori effundere vinum, ſi dies ad metiendum præſtituta ſit, nec intrà eum emptor admetiri curaverit: quaſi tunc impletâ admetiendi conditione. Edicto itaque eum teneri *Papinianus* ſcripſit, qui ſub conditione inſtitutus, cùm parêre poſſet, conditioni non paruit, & hæreditatem ab inteſtato poſſideat. Sanè ſi in poteſtate hæredis ſcripti conditio non fuerit, edicto huic locus non erit, ut pereleganter ab eodem *Papiniano* & *Pomponio* notatum eſt. Adeò ut ſi filiusfamil. ita inſtitutus ſit hæres, ſi eum pater emancipaſſet: non cadat in edictum pater, ſi per eum ab inteſtato bona poſſideat; quia conditio hæc emancipationis in poteſtate filii non fuit, neque facilè pater cogi potuit, ut filium emanciparet. Secundùm regulam verò generalem, ſi per hæredem ſteterit quò minùs legati conditio impleta ſit, pro impleta ſtatim ab ipſo impedimento eſſe incipiet, ut ex eo dies legati ceſſiſſe dicatur. Multoque hæc fortiùs pro liber-

85. l. in executione. §. fi. de verb. ob.

77. l. cum pupillus de cond. & de.

50. l. Labeo. de contrah. emp.

5. l. hac venditio de contrah. emp.

l. 1. §. licet de. peri & con.

l. 1. §. qui ſub cond. ſi quis omiſ. cau. teſt.

27. l. nunc §. 1. eo. tit.

§. 1. eo. tit. & l. pen. Vndè lib.

5. l. ſi poſt diem §. 1. quan. dies leg. ce.

bertatibus obſervanda ſunt. Si, inquit *Vlpianus*, *l. 3. §. non* hæres ſervum capitolium aſcendere vel Capuę da- *ſolum de* re juſſum, aſcendere vel Capuam ire prohibuerit, *ſtatulib.* pro impleta erit conditio; idemque erit, ſi ita li- *§. fi.* bertas data fuerit, ſi hæredi ſerviiſſet, hæreſque *d. §. fi.* eum vendiderit; aut ita Arethuſæ libertas data ſit, ſi tres peperiſſet, hæreſque ei medicamentum dederit, ne conciperet, aut ut abortum faceret; aut, *23. l. ſi in*ut *Celſus* ait, ſi rationes reddere juſſum, non patia- *tra §. 1.* tur hæres peculiares res vendere, quò reliqua ſol- *eod. tit.* vat. Quin ſi in accipiendis rationibus hęres mo- *34. l. ſer*ram feciſſet, divus *Antoninus* Imperator liberum *vus ſi §. 1.* fore credidit, & in eandem ſententiam à *Scævola* *eo. tit.* reſponſum eſt: quod tamen *Papinianus* ſic verum *40. l. Sti*eſſe ſcribit, ſi ſervus reliquorum juſtam quantita- *cho §. pe.* tem obtulerit, aut ſi Titio operari vel ſervire juſ- *& fi. eo. t.* ſus, ab hærede prohibitus ſit. His itaque ex cau- *l. 4. §. Sti*ſis in genere conditiones pro impletis habentur. *chus eo. tit.*

4. Supereſt ut particulares quoque conditiones tra- *45. l. Ju*ctemus. Et in primis dandi conditionem: in qua *lianus de* quædam circà verbi ſignificationem verſari viden- *cond. & de* tur. Dare dicimur, cùm rem noſtram alterius *& 83. l. ſi* gratis facimus. Quid igitur ſi is cui dare juſſi ſu- *fundum §.* mus, haud ſecùs atque ſi datum eſſet accepto tu- *Titio de* lerit, annè dediſſe videbimur? Videri *Julianus* & *leg. 1.* *Paulus* ſcripſerunt, quaſi per eum ſtetiſſet qui accipere debebat, quò minùs conditio impleta fuerit. Quin ſi non habenti quod daret, accepto la- *34. l. ſer*tum ſit, quod dare juſſus eſt, ſatis eſſe factum di- *vus ſi §. fi.* cetur. Si hæres, inquit *Papinianus*, acceptis ra- *de ſtatulib.* tionibus, & computatis reliquis, cùm non habe- *20. l. ſi pe*ret ſtatuliber undè ſolveret, donare ſtatulibero *culium §.* dixerit, aut litteris ad eum ſcriptis palàm fecerit, *1. eo. tit.*

 con-

conditio impleta eſſe videbitur. Sed & compenſando dandi conditionem impletam cenſeri, à *Paulo* notatum eſt. Planè ſi is qui pecuniam dare juſſus eſt, fidejuſſores dare voluerit, non ſatisfeciſſe eum *Pomponius* tradidit, cùm numerare eum pecuniam oporteat. Quid ſi is cui dandum ſit, oblatam ſibi rem accipere recuſet? *Paulus*, ſi ita ſcriptum ſit; Si Titius decem Sejo dederit, hæres eſto; Sejuſque accipere noluerit, pro impleta erit conditio: idemque ab *Vlpiano* probatum eſt. Proindè etſi mulier antenuptialem donationem non aliter ab hæredibus mariti petere poſſe dicatur, quàm ſi dos exoluta ſit; *Juſtinianus* tamen, ſi maritus oblatam dotem accipere recusârit, actionem mulieri denegandam non eſſe tradidit; ut etiam hiſce caſibus conſignationem non putem eſſe neceſſariam: quin in creditore recuſante recipere, verbalem obligationem ſufficere *Tiraquellus* notavit. Et licèt diverſa ſententia communiter probata ſit, jampridem tamen nonnulli hanc veriorem eſſe ſcripſerunt. An is igitur qui ſemel recuſavit, pœnitere poſſit? *Iuſtinianus*; ſi ideò dandi conditio pro impleta habita ſit, quòd is cui dari oportuit, accipere noluerit, inſtaurari eam jura non præcipiunt. Vndè *Papinianus*, cùm ita ſcriptum eſſet; Stichus ſi hæredi decem dederit, liber eſto; hæreſque, ſervo manumiſſo, defunctus eſſet: hæredibus hæredis pecuniam dari non oportere reſpondit. Hęc tamen quidam ita intelligenda putant, ſi conditionis implementum ſecum executionem traxerit: ut ſi ita ſcriptum ſit; Stichus ſi decem dederit, liber eſto: hîc enim recuſatâ pecuniâ, libertas competit. Secùs autem eſſe, ſi alia

5. l. ſtatulíber. §. 1. de ſtatulib.
l. 3. de con. inſt.
l. 3. §. 1. de ſtatulib.
Aut. ut ex ac. inſt. do. §. ſi.
In ret. conven. §. 4. glo. 6. nu. 21.
6. l. ſi creditrici.
9. l. ſi ex parte & 19. l. acceptam C. de uſur.
29. l. tutor pro §. 1. de ad tut.
Molinæus. In trac. de uſur. q. 39.
34. l. ſervus, de ſtatulib.
Bart. in d. l. ſi.

alia ab homine executio expectetur; ut ſi teſtator mihi librum legaverit, ſi decem hæredi dediſſem: hîc enim quamvis heres pecuniam ſemel recuſaſſet, ſi librum ab eo auferre contendam, ope ſaltem exceptionis decem conſequi heredem poſſe credidit. Planè ſi legatum annuum vel menſtruum fuerit: veluti ſi ita patronus liberto legaverit, quamdiu res filiæ meæ geſſerit; *Papinianus* libertum filiâ prohibente, excuſari poſſe ſcribit: pro iis quidem annis, quibus prohibitus eſt. Enimverò, ſi filia voluntatem mutet, & à liberto res ſuas geri voluerit, ſequentes annos conditionem reſumere tradidit. Quod *Vlpianus* etiam in libertate probavit, quæ ſic data fuit, ſi quinquennio hæredi ſervierit: quamvis enim hæres ſervire quodam tempore paſſus non ſit, poſteà pati poſſe ſcribit. Enimverò ſi Stichus liber eſſe juſſus ſit, ſi annuâ, bimâ, trimâ die denos aureos hæredi dediſſet, ac ad primam penſionem hæres decem quæ offerebantur, recuſaverit, *Vlpianus* eadem decem ad ſequentem penſionem prodeſſe poſſe tradidit: & item ad tertiam, ſi ſequens penſio accepta non ſit, nec pœnitentiæ hæredi locum eſſe, quod *Pomponius* quoque probavit. Quid ſi abſit is cui dandum ſit? annè abſentia ſola hoc efficere poſſit, ut impleta videatur eſſe conditio? & non ſufficere putamus: ſed denunciandum eſſe credimus, & deponendum, ut à divis Imperatoribus *Diocletiano* & *Maximiano* reſcriptum fuit. Proindè ſi ita villa vendita ſit, ut niſi reliqua pecunia intrà ſtatuta tempora ſoluta eſſet, fundi inempti eſſent: *Scævola*, ſi abſit venditor, ut pactis ſatisfiat, ab emptore ſacculum cum pecunia obſignatum deponendum

eſse

100. l. pater ſeverinam §. ſi. de cond. & de.

l. 3. §. pen. de ſtatulib.

d. l. 3. §. Stichus de ſtatul.

ſuprà. de cond. implem. nu. 9.

7. l. ſi à te C. de pac. int. empt.

l. fi. de leg. commiſſ.

l. 4. de ſtatulib.

eſſe cenſuit. Vndè *Paulus*, ſi Reipub. causâ abſit
hæres, cui pecuniam dare ſervus juſſus eſt: vel ex-
pectare eum debebit donec redeat; vel ſi expe-
ctare noluerit, pecuniam conſignabit, ſicque ad
libertatem perveniet. Cæterùm ſi quid faciendum
ſit; ut ſi rationes ſervum reddere oporteat, hæreſ-
47. l. ſi pater §. 1. fid. lib. que cui reddendæ ſunt juſta ex cauſa abſit, *Vlpia-
nus* virum bonum à prætore impetrandum ſcribit,
cujus arbitrio rationes computentur, & collecta
pecunia deponatur. Sanè ſi hæres lateat, ſatis erit
Prætori liquere per ſervum non ſtare, quò minùs
conditioni pareat. Succedit illa quæſtio, an ſi is,
cui dandum fuit, priuſquàm ei detur, vitam ob-
ierit; pro impleta conditio haberi debeat? & ar-
bitror pro impleta non fore, ſi defuncto teſtato-
re obierit: hic enim caſus ex ſcribentis voluntate
conditioni implicitus eſſe videtur. Et ſibi vigilare
debuit, cui quid hoc modo datum eſt, caſumque
fortuitum diligenti feſtinatione prævenire. Vndè
ſi Sejo ita legatum ſit, ſi Titio decem dediſſet: de-
93. l. cum ita de con. & de. ficiet conditio, ut *Hermogenianus* notavit, ſi ante-
quam daret legatarius pecuniam, Titius mortuus
20. l. ſi peculium §. 15 cui de ſtatulib. ſit: Idque & *Sabinum* & *Iulianum* probâſſe *Paulus*
refert. Nec intereſt legatarius morâ argui non
poſſit: nam cùm ita ſcriptum fuiſſet, Si Sympho-
l. pe. de cond. & de. ro & Ianuario C. Titius præſtiterit; ſi antè mo-
ram Titii alter deceſſerit, pro ejus parte condi-
39. l. Stichum §. pe. eod. tit. tionem defectam videri à *Pomponio* traditum eſt.
At ſi teſtatore vivo, hic caſus obtigerit, licèt
Labeo & *Offilius* idem fore putârint, *Iabolenus*
tamen diverſo nos uti jure tradidit; ſervumque
qui ita liber ſcriptus eſt, ſi Titiæ mille nummos
dediſſet, Titiâ, vivo teſtatore, mortuâ, non
qui-

quidem ex conſtituto jure, ſed ex teſtamento liberum fore. Multò magis id obtinebit, ſi antè teſtamentum factum is cui dandum fuerat, deceſſerit. *Trebatius* enim hoc caſu deberi legatum ſcripſit; quin ut impoſſibilem rejici putarim. Enimverò quod diximus, ſi poſt mortem teſtatoris deceſſerit is cui dandum fuerat, defectam conditionem videri: non obtinere, ſi de libertatis agamus favore, ex conſtituto jure receptum eſt. Si is, inquit *Paulus*, cui ſervus decem dare juſſus eſt, deceſſerit priuſquàm pecunia ei daretur, *Sabinus* liberum fore ſcribit, ſi decem ſervus parata habuit. Quin *Julianus* idem admittendum credidit, etiamſi poſteà decem habere cœpiſſet. Sed hæc ex conſtituto, ut dixi, jure potiùs, quàm ex teſtamento obtinent, ut ſi eidem ſervo quid legatum ſit, id non ſit habiturus: & in hoc aliis legatariis ſimilis erit. Porrò pro libertate *Hermogenianus*, ſi ſtatuliber pecuniam habuerit, nulli dando, ex ſtatuto jure libertatem conſecuturum eſſe ſcribit. Sed hæc ita rursùs accipienda ſunt, ſi ſervus nominatim alicui dare jubeatur; nam ſi hæredi dare juſſus fuerit, etiam hæredis hæredi præſtari poſſe in libertatis dicimus favorem. Et *Scævola*, cùm ita ſcriptum fuiſſet; Stichus ſi hæredi ex die mortis meæ per annos quinque ſexagenos nummos menſtruos dederit, liber eſto, & hæres antè quinquennium è vivis deceſſiſſet; non aliter ſervum ad libertatem perventurum dixit, quàm ſi ſexagenos menſtruos hæredis hæredi præſtitiſſet. Quid denique, ſi ipſa res quam dari oportuit, caſu perierit, ut ſi ſervus mortuus ſit, aut pecunia latronum vi ablata; an ex hoc dandi conditio pro impleta haben-

d. §. pe.

d. l. ſi peculium §. is cui.

d. l. cùm ita.

ſuprà de cond. implemento num. 6.

40. *l. Sticho §. Pamphilo de ſtatulib.*

habenda ſit? quod non arbitramur, niſi in libertatis favorem: ſpecialiter enim libertate ita ſervo datâ, ſi hæredi certum numerum ſolidorum præſtiterit; ſi per fortuitos caſus ſervus impeditus ſit, liberum fieri, à *Iuſtiniano* traditum eſt. Facit huc quod ſuprà diximus, mortuo eo cui dandum ſit, conditionem pro impleta non videri, quamvis & mors ejus qui accipere debebat, in caſu poni poſſit. Illa autem diſputatio an dandi conditio mixta ſit, an merè poteſtativa, inanis mihi viſa fuit: ſatis enim eſt ſcire ut defecta, ut impleta haberi debeat qualiſqualis fuerit, hocque ex prædictis liquere puto.

l. fi. C. de cond. inſer.

Ad faciendi conditiones tranſeamus: nam & hæ pleriſque caſibus non impletæ pro impletis habentur. Primus ferè eſt, ſi is in cujus rem faciendum erat, recuſaverit. Vndè cùm ſic legatum fuiſſet; Lucio Titio ſi rebus nepotis mei interveniat, aureos decem do lego; ac nepos eum ſine juſta cauſa adminiſtrare vetuiſſet: Titium à legato non eſſe removendum *Scævola* reſpondit. Et cùm teſtator filium ſuum ita hæredem ſcripſiſſet, ſi Titium adoptaſſet; & ſi non adoptaſſet, exhæredem eſſe. *Julianus*, ſi Titius adoptari recuſaverit, cùm filius paratus eſſet: filium hæredem fore ſcribit, haud ſecùs atque ſi conditio impleta fuiſſet. Et *Pomponius*, ſi ei qui ſtatuas in municipio ponere juſſus ſit, cùm paratus ipſe eſſet, à municipibus locus non detur, *Sabinum* & *Proculum* haud ſecùs hæredem fore notâſſe, atque ſi ſtatuæ poſitæ eſſent, commemorat. In eandem ſententiam *Labeo*, cùm uxori ſuæ teſtator ducenta legaſſet, dum cum filio ſuo Capuæ eſſet, 5.

13. l. Mevia de an. leg.

11. l. ſi quis in teſtamento, de cond. inſt.

14. l. ſi Titius de cond. & de.

29. l. qui concubinam §. uxori de leg. 3.

eſſet, ac filius à matre demigraſſet; legatum deberi ſcripſit. Sed & ſi morte ejus in cujus rem quid facere oportuit, præſcindatur conditio ſucceſſiva, non finiri tamen relictum, à pleriſque reſponſum eſt; dum tamen is cui adſcripta eſt, quod in ſe eſt præſtiterit. *Scævola*, cùm Pamphilo quinos aureos in annos ſingulos alimentorum nomine teſtator dari voluiſſet, ſi cum filio ejus moratus eſſet; quamvis ſi per Pamphilum ſtetiſſet quò minùs cum filio eſſet, commenſuratio temporis facienda fuerat: tamen ſi per filii mortem impeditus fuerit, etiam filio defuncto alimenta deberi reſpondit. Et rurſùs ſi ſic ſcriptum ſit; ſi cum matre mea morentur, annua illis præſtari volo; & mortuâ matre, legatum deberi, ab eodem reſcriptum eſt. Et *Paulus*, cùm hoc modo legatum eſſet; illis libertis menſtruos denarios centenos do lego, ſi cum filio meo morati fuerint; quamvis defuncto filio, legatum deberi ſcripſit. Proindè ſi filius adoleſcens ad militiam profectus, & apud caſtra defunctus ſit, liberis domi relictis: non fore hos conditione defectos putavit; niſi fortè propter filii utilitatem, ejuſque favore alimenta libertis relicta fuiſſe probentur. Ampliùs, cùm ita ſcriptum fuiſſet; quoad cum Claudio Iuſto moram trahetis, alimenta vobis & veſtiarium do lego: divus *Antoninus Pius*, ut ſuprà retuli, & poſt mortem Claudii alimenta deberi interpretatus eſt. Sed hoc pro alimentis eorumque favore contrà verborum proprietatem receptum eſſe ajunt, etſi non deſint qui univerſaliter hoc ſervandum putant. Atqui *Pomponius* cùm ita ſcriptum fuiſſet, Sejo amico fideliſſimo, ſi voluerit, ſicut meis negotiis interveniebat,

l. 3. C. de cond. inſer. glo. in l. Sejo de an leg.

20. l. Stichus §. fi. de alimen. leg.

29. l. qui concubinam §. uxori de le. 3.

20. l. annua, de ann. leg.

83. l. illis libertis, de cond. & de.

l. 1. C. de lega. & 13. l. Cajo §. imperator. de ali. le. ſupra de cond. imple. nu. 25.

eodem

eodem modo filiorum meorum intervenire, annuos ſenos aureos præſtari volo: & duobus ex tribus filiis mortuis, teſtator eorum loco alios duos ſcripſiſſet hæredes, cum laboris diviſione, pecuniam quoque putavit dividendam. Sed hujus cauſam quamlibet alii adferant, ego mutationem arbitror fuiſſe teſtamenti: alios enim teſtator priorum loco ſcribens hæredes, neque onus, neque conditionem repetierat. In momentaneis autem conditionibus, veluti ſi ſervus qui manumittendus fuerat, defunctus ſit, arbitror ſi mortuo teſtatore ſit defunctus, ei qui manumittere juſſus fuerat, non prodeſſe; neque per hunc caſum conditionem impletam videri: ſibi enim (ut in ſuperiori dictum eſt) imputare debet, quòd diligenti manumiſſione caſum non prævenerit. Undè *Julianus*, ſi ſub hac conditione inſtitutus ſim, ſi Stichum manumiſero, & Stichus poſt mortem teſtatoris occiſus ſit, in hominis æſtimationem etiam pretium hæreditatis me conſecuturum ſcripſit: propter occiſionem enim, inquit, deficit conditio. Quòd ſi teſtatore vivo, deceſſiſſe ſervum contigerit, legatum quod ita tibi datum ſit, ſi Stichum manumiſiſſes, nihilo minùs deberi tibi, à *Pomponio* notatum eſt: quia per te, inquit, non ſtetit quò minùs ſervus ad libertatem perveneril. Secundùm hæc *Vlpianus*, ſi ita quis hæres ſcriptus fuerit, ſi juraſſet ſe Stichum manumiſſurum, mortuo Sticho, vivo teſtatore, conditione defectum non videri notavit. Et *Julianus* ſi, cùm ita hæres ſcriptus fuiſſem ſi ſervum manumiſiſſem, vivo teſtatore, ſervus occiſus ſit; hæreditatis æſtimationem mihi non deberi ſcripſit: quaſi hoc caſu conditio mihi pro impleta fuerit; hære-

23. l. inde Neratius §. 1. ad leg. Aquil.

57. l. turpia §. 1. de leg. 1.

8. l. quæ ſub §. quoties de con. inſt.

d. l. inde Neratius §. 1.

hæreditatemque adire poſſum, atque ſi ſervus manumiſſus à me fuiſſet: quamvis à nonnullis hic locus aliter interpretetur. Scio etiam *Bartolum*, reliquoſque ferè interpretes aliter diſtinguere ſolere circà hanc manumittendi conditionem; quam merè poteſtativam eſſe ajunt: aut, inquiunt, fortuitus aliquis caſus, quò minùs impleatur, impedimento eſt; & tunc, aut ille in cujus poteſtate erat, in mora fuit, vel non fuit in mora: poſteriore caſu pro impleta erit, prior ſecùs. Aut per tertii factum impletio impedita fuit, & tunc diſtinguunt, an ille licitè impedierit, an illicitè: ac rurſùs, an ſolvendo ſit, an non: quæ cùm mihi non ſatis probabili argumento demonſtrâſſe viſi ſint, inſequenda eſſe non putavi, ſed malui ipſorum Jureconſultorum diſtinctione uti, qui, an vivo, an mortuo teſtatore impedimentum obtigerit, dumtaxàt inquiſiviſſe videntur.

6. De nuptiarum conditione nunc videamus. Et hæc cum ſuperioribus hoc commune habet, quòd alio recuſante, impleſſe conditionem videtur, qui nuptias obtulit. Vndè divus *Antoninus*; ſi per te non ſtat quò minùs voluntati teſtatoris pareas, ſed per eum cui nubere juſſa es: quod tibi relictum eſt, obtinere potes. Et *Vlpianus*, ſi ita mihi legatum ſit; ſi Sejam uxorem duxero; pro impleta erit conditio, ſi Seja mihi nubere nolit; per me, inquit, non ſtat quò minùs conditioni paream, ſed per eam; adeò ut ſtatim à recuſatis nuptiis, legati diem ceſſiſſe putet. Et divi *Severus* & *Antoninus* cùm ita ſcriptum eſſet; Si Alexandri filia Antilli filio nupſerit, mihi hæres eſto; ac Antilli filius nuptias recuſaſſet, pro Alexandri filia conditionem pro impletâ

l. 1. C. de iis quæ ſub mo.

5. l. ſi poſt diem §. 1. quando di. leg. ced.

l. 1. C. de inſt. ſub cond. fac.

23. l. uter ex fratribus, de cond. inſt. pletâ eſſe. Et *Marcellus* talem refert ſpeciem: Teſtamento ſic ſcriptum fuerat; uter ex fratribus meis conſobrinam noſtram uxorem duxerit, ex dodrante mihi hæres eſto; uter non duxerit, ex quadrante: quid igitur, inquit, ſi ipſa utriuſque recuſaverit nuptias, cùm uterque eam ducere paratus eſſet? Et ex æquis partibus hæredes fore ſcribit. Plerumquè enim, inquit, hæ conditiones; ſi uxorem duxerit, ſi dederit, ſi fecerit, ſic accipiuntur; ſi per eum non ſtet quò minùs ducat, det, aut

31. l. in teſtamento de cond. & de. faciat. In eandem ſententiam *Africanus*, cùm Stichum & Pamphilam teſtator liberos eſſe juſſiſſet, & eiſdem legaſſet centum, ſi in matrimonium coiiſſent; ac Stichus eam uxorem noluiſſet ducere, cùm ipſa parata eſſet: mulieri deberi legatum reſpondit, Stichi verò partem inutilem eſſe. Idemque fore ſcribit, ſi uni hoc modo legatum ſit; Ti-

d. l. in teſtamento. tio ſi Sejam uxorem duxerit, hæres meus centum dato: ſi, inquit, utroque vivente, mulier nuptias ejus recuſet, cùm ipſe paratus eſſet; legatum accipiet. Sed quid, ſi non alterius recuſatione, ſed

l. 4. C. de cond. inſ. morte nuptiæ impeditæ fuerint? Sanè hîc defectam conditionem eſſe putamus. Cùm ita Titiæ legatum fuiſſet, ſi teſtatoris nupſiſset filio; filio antè matrimonium mortuo, conditionem defectam eſse, divus *Alexander* reſcripſit. Ampliùs *Africanus*, cùm Stichum & Pamphilam teſtator liberos eſse juſsiſ-

31. l. in teſtamento de cond. & de. ſet, & centum legaſset, ſi in matrimonium coiiſſent; mortuo Sticho, antè tabulas apertas, neque Stichi hæredes legatum petere poſse; quin ipſam quoque Pamphilam conditione defectam eſse reſ-

70. l. Titio centum §. pondit: quod & à *Papiniano* in non diſſimili ſpecie probatum eſt. Sed & ſi ita ſcriptum fuiſſet; Titio

ſi

ſi Sejam uxorem duxerit, hæres meus centum da- *ante nup-*
to: Sejâ vel ipſo moriente, defeciſſe conditionem *tias de*
idem ſcripſit. Planè (quod an aliquis intellexerit, *cond. & de.*
neſcio) cùm ita ſcriptum fuiſſet; uter ex fratribus *d. l. in te-*
meis conſobrinam noſtram uxorem duxerit, ex *ſtamen.*
beſſe; uter non duxerit, ex triente hæres eſto: vi-
vo teſtatore, conſobrinâ defunctâ, utrumque ad *24. l. qui*
hæreditatem ex æquis partibus admittendum eſſe *ex fratri-*
Papinianus notavit, nimirùm cùm poſterior con- *bus, de*
ditionis pars evenerit: dictum enim fuerat, uter *cond. inſt.*
non duxerit, ex triente hæres eſto. Itaque cùm
neuter uxorem eam duxerit, conſequens eſt u-
trumque ex triente hæredem fore. Et ut *Papinia-*
nus ait, verum eſt utrumque inſtitutum eſſe: emo-
lumento verò portionum ex eventu nuptiarum eſ-
ſe ſeparatos. Et ex triente ſcriptis reliquum ac-
creſcere, nemo dubitabit. Idem fore *Accurſius* no-
tavit, ſi teſtatore mortuo, antè moram mulier de- *glo. ibid.*
functa ſit. Quid autem ei de mora in mentem ve-
nerit, non video. Nam & ſi poſt moram neuter
conſobrinam uxorem duxerit, verum erit ex trien-
te ſcriptos eſſe; imò & ſi neuter eam ducere volue-
rit. Vt autem hanc conditionem; uter duxerit,
uter non duxerit; ſic interpretemur, ſi alter duxe-
rit; mihi non videtur. Enimverò idem *Papinianus*
talem proponit ſpeciem; Pater. filiæ ſuæ Proculæ
ſi Philippo nupſiſſet, prædium teſtamento reliquit;
& ſi non nupſiſſet ei, idem prædium Philippo da-
ri voluit: puella nondum viripotens obiit: quæ-
ritur an Philippo prædium debeatur? *Papinianus* *100. l. pa-*
non deberi reſpondit, quòd ita demùm ei prædium *ter Severi-*
dediſſe teſtator videretur, ſi Procula ei nubere no- *nam de*
luiſſet; quaſi verba illa, *ſi non nupſiſſet*, alterum *cond. & de.*

 dum-

dumtaxàt comprehendiſſent caſum, videlicèt voluntatis, non autem caſum impotentiæ; tametſi verborum generalitas aliud præ ſe ferre videatur: noluiſſe autem dici nequit, quæ per ætatem velle non potuit. Sed an ipſi Proculæ conditio hìc pro impleta fuerit, morienſque legatum ad hæredes ſuos tranſmiſerit, cùm *Papinianus* non explicet; meritò à quibuſdam dubitatum eſt: quod ex verborum proprietate, nullâ item ratione arbitror dici poſſe. Quandò enim ita puellæ legatum fuit, ſi Philippo nupſerit; ipſâ moriente antè ætatem nubilem, certum fit nupturam non eſſe: neque aliquâ lege comperi nubendi conditionem per mortem impeditam, pro impleta eſſe. Quin ſi hoc propoſitis verbis ſignificatum eſſe contendamus; ſi nube re voluerit; idem erit: voluiſſe enim nubere puella dici non poteſt, quæ antè ætatem nubilem deceſſit. Sunt tamen qui ex præſumpta voluntate, quæ certè in conditionibus, verbis præferenda eſt, diverſum putant: haud ſecùs atque ſi Proculæ ſub modo legatum fuiſſet; ita ut Philippo nubat, vel ei pro dote à patre relictum fuiſſet; modus autem ſi impleri non poſſit, legatum non vitiat: quam interpretationem neceſſariam eſſe dicunt, ex eo quòd de Procula, legatum in pœnam tranſlatum eſſe videtur in Philippum; cúmque tranſlatio in tempus nubilis ætatis collata ſit, conſequens eſt in eam uſque ætatem apud Proculam legatum fuiſſe. Hoc quoque in nuptiarum conditionibus animadvertendum eſt: quòd ſi cui ſub conditione nuptiarum quid relictum ſit, conditionem pro impleta fore, ſi monaſticam vitam profiteatur. Et rurſùs ex contrario, ſi quis ſub con-

Lancel. Politus in tractatu ſubſtitutionum. de vulg. nu. 104.

Auth. de ſanc. Epiſ. §. ſed & hoc coll. 9. d. §. ſed & hoc coll. 9.

conditione nuptiarum hæreditatem, vel legatum alteri reſtituere juſſus fuerit, eodem modo conditionem defectam videri; niſi fortè in redemptionem captivorum, aut pauperum alimenta, reſtitutio ſcripta ſit. Sed hæc in religionis favorem recepta fuiſſe, nulli non liquet: quemadmodùm & hoc in matrimonii favorem receptum eſt; quod ajunt à conditione receſſum videri, ſi aut præſens conſenſus acceſſerit, aut carnalis copula, pendente conditione, ſubſecuta ſit; niſi fortè antè copulam utrinque renunciarint.

Auth. niſi rogati C. ad Trebell. c. 3. & c. pe. & ibid. gloſ. de con. appoſ. glo. in c. per tuas. eo. tit.

7. De liberorum conditione, quando ea nuptiis proxima eſt, ex rerum ſerie nunc tractandum eſſe videbatur. Sed cùm hoc ſuperiori capite examinatum ſit, qui liberorum appellatione contineantur, an naturales tantùm, an adoptivi; & an appellatione legitimorum veniant legitimati: huic quæſtioni, an per hos conditio reverà non impleta, impleta eſſe fingeretur, præjudicatum eſt. In præſenti igitur ejus dumtaxàt admonuiſſe ſufficit, liberorum conditionem per monaſterii ingreſſum aut impletam, aut defectam videri; ut ſuprà in nuptiarum conditione dictum eſt. Sicque ſine liberis eum non videri decedere, *Innocentius* quartus dixit, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit; niſi fortè in piam cauſam reſtitutio ſcripta fuerit. Planè ut profeſſio monaſtica, liberorum conditionem abſorbeat, perpetuam eam eſſe oportet; neque hoc ſatis fore putant, quòd in vicem monaſticæ profeſſionis quis ſe & ſua ſæculari alicui Eccleſiæ dedicaverit; quemadmodum nec hoc quòd

de cond. interpre. nu. 3. d. aut. de ſanctiſ. Epiſ. §. ſed & hoc. c. in præſentia de probat. d. aut. niſi rogati glo. in d. c. in præſentia. glo. in d. aut. niſi rogati. ea. glo.

8. monaſterium hæredem ſcripſerit. De alterius quoque arbitrio, aut conſilio adhibendo, ſolent non-

nunquam conditiones adſcribi. Quid igitur, ſi is vel arbitrari noluerit, vel per abſentiam non potuerit? Et quidem in contractibus deficere conditionem dubium non eſt. Nam *Vlpianus*, ſi quis ſibi rem arbitratu Lucii Titii reſtitui ſtipulatus ſit; ſi Titius arbitratus non fuerit, intercidere ſtipulationem ſcribit. Sic *Juſtinianus*, ſi res ita vendita ſit, quanti Titius æſtimaverit, tanti empta eſto: ſi Titius non æſtimaverit, contractum nullum eſſe tradit. Et in locatione *Cajus*, ſi hæc ita facta fuerit, quanti Titius æſtimaverit; ſi Titius mercedem definire aut noluerit, aut non potuerit, pro nihilo conductionem fore notat. In teſtamentis quoque, ſi ita ſcriptum fuerit; Titio centum ſi hoc vel illud Seji arbitratu fecerit: non arbitrante Sejo, aut ſi mortuus ſit priuſquam arbitretur, deficere conditionem puto, ſi modò illi actui appoſita ſit, in quo jure non improbatur. Planè ſi Titiæ legatum ſit, ſi Seji arbitratu nupſerit, quoniam rejicitur conditio, Titia legatum habitura eſt, quamvis Sejo priuſquam arbitraretur mortuo. Nam & ſi eo vivo, ſine ejus arbitrio nupſerit, idem erit. Et quoniam in iſtis ſpeciale eſt, propterea quòd conditio rejicitur, ſequitur in aliis conditionem deficere: veluti ſi viduæ talis conditio adſcripta fuerit. In his enim non ſperni hujuſmodi conditiones compertum eſt.

43.l.ſi quis arbitratu cumſeq. de verb. obli. Inſt. de emp. & vend. §. pretium.

71.cum tale §. reſcriptum de cond. & de. & 28.l. filiæ ſuæ eo. tit. 57. & l. turpia. §. 1. de leg. 1.

Cæterùm quod *Vlpianus* ſcribit, ſi legatum in alterius arbitrium collatum ſit, de viri boni arbitrio accipiendum eſſe: οὐδὲν πρὸς ἔπος, de conditione enim non loquitur. Mulctam ſanè ſive pœnam non 9.
committi ab eo qui in teſtamento aliquid facere juſſus eſt, ſi per eum non ſtet quò minùs paruerit, veluti

l. 1. de leg. 1.

veluti ſi quis monumentum, aut quid ſimile facere juſſus ſit: hic enim, ſi is cujus arbitrium electum eſt, non vivat, vel adeſſe non poſſit, aut arbitrari nolit, à pœna liber erit, ut *Pomponius* notavit: per eum enim ſtare non videtur, quò minùs ipſe teſtatoris mandato paruerit, ut immeritò pœna ab eo exigatur. Mulcta autem ſic indicitur; ſi Titius hæres meus monumentum mihi arbitrio Seii non fecerit, Sempronio centum dato: quid igitur ſi Sejus non arbitretur? Certè non deberi centum rationi conſentaneum eſt, tametſi re verâ pœnæ conditio extiterit: verum enim eſt, monumentum arbitrio Seii factum non eſſe. Secundùm hæc *Alphenus*, cùm teſtator juſſiſſet hæredes ſibi monumentum facere ad exemplum ejus quod in via Salaria eſſet Publii Septimii Demetrii, & ſi non feciſſent, magnâ mulctaſſet pœnâ: nullo Demetrii reperto, pœnam non deberi. Vt intelligamus tamen monumentum omni mòdo aliquod ſecundùm ſubſtantiam & dignitatem defuncti extruendum eſſe, ut aliquando latiùs, cùm de impoſſibili conditione agemus, explicabitur: ubi etiam fuſiùs de iis quæ pœnæ nomine relinquuntur. Atque iſtis mihi explicaſſe viſus ſum, quibus ex cauſis conditiones non impletæ pro impletis habeantur, aut excuſentur ii qui teſtatoris mandato non paruerunt.

6. l. mulcta. de con. & de.

27. l. in teſtamento eo. tit.

inf. de con. impoſſ. nu. 9.

eo. cap. nu. 14.

TITVLVS QVINTVS

Qui actus Conditiones recipiant & quales.

SVMMARIVM.

1. *Quas emptio conditiones recipiat.*
2. *Locationem admittere conditiones.*
3. *Mandatum conditiones recipere.*
4. *Stipulationes ſub conditione fieri poſſe.*
5. *Mutuum conditiones admittere.*
6. *Societatem ſub conditione contrahi poſſe.*
7. *Donationem admittere conditiones.*
8. *Pignus ſub conditione dari poſſe.*
9. *Fidejuſſorem ſub conditione poſſe intercedere.*
10. *Conſtitutum recipere conditiones.*
11. *Traditiones poſſeſſionis ſub conditione fieri poſſe.*
12. *Inveſtituras conditiones recipere.*
13. *Matrimonia & ſponſalia admittere conditiones.*
14. *Votum Eccleſiaſticum recipere conditiones.*
15. *Forenſes actus conditiones admittere.*
16. *Generalia quadam de conditionibus in contractibus non recipiendis.*
17. *Hæredis inſtitutio quas conditiones admittat.*
18. *Legitimam, nullam conditionem admittere.*
19. *Quid in portione patronis debita.*
20. *Inſtitutioni per codicillos conditionem adſcribi non poſſe.*
21. *An inſtitutio hæredis recipiat conditiones ſolutivas?*
22. *Legata paſſim conditiones recipere.*

Li-

23. *Libertatem teſtamento ſub conditione dari poſſe.*
24. *An legata admittant conditiones impoſſibiles, turpes, & ſolutivas.*
25. *Qui actus in univerſum conditionem non recipiant.*
26. *Emancipationem conditionem non recipere.*
27. *Acceptilationem non admittere conditionem*
28. *An acceptilatio conditionalis habeat ſaltem vim pacti?*
29. *Hæreditatis aditionem, conditionem non admittere.*
30. *Servi optionem non recipere conditionem.*
31. *Idem eſſe in tutoris datione.*
32. *Exhæredationem ſine conditione eſſe oportere.*
33. *An ſervitutis conſtitutio admittat conditionem?*
34. *In electionibus, poſtulationibus, ac ſcrutiniis non admitti vota conditionalia.*
35. *Collationes ſacerdotiorum ſine conditione eſſe oportere.*
36. *Reſignatio & renunciatio, an ſub conditione fieri poſſint?*
37. *An patronus ſub conditione præſentare poſſit?*

POſt explicatam conditionum naturam, operæpretium eſt videre, qui actus conditiones recipiant, & quales. Conſtabit etenim illos etiam actus qui ſub conditione fieri poſſe dicuntur, omnem conditionem non admittere. Primùm de contractibus agamus. Et quidem conditionem recipere dicuntur omnes, iis tantùm exceptis, quibus expreſſâ lege vetitum eſt conditionem adſcribere.

1. Emptionem itaque ſub conditione contrahi poſſe dubium non eſt; veluti ſi hoc modo contracta ſit; Stichus tibi emptus eſto, ſi navis ex Aſia venerit, ſi *Inſtit. de empt. & vend. §. pe.*

ſi Titius conſul factus fuerit: ut etiam plures conditiones adjici poſſe, ſive conjunctim, ſive diſiunctim, nemo dubitarit. Quin uſu compertum eſſe admonuimus, adjectâ conditione, nonnunquam validari emptionem, quæ alioqui nullius momenti fuiſſet. Sic *Marcellus*, quod meum eſt, ſub conditione me emere poſſe exiſtimavit, quia fortè ſperatur meum eſſe deſinere; tametſi pura rei ſuæ emptio jure non conſiſtat, ut nec ementis ignorantia ſuffragetur. Non deſunt tamen, qui hoc *Marcelli* dictum ita interpretentur, ut voluerit id quod noſtrum ſub conditione eſt; veluti ſi res mihi legata ſit eâ conditione, ut Titio ſi ab hoſtibus revertatur, eam reſtituam; me interim emere poſſe, eâque emptione videar mihi in conditionis eventum conſuluiſſe, ut Titio reverſo, nihilo minùs mea maneat. Sed cùm hoc commentum prorſùs ridiculum ſit, immorandum ei non putavi. Et ut hæc vera ſint, non obtinere tamen creditum eſt, ſi conditionis eventus triſtem habeat exitum.

ſuprà de penden. cond. nu. 30.

61. l. exiſtimo de cont. empt.

15. l. & ſi conſ. §. ſi. cum l. ſeq. eod. tit.

Connanus in ſuis commentariis. li. 7. c. 6.

Vnde liberi hominis emptionem, quamvis hac adjectâ conditione, cùm ſervus erit, inutilem eſſe *Paulus* rectè ſcripſit: hujuſmodi etenim caſus expectare, jus noſtrum fas eſſe non putavit. Sed nec talis poteſt emptioni adſcribi conditio, quæ in mera ac nuda ementis vel vendentis voluntate ſita ſit: ejus enim quæ contrahentes neceſſitate non aſtringit, nullam eſſe obligationem, à divis *Diocletiano* & *Maximiano* reſcriptum eſt. Hoc itaque modo facta venditio; ſi voluero, vel ſi volueris, Stichus tibi emptus eſto; non valebit, ut *Vlpianus* notat. Adeò ut nec ſub hac conditione ſervi venditionem valere putaverit, ſi ra-

34. l. ſi in emptione. §. liberum de contrah. empt.

13. l. in vendentis C. eo. tit.

7. l. hæc venditio, de contrah. empt.

rationes meo computaverit arbitrio; ſi quidem de ipſius vendentis arbitrio actum ſit. Planè experimentum rei inementis arbitrium conditionaliter poſſe collocari, nemo dubitarit. Sub conditione, inquit *Juſtinianus*, emptio contrahi poteſt: veluti ſi Stichus intrà certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot. Et apud *Melam*, ſi mulas tibi dedero ut experiaris, & ſi placuiſſent emeres: valere contractum, traditum eſt. Et apud *Labeonem*, ſi tibi equos venales experiundos dedero, ut ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes. Sed & ſi implicitè aut ſub velamine voluntas comprehenſa ſit, puta, ſi capitolium aſcendero, vel aſcenderis, res hæc tibi aureis tot empta eſto: arbitrarer rectè utiliterque contractum eſſe; cùm talis conditio jure improbata non ſit: licèt enim in poteſtate ſit debitoris, quodammodò tamen obligatus eſt, cùm à contractu diſcedere non poſſit; quo fit ut negari poſſit, obligationis ſtatus in ejus eſſe poteſtate. Sed nec pretii quantitatem in alterius ex contrahentibus arbitrium conferri poſſe, *Cajus* notavit, hoc modo; quanti velis, quanti æquum putaveris, vel quanti æſtimaveris, habebis emptum: licèt in extranei arbitrio non idem ſit. Poteſt enim ſic fieri venditio, quanti Titius arbitrabitur, tanti tibi res empta eſto. Idque palam à *Juſtiniano* definitum eſt, quamvis inter veteres de hoc magna fuiſſet dubitatio. Planè ſi pretium ab initio certum conſtitutum ſit, ſed augmentum ſub conditione; ſtatim valere & impletam videri emptionem *Vlpianus* notavit: ut ſi quis ita fundum emerit; eſto mihi fundus emptus centum & quanto pluris eum vendidero. Sed an extinctivas ſeu ſolu-

inſtit. de empt. §. pe.

20. l. apud Labeonem & 1. de praſcr. ver.

35. l. quod ſæpe §. 1. eod. tit.

l. fi. C. de contrahend. empt. d. l. hac venditio. §. fi.

ſolutivas quoque conditiones emptio recipiat, videamus: veluti ſi ita convenerit, ut res tibi empta
43. *l. obligationum. de act.* ſit, tantiſper dum navis ex Aſia venerit. Et licèt *Paulus* ad tempus neque legatum, neque obligationem conſtitui poſſe notârit, cujus exemplo idem in contractibus dicendum eſſe videbatur; di-
de in diem adject. de leg. cond. verſum tamen in iſtis receptum eſſe, apertiſſimi juris eſt. Nam & integros hac de re in jure titulos habemus, conſtatque, ſi convenerit rem inemptam fore, ſi quid obtigiſſet, vel non obtigiſſet, aut ſi melior conditio intra certum diem allata fuerit, vel niſi pretium intra certum diem exolutum ſit: exiſtente conditione, ipſo jure inemptam fieri. Et ſuo loco harum conditionum vim explicabimus. Sed etſi quis proprietatem rei ſuæ ita dono
l. ſi rerum. C. de don. quæ ſub mo. dederit, ut poſt mortem ejus qui accepit ad ſe rediret, donationem valere, imperatores *Diocletianus* & *Maximianus* reſcripſerunt, legemque quæ impoſita eſt, ſervandam eſſe. In mancipio quoque
l. ſi. C. de lega. & l. 2. C. de don. quæ ſub mo. ſi ita vænierit, ut ſi proſtitutum ſit reſtituatur, ratam eſſe conditionem, nemo dubitabit. Et in univerſum *Juſtinianus* temporales donationes & contractus fieri poſſe admonuit. Quod in emptio- 2.
23. *l. ſicut loca.* ne dictum eſt, in locatione quoque obtinere credimus: nam & hanc ſub conditione fieri poſſe *Paulus* notavit. Sed hîc à *Cajo* admonemur, quod ad mercedis æſtimationem attinet, eam in certi
28. *l. ſi merces eo. tit.* hominis arbitrium (uti in emptione dictum eſt) conferri poſſe, hoc modo, quanti Titius æſtimaverit; ut Titio æſtimante teneat contractus, non æſtimante nullus ſit: quamvis ſi ſermone generali, ſub hac conditione, quanti alius arbitrabitur, conductio facta ſit, non valere contractum ſcribat;

haud

haud ſanè immeritò, quando perſona nulla definita eſt, quæ æſtimare debeat. Sed & reliqua quæ in emptione dicta ſunt, ad locationem quoque referri poſſe, nemo neſcit. Mandatum quoque & ſub conditione fieri poſſe *Vlpianus* notavit, & à *Juliano* eſt probatum: veluti ſi hoc modo factum ſit, mando tibi hæc facere, ſi navis ex Aſia venerit. Suntque in mandato conditiones diligenter obſervandæ: niſi enim extiterint, actio non datur.

l.1.mand. inſtit. de mand. §.1 mandatum.

3.

4. De ſtipulatione autem non eſt quòd dubitetur: valere enim ſtipulationem, quæ hoc modo facta ſit; ſi hoc vel illud obtigerit, decem dare ſpondes? percertum eſt: & ſexcentæ ejus ſpecies in hiſce noſtris commentariis inveniri poſſent. Quin ex duobus reis, alterum purè, alterum ſub conditione ſe obligare poſſe, traditum eſt. Sed & ex incertæ perſonæ facto in ſtipulationibus admitti conditiones, *Venulejus* notavit: veluti, ſi quis capitolium aſcenderit, aut ſi quis à me decem petierit, tot dare ſpondes? Vnde & hanc valere ſtipulationem ſcribit: ſi qua mihi nupſerit, decem dotis ejus nomine dare ſpondes? Et *Vlpianus* non eſſe hanc inutilem; quod tibi Titius debet, cùm debere deſierit, mihi dare ſpondes? atque ſi ita dictum eſſet; quantum tibi Titius debet, tantundem mihi dabis? De iſtis autem conditionibus, cùm moriar, poſt mortem meam, vel pridie quàm moriar, dare ſpondes? an in ſtipulationibus admittendæ ſint, veteres dubitabant. Et non eſſe admittendas pleriſque placuerat: quòd abſurdum eſſe crederent obligationem poſt ſtipulantis mortem incipere. Enimverò à *Juſtiniano* conſtitutum eſt, & has recipiendas eſſe: haud ſanè immeritò: licèt

7.l.ex duobus, de duo. re. 108. l.ſi à Titio, de verb. obli. 20. l. hujuſmodi de verb. obli. 11.l. ſcrupuloſam C. de contrahen. ſtipul. Inſtit. de inut. ſtip. §. poſt mortem.

enim

enim contractus, adjectâ conditione, informis ſit, ab ipſo tamen initi contractûs die, vim & ſubſtantiam accipit, quamvis (ut dixi) informem. Sed & ſic; cùm morieris, vel ſi morieris, dare ſpondes? ſtipulationem fieri poſſe *Vlpianus* ſcribit: quamvis ſi factum adſcriptum fuerit, veteribus ut impoſſibilem, inutilem eſſe ſtipulationem placuerit: ut ſi quis ita ſpoponderit; Inſulam cùm moriar, ædificare promitto. Secundùm hæc valere ſtipulationem, *Tryphonius* ſcripſit, ſi pater dotis promiſſionem in id tempus contulerit, quo ipſe morietur. Sed & hoc, quod diximus, ſi factum in ſtipulationem deductum ſit, inutilem ſtipulationem eſſe, *Iuſtinianus* contrahentium mentem ac voluntatem ſecutus, immutandum eſſe credidit, valereque tales ſtipulationes conſtituit; quaſi hoc actum ſit, ut ipſe moriens obligatus eſſet, faciendi autem neceſſitas hæredibus ſuis incumbat. Quod & in legatis ſub ſimili conditione relictis obſervari debere cenſuit: veluti ſi hæres domum ædificare juſſus ſit, cùm morietur. Ab hæredibus igitur & contrà hæredes, actiones initium accipere poſſunt. In uſufructu id tamen non obtinere certum eſt: uſumfructum enim ſibi nullus cùm morietur, rectè ſtipulatur, nam cùm morte intercidat, à morte nequit incipere. Idemque in legato uſufructu obſervari à *Paulo*, *Papiniano* & *Modeſtino* notatum eſt. Hanc quoque ſtipulationem, cùm morieris, dotis nomine tot dabis: eâdem ferè ex cauſâ *Ariſtonem*, *Neratium*, & *Pomponium* ſecutus, idem *Paulus* inutilem eſſe notavit: quamvis *Julianus* in diverſa fuerit ſententia: hôc deceptus argumento, quòd paciſci poſſit, ne vivâ muliere, dos ab ea exigatur: quod

45 l. quodcumque §. fi. de verb. ob.

76. l. ſi pater, de jur. dot.

l. fi. C. de contrahen. ſtip.

l. unic. C. ut. ac. ab. hære.

5. l. uſumfructum, de uſuf. le. 78. l. hæres meus §. pe. de cond. & demon. 8. l. Titio de uſufr. 21. l. Julianus, de jur. dot.

quod ſimile non eſt, cùm aliud ſit exactionem differre, aliud ab initio in id tempus ſtipulari, quo matrimonium futurum non ſit. Accedit quod in libertate *Vlpianus* notavit, inutiliter eam ſic dari; Titius cùm morietur, liber eſto. Sed & ſi in tam longum tempus differatur, ut in eum diem victurus ſervus non ſit, idem fore *Paulus* tradidit. Et quamvis nemo ſibi uſumfructum ſtipulari poſſit, cùm morietur, ut dictum eſt: valere tamen hanc ſtipulationem *Paulus* ſcribit; mihi aut Titio, cùm capite minutus erit, uſumfructum dari. Quid autem, ſi quis hodiè ſibi dari ſtipulatus ſit, ſi navis ex Aſia venerit? veteres ſanè ut præpoſterè conceptam ſtipulationem, inutilem putarunt: *Iuſtinianus* verò utilem eſſe dixit. Idque nedum in dotibus, ut antea à divo *Leone* obſervatum fuerat, ſed in quibuſvis aliis ſtipulationibus. Quin & alioqui inutiles ſtipulationes, adjectâ conditione (uti in emptione ſuprà admonuimus) utiles fieri *Pomponius* notavit; ut ſi rem meam ſub conditione ſtipulatus fuero: valebit enim ſtipulatio, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit. Et à *Marcello* idem probatum eſt, ut & viam ad fundum qui meus non eſt, me ſtipulari poſſe crediderit. Quin ſi quis alienum fundum ſub conditione ſtipulatus, pendente conditione ex cauſa lucrativa eum acquiſierit, non perimi tamen obligationem ſcripſit, cùm adhuc priuſquam exiſtat conditio, ſuus eſſe deſinere poſſit. Planè rem ſuam neminem in eum caſum quo ſua ſit, ſtipulari poſſe ab *Vlpiano* traditum eſt: neque liberum hominem ſic ſtipulari poſſumus, cùm ſervus erit: nec rem ſacram, cùm profana erit, ut etiam ſuprà in emptione diximus: ut intel-

17. l. libertas, de man. teſt.

4. l. cum heres §. 1. de ſtatuli.

65. l. Stichum §. uſumfru. de ſolut.

Inſtit. de inut. ſtip. §. item ſi quis.

31. l. ſi rem meam de verb. ob.

98. l. exiſtimo eod. tit.

87. l. nemo. eo. tit.

34. l. ſi m. §. liberum de contrah.

intelligamus ſemper promiſſionem cum interrogatione convenire debere, ut ſtipulatio valeat. Nam ſi ſimpliciter interrogatus ſub conditione ſpondeat, aut ſub conditione interrogatus, ſpondeat purè: inutilem fore ſtipulationem *Vlpianus* admonuit. De voluntatis conditione videamus. Et quidem ſi de promittentis loquamur voluntate, certum eſt nullam eſſe promiſſionem, quæ ex voluntate ejus ſtatum accipit, ut *Venulejus* admonuit. In eandem ſententiam *Pomponius*, non valere ſtipulationem ſcribit, cujus conditio in arbitrium rei promittendi collata eſt. Ideoque ſi quis ſub hac conditione promiſerit, ſi volam; nulla erit obligatio. Pro non dicto, inquit, eſt quod niſi velis dare, cogi non poſſis. Et ut *Vlpianus* ait, in rei arbitrio eſſe non debet, an obſtrictus ſit. Hæres igitur ejus qui nunquam dare voluit, nequidquam urgebitur. Porrò dubitatum eſt, an idem in hac conditione dici oporteat; cùm volueris, dabis? Et hanc ſanè alii inutilem, alii utilem putabant: iſtorum ſententia prævaluit. Ita tamen, ut in perſonam verba reſtringantur, & tunc demùm obligatus ſis, ſi antè conſtituas quàm moriaris, ut *Paulus* tradidit. Turpes item conditiones, ut quæ contra bonos mores ſunt, adeò ſtipulationes abhorrent, ut harum adjectione, ſtipulationes inutiles fiant. Itaque ſi inter parentes convenerit, ut alterius filius, alterius filiam uxorem ducat, adjectâ pœnâ, ſi quis eorum nuptiis impedimento fuiſſet: quamvis altero recuſante, agenti exceptionem doli mali obſtaturam, à *Paulo* reſponſum fuit. Quia, inquit, inhoneſtum eſſe viſum eſt, vinculo pœnæ matrimonia obſtringi ſive futura, ſive jam contracta. Sed

&

emp. & l. interſtip. §. ſacrum. de ver. ob.

l. 1. §. ſi quid. de verb. ob.

108. l. ſi à Ti. §. fi. de verb. obli.

7. l. ſub hac de act. & obl.

7. l. hac vendi. de cont. emp.

46. l. centeſimis. §. fi. eod. tit.

17. l. ſtipulatio eo. tit.

46. l. centeſi. §. fi. de verb. ob.

inf. nu. 16.

134. l. Titia. de ver. obli.

l. gemma. de ſponſ.

& ſi ita dictum ſit; ſi tibi nupſero, decem dare ſpondes? *Celſus* non valere ſtipulationem tradidit: & verum eſt, niſi cauſâ dotis vel donationis propter nuptias id factum ſit. *Julianus* item ſtipulationem hoc modo conceptam; ſi hæredem me non feceris, tantum dare ſpondes? inutilem eſſe dixit, propterea quòd moribus bonis talis conditio adverſa ſit. Et *Gordianus*, ſi quis ita mille aureos mutuo acceperit, ut ſi intrà certum diem eos non reddidiſſet, ſolveret quadruplum, juris formam non paţi ſcripſit, contractûs legem ultrà pœnam legitimam uſurarum procedere. Sed hoc reſtringendum eſſe plerique putant, ſi ad quantitatem pœna adjecta ſit. Nam ſi factum in ſtipulatione ſit aut ſpecies, pœnam quantumvis magnam adjici poſſe arbitrantur.

97. l. ſi ita §. eod. tit.
21. l. ſi conſtante C. de don. c. ante nup.
91. l. ſtipulat. hoc mod. eo. t.
15. l. cum allegas C. de uſur. glo. ibid.

5. Cæterùm mutuum conditiones recipere dubium non eſt: omnia enim quæ ſtipulationibus inſeri poſſunt, eadem & pecuniæ numerationi licet adjicere, ut *Vlpianus* notavit; veluti conditiones: ut ſi ita tibi pecuniam tradidero, ſi navis ex Aſia venerit, nummi hi tibi mutuo ſunto: pendere enim poteſt mutui datio, ut *Pomponius* ait. Secundùm hæc, ſi ab initio cùm pecuniam apud te deponerem, uti tibi eâ, ſi voles, permiſero, creditam tunc foré, cùm mota fuerit, idem *Vlpianus* tradidit: aliter atque ſi poſt depoſitam pecuniam eâ roganti tibi uti permiſerim. Hîc enim *Nerva* & *Proculus*, etiam antequam moveatur, conditioni locum fore, tradidêre, & à *Marcello* probatum fuit. Rectè itaque *Iulianus*, non ex omni numeratione eum qui accipit, obligari admonuit, ſed tunc demùm, cùm idipſum agitur, ut confeſtim obligetur.

7. l. omnia. & l. ſeq. ſi cer. pet.
10. l. quod ſi ab initio. eod. tit
9. l. certi condictio. eod. tit.
19. l. non omnis eod. tit.

6. De ſocietate an conditionem recipiat, vete-

veteres dicuntur dubitâſſe. Sed *Paulus* conditionem
admittendam hîc eſſe, tradit: quod & *Iuſtinianus*
poſteà probavit. In donatione idem obſervamus.
Nam & hanc omnem admittere conditionem per-
certum eſt, exceptis iis, quæ à lege improban-
tur. Et uſque ad diem incertum donari poſſe tra-
ditum eſt: hæc tamen ita ut ſciamus ad donatio-
nem ſemel perfectam conditionem poſteà adſcribi
non poſſe. Nec item talis poteſt donationi adſcribi
conditio, quæ ejus initium in tempus producat
illicitum: veluti ſi ſponſæ ita donetur, cùm nuptiæ
inter te & me factæ erunt, dono: hæc enim dona-
tio inutilis eſt. Idem juris erit, ſi quis ſub hac con-
ditione donaverit, ſi bona mea publicentur; talis
enim conditio in fiſci fraudem adjecta eſſe cenſe-
tur, ut *Bartolus* rectè admonet: quando enim hu-
juſmodi donationes in tempus inhabile conferun-
tur, perindè eſſe debet, atque ſi tunc donatio fa-
cta eſſet, cùm conditio evenit. Pignoris quoque
obligationem recipere conditiones nemo dubitat. 8.
Nam & rem alienam ſic pignori dari poſſe *Martia-
nus* notavit, ſi mea facta fuerit: purè autem ex
ſummo jure non rectè; quia in re aliena qui pignus
dedit, nullum jus habuit; neque ſi ſua fiat, conva-
leſcit, quod à principio jure non ſubſtitit: ſed hoc,
ut dixi, ex ſummo jure. De æquitate enim, ſi is
qui alienam rem oppignoravit, poſteà ejus domi-
nus factus fuerit, contra creditorem de facto ſuo
excipere non poterit: fraudem enim ac dolum pro-
prium, hâc ratione detegeret, vel quòd cùm alie-
na res pignori datur, tacitè inſit conditio, ſi dan-
tis facta fuerit. Quin & ſolutivas condiones in pig-
noribus

l. 1. pro ſoc.
l. pe. C. eo. tit.
25. l. donatio C. de dona.
l. 2. C. de don. qua ſub mo.
l. pe. eo. tit.
l. 4. C. de donat. ante nup.
Bart. in l. poſt contractum, de donat.
l. in tempus, de her. inſt.
16. aliena, de pigno.
infra. qua cond. ta. inſint.
l. 1. §. ſi eum l. ſeq. de reb. eo. qui ſub.
l. 1. & l. ſi. C. de pac. pig.
16. l. ſi fundus §. ſi. de pig.

noribus admitti credimus, ut ſi quid obtigerit res pignori eſſe deſinat, hâc tamen exceptâ, ſi intra tempus illud pecunia tibi ſoluta non fuerit, pignus tibi emptum eſto: hæc enim, quam commiſſoriam legem vocant, in pignoribus reprobata eſt, niſi fortè de juſto pretio tunc æſtimando, actum fuerit, ut divos *Verum* & *Antoninum* reſcripſiſſe *Martianus* commemorat: aut poſt contractum id inter partes convenerit. Cæterùm in fidejuſſore receptum eſt, ut quamvis purè contractâ inter principales obligatione, fidejuſſor tamen ſub conditione accedere poſſit, ut *Vlpianus* ſcribit: ſic enim in leviorem cauſam acceptus eſſe videtur; ex contrario autem, ſi debendi reus ſub conditione obligatus ſit, fidejuſſio purè facta non valere creditur. Planè ſi ſtipulatio in diem concepta fuerit, & fidejuſſor ſub conditione acceptus ſit, fidejuſſoris jus in pendenti fore *Julianus* ſcripſit, ut ſi antè diem conditio impleta fuerit, non obligetur,

9. aliàs autem ſecus ſit. Cæterùm ſi à reo ſub conditione ſtipulatus ſim, *Cajus* fidejuſſorem, & ſub eadem, & ſub alia accipi poſſe admonuit, ſi modo utraque conjuncta fuerit, quod ſi diſiunctæ ſint,

10 referre hîc rurſus utra prius extiterit. Circa pecuniam conſtitutam dubitaſſe veteres *Juſtinianus* ſcribit, an pro conditionali debito, recipi deberet: ſed ipſe omnino recipiendam eſſe conſtituit. Enimverò *Paulus* quod ſub conditione debetur, ſive purè, ſive certo die conſtituatur, eâdem conditione ſuſpendi tradidit. Quod ſi is qui purè debet, ſub conditione conſtituat, *Pomponius* utilem

11 actionem in eum dandam eſſe ſcribit. De poſſeſſionis verò traditione non eſt quod dubitetur.

l. Titius de pig. ac.

7. l. ſtipulatus & l. 9. grace. §. item accepto, de fidejuſſo, & inſt. de fidejuſſ. §. fidejuſſor.

17. l. fidejuſſor. §. 1. eod. tit.

17. l. fidejuſſor §. pe. eod.

17. l. ſi à reo eod. tit.

l. pe. C. de conſtit. pec.

19. l. id quod ſup. eo.

38. l. qui abſenti §. 1. de acq. poſſ.

c. ſignificaſti. de elect.

c. moribus ſi, defenſu. conten. & c. 1. qui ſucc. te. g. in c. ſuper eo. de cond. appoſ. Jo. And. & Panor. in c. 1. de ſponſa.

Nam hanc ſub conditione fieri poſſe à *Juliano* palam traditum eſt. Ideoque ſi adjecta ſit: non aliter res accipientis fiet, quàm ſi conditio extiterit. Sic & pallii traditionem ſub conditione fieri poſſe, à Pontificibus eſt receptum. Sed & feudi inveſtitu- 12
ram ſub conditione fieri poſſe arbitramur, cùm moribus receptum ſit, dominum de feudo militis ſui, quod poſt ipſius mortem ad ſe ſperat reverſurum, alium militem inveſtire poſſe.

c. 3. & in c. ſuper eo. de condit. appoſ. d. c. 3. Imo. & Panor. in d. c. ſuper eo.

De matrimonio & ſponſalibus videamus. Et 13
quamvis non defuerint, qui in his conditionem admittendam non eſſe putarent, quòd conſenſum purum eſſe oportere dicerent, crebriùs tamen recepta eſt diverſa ſententia. Undè ſi hæc adjecta ſit conditio, ſi patri, vel illi extraneo placuerit, valere conditionem aiunt. Sed & hanc admittendam ſcribunt, ſi tantum mihi dederis: quamvis diverſum ſit in hac conditione, ſi Papa diſpenſaverit: quam admittendam in ſponſalibus non putant inter eos quos conjungi vetitum ſit: ut videlicet ex præſenti die, vel informis producatur obligatio. Solutivas ſanè conditiones in matrimonio haudquaquam admittendas puto: veluti ſi ita contractum ſit, ſi te virginem invenero, hæc enim matrimonium non impedire dicitur: matrimonium enim perpetuum eſſe decuit. Cæterùm admonuiſſe convenit, in univerſum omnes conditiones, quæ ipſius matrimonii ſubſtantiæ adverſantur, & contrariæ ſunt, ſive ſuſpenſivè, ſive ſolutivè adſcriptas eſſe dicamus, matrimonii contractum vitiare. Adverſantur autem hæ, ſi generationem prolis evites, vel donec aliam invenero, honore vel facultatibus digniorem: aut ſi pro

c. ſ. eo. tit.

quæſtu

quæſtu te adulterandam tradideris. Subſtantia
namque matrimonii in eo ſita eſt, ut proles pro-
ducantur, vitaque ſit inter conjuges indiſſolubilis,
adulteriumque evitetur. Nuptiæ, inquit *Modeſti-* *l. 1. de rit.*
nus, maris & fœminæ ſunt conjunctio, & conſor- *nup.*
tium omnis vitæ. Proindè ſi quis uxorem duxe-
rit ſub aliqua harum conditionum, nullas fore
nuptias arbitramur. Conditio etenim quæ contra
naturam actûs eſt, vitiat actum magis quàm ipſa
14 vitietur. Votum item eccleſiaſticum conditio- *c. conſulti.*
nem recipere certum eſt: niſi contra ſubſtantiam *de relig. &*
ſit monachatûs. Hæc enim profeſſioni adjecta *tranſ. ad*
eam vitiat, uti in matrimonio dictum eſt, ſive ſuſ- *relig.*
penſiva ſit, ſive ſolutiva: licèt alii vitiari ipſam *glo. in c. ſi.*
conditionem verius putaverint, quorum opinio- *de condit.*
nem non probo. Itaque ſi quis hoc modo mona- *appo. &*
chatum profeſſus ſit, ſi uxorem ducendi poteſtas *ibi. Panor.*
ſibi fieret, vel proprium retinere poſſet, vel in *glo. in c. ſo-*
domo ſua cum tota manere ſubſtantia: nullam, *let. 32. q.*
imo ridiculam, hujuſmodi fore profeſſionem ar- *2. & in*
15 bitror. Ad judicialia tranſeamus: & primum de *Aut. in-*
mandatis, quibus Rei in jus vocantur videndum *greſſi C. de*
eſt. Et certè hæc ſub conditione fieri poſſe, quo- *ſacroſ. Ec-*
tidianus demonſtrat uſus. Sub hac enim ferè for- *cle.*
mula fieri ſolent: debitori mandatur ut ſolvat, ac *c. ſi. qui cle.*
deindè ſi id facere recuſet, differat, aut ſe oppō- *voven.*
nat: jubetur apparitor ei certam diem dicere, quo
coram judice compareat, &c. Non rarò item eve-
nit, ut in citationum reſcriptis ipſe apparitor,
reum præſenti die quid facere compellat, non ob-
ſtante oppoſitione aut appellatione, quibus ſem-
per adſcribitur conditio, ſi narrata vera eſſe com-
pererit. Ipſam item actionem ſub conditione pro-

g. in l. qui de inoffi-cioſo C. de inoff. teſta. & no. in l. ordinarii C. de re vend.

l. 3. de pro-cur. l. 1. §. biduum quand. ap-pel. ſit 2. q. 6. c. bidu-um.

gloſ. in d. c. biduum glo. l. tum index C. de ſent.

15. l. à di-voPio §. in venditione de re jud. & ibi. glo.

g. c. ex lit-teris de ma trimonio contract.

cont. inter-dic. Ec. & alia c ſolo-nitanæ 63. in & 5. q. 1. quidam. 40. c. pra-terea, de app.

poni poſſe dubium non eſt, nedum in acceſſoriis, ut fructibus futuris, & id genus aliis (quæ ferè ſine conditione in judicium deduci non poſſunt) ſed etiam in actionibus principalibus: veluti ſi unum judicium præparatorium ſit ad aliud; tunc enim poſſunt ſimul eodem libello cumulari, alterum ſcilicèt purè, alterum ſub conditione. Procuratorem item, & ad litem futuram, & in diem, & ſub conditione dari poſſe, ab *Vlpiano* notatum eſt. In ſententiis idem obſervamus. Nam & hæ ſub conditione latæ valent, ut *Vlpianus* ſcribit: quamvis judicem eniti conveniat, ut quantum poteſt, ſententiam ferat certam & puram. Nec refert quòd tales ſententiæ conditionales, neque condemnationem, neque abſolutionem continere videantur, interim dum conditio pendet: ſatis enim eſt quòd poſteà, conditione exiſtente, earum vis & effectus patefiat. Itaque ſi ſic lata fuerit ſententia, ſi actor juraverit, quod petiit ſibi deberi, ſolutumque non eſſe: valere eam arbitrabimur. Et hæc maximè obtinere puto in interlocutoriis, quas & quotidianus uſus conditiones admittere docet. Interloqui, inquit *Vlpianus*, Iudices ſolent, ut ſi moventia non ſint, ſoli quoque capiantur: hoc eſt, ſi moventia non inveniantur. In excommunicationibus idem juris eſt: veluti ſi ita dictum ſit; niſi Sempronio intrà dies viginti ſatisfeceris, excommunicatum te eſſe cognoſcas: dum tamen ejus meminerimus, quod ab *Innocentio* quarto conſtitutum eſt, ſub hac forma excommunicationis ſententias ferri non debere; ſi de illis infrà tale tempus non ſatisfecerit: nec pro futuris culpis; ſi tale quid fecerint: niſi aut mora, aut culpa, aut offenſa præceſſerit. Porrò, quod

quod diximus, ſub conditione ſententias proferri poſſe, de iis conditionibus accipiendum eſt, quæ rebus illis connexæ ſunt, de quibus in judicio actum fuit. Extraneas autem conditiones adſcribi poſſe non putamus, & ſanè ridiculum foret. Denique ſi ſententia decretum contineat, quod ſecum executionem trahat, nullam conditionem admit-
16 tere à quibuſdam notatum eſt. De tranſactione autem non eſt quod dubitetur. Nam huic conditionem poſſe adſcribi, certi juris eſt. Hæc ferè ſunt quæ de contractibus recipientibus conditionem dicenda eſſe putavi: ut in omnibus tamen meminerimus improbas conditiones nuſquam recipiendas, uti ſuprà diverſis tactum eſt locis. In quibus in primis eæ ſunt, quæ matrimonii repugnant libertati: juris etenim religio matrimoniis pœnam adjicere non permittit, ut nec jurisiurandi vinculo talis ſtipulatio ſuffulciri poſſit; quamquam arrhas datas duplicatas reſtituere oporteat, vel etiam earum quadruplum, ſi hoc inter partes convenerit. In extraneo autem diverſum eſſe putant, niſi fortè talis fuerit, ut qui matrimonium promovere potuit, eoque veriſimiliter rem deducere ne ipſe in pœnam cadat. Ampliùs nec eas ſtipulationes utiles eſſe, antiquitas voluit, quibus pœnæ irrogantur iis, qui divertiſſent. Nam & eò matrimonia libera eſſe placuit, ut etiam ex cauſa legitima divertere liceat, pœniſque iis quæ legibus comprehenſæ ſunt, hac in re contenti eſſe debemus. Pœna autem divortii legitima in muliere, eſt amiſſio dotis, in viro donationis propter nuptias. Eadem ex cauſa hæc ſtipulatio inutilis eſſe dicitur; ſi hæredem me non feceris, tantum dare ſpondes? Et in pig-

ſ.c. romana, de ſenten. exco. lib. 6.
g d.l. cum judex & Bart. d. §. biduum.
Bal. in l. muto §. ſi ſub conditione, de tutel.
9. l. ſi ſuper C. de tranſac.
Bart. l. fi. C. de ſponſ.
d.l. fi. C. de ſponſ. & g. c. gemma de ſponſal.
Bar. l. 134. Titia, de verb. obli.
l. 2. C. de inut. ſtip.
19. l. ſi ita ſtipulatio de ver. ob.
61. l. ſtipulatio hoc mod. eod. tit.
l. 1. & l. fi. C. de pac. pig.

nore, ut diximus, hæc; ſi pecunia intrà illum diem tibi ſoluta non fuerit, pignus tibi emptum erit. Sed etſi contrà actûs naturam aliqua adſcripta fuerit conditio, veluti in nuptiis, vel monachatu, ut ſuperiùs explicatum eſt; vel ſi ita ſtipulatio facta ſit, ſi voles; idem fore juris arbitrantur: qua de re ſuperiùs variæ ſpecies productæ fuêre. Quin ſi conditio in tempus illicitum collata fuerit, quamvis alioqui neque improba ſit, nec actui repugnet, idem eſſe judicium, demonſtratum quoque eſſe credimus. Hactenùs de contractibus.

ff. de cond. inſt. C. de inſt. ſub cond. inſt. de hæ inſt. §. hæres. 34. l. hæreditas, de hære. inſt. 82. l ſi quis de hæ. inſt. 56. l. po: eſt eod. tit. 9. l. extraneum C. de hæred. inſt. gloſ. ibi.

De teſtamenti partibus nunc videamus. Ac pri- 17
mum de inſtitutione, quam admittere conditiones, plures in Iure tituli oſtendunt. Et in univerſum *Juſtinianus* hæredem ſub conditione inſtitui poſſe ſcripſit, quamquàm ſi ex certo tempore, aut ad certum tempus ſcribatur hæres, adjectio illa ſit inutilis, ut *Papinianus* notat. Nec intereſt, conditio in hæredis poteſtate poſita ſit, an ex fortunæ pendeat inſidiis. Quin hanc valere inſtitutionem perhibent; ſi legitimus hæres hæredem meam vendicare nolit, Titius mihi hæres eſto: & item hanc; ſi intrà annum quadrageſimum deceſſero, ille mihi hæres eſto. Extraneum etiam, hoc eſt, qui filius non eſt, cùm quis morietur, hæredem ſcribi poſſe Divorum *Diocletiani* & *Maximiani* authoritate comprobatum eſt; veluti, ut quibuſdam placet; cùm morietur Titius, Sempronius hæres eſto: licèt à captandæ alienæ mortis voto talis conditio prorſùs ſemota ac libera non eſſe videatur: in filio autem ideò recepta non eſt, quia extrà poteſtatem ejus eſt. Alii hunc locum aliter interpretantur, ſicque aliquem inſtitui poſſe putant

cùm ipſe morietur, hâc formulâ; Titius cùm morietur, mihi hæres eſto. Quod etſi quibuſdam ridiculum eſſe videatur, quòd moriens adire nequeat: mihi tamen hic intellectus magis placet: quando enim hæc conditio neceſſaria eſt, inſtitutionem non remoratur, poteritque is qui ſic inſtitutus eſt, vitio temporis ſublato, ſtatim adire hæreditatem. Has quoque inſtitutiones ſi codicillis Sejum hæredem ſcripſero, hæres eſto; cujus nomen codicillis ſcripſero hæres ſit; non eſse inutiles *Vlpianus* admonuit. Hoc ampliùs, filium emancipatum vel in adoptionem datum ſub quavis conditione rectè inſtitui *Vlpianus* notavit, etiamſi in poteſtate ejus non ſit, ut ſic inſtitutus à bonorum poſseſſione contrà tabulas removeatur. Sed & hanc inſtitutionem; Titius cùm capere poterit hæres eſto; valere *Modeſtinus* ſcripſit, ut aliquando admonuimus: quod *Accurſius* adeò verum eſse credidit, ut eum quoque qui teſtamenti tempore capax non eſt, inſtitui poſſe putarit; etſi communiter in inſtitutionibus tria tempora ſpectanda eſse dicantur. Enimverò ut hæc vera ſint, eſse tamen conditiones, quæ in inſtitutionibus non recipiuntur, nemo dubitabit, etiamſi neque turpes, neque impoſſibiles dici queant; quas pro non ſcriptis in teſtamento eſse alio loco demonſtrabitur: ſed quòd teſtamentorum ſubſtantiæ adverſantur. Inter quas in primis eæ ſunt quæ alienam referunt voluntatem; ut ſi hæredes mihi ſcripſerim quos Titius voluerit. Et certè vitioſam eſſe hujuſmodi inſtitutionem *Cajus* admonuit: teſtamentorum enim jura per ſe firma eſſe opertet, non ex alieno pendere arbitrio. In eandem ſententiam *Pomponius* vitioſam eſſe hanc in-

34. l. hæreditas, de hæ. inſt. l. 10 inſtitutio de cond. inſt. l. 3. §. ſi ſub ea. de bo. poſ. cont. tab. & 11. l. ſi in adoptionem eo. tit. 62. l. in tempus de hære. inſt. ſupra de exiſt. cond. eff. nu. 27. gloſ. ibi. 49. l. ſi alienum §. 1. de hære. inſt.

32. l. illa inſtitutio, de ha. inſt.

68. l. ſi quis Sempronium eo. ti. d. l. ſi quis Sempronium.

inſtitutionem ſcribit; ſi Titius voluerit, Sempronius mihi hæres eſto. Sed hæc ita accipienda ſunt, ſi expreſſa & ſine velamine ſit demonſtrata voluntas: aliàs enim ſecùs eſt; ut ſi ita Sempronius hæres inſtitutus ſit, ſi Titius capitolium aſcendiſſet. Quamvis enim in poteſtate Titii ſit capitolium aſcendere vel non aſcendere; valet tamen teſtamentum, ut idem *Pomponius* adſeverat: quædam enim, inquit, ſi in teſtamentis exprimantur, nullum effectum habent, quæ ſi verbis tegantur ef-

In t. quæ cond. fac. nu. 27.

23. l. ſi quis inſtituatur §. 1. de hæ. inſt.

21. l. ſervus alienus, de cond. inſt.

fectum habitura ſint. De ipſius autem hæredis voluntate non eſt quod hîc quæramus. Nam aliàs admonuimus hæc verba, *ſi volet, hæres eſto*: in extraneis conditionem non facere, cùm tacitè inſint. Cæterùm ſi ſub velamine hæredis ſcripti voluntas in conditione poſita ſit, ipſa quoque quæſtio dubio carebit; cùm apertiſſimi juris ſit, ſub poteſtativa conditione unumquemque hæredem ſcribi poſſe: veluti ſi quis ita ſcriptus ſit; Titius ſi Stichum manumiſerit, hæres eſto. Servum autem, ſi alienus ſit, ſic inſtitui poſſe ajunt; cùm liber erit, hæres eſto: in proprio verò ſervo talem inſtitutionem

22. l. quia ratio. eo. t. l. 4. cod. tit. l. fi. de con. inſt. d. l. 4. cum l. ſeq. eod. tit. & l. 4. C. de inſt. ſubſt. cond.

admittendam eſſe *Celſus* negavit: huic enim omninò libertas danda eſt, ſi eum nobis hæredem eſſe volumus. Nam ratio, ut *Cajus* ſcribit, ſuadet eum qui libertatem dare poteſt, ipſum debere aut præſenti die, aut in diem, aut ſub conditione libertatem relinquere; nec habere facultatem hæredem inſtituendi ſervum proprium in caſum à quolibet obvenientis libertatis. De ſui hæredis inſtitutione videamus. Et hos ſub quacunque conditione ajunt inſtitui poſſe, exceptis ſolis filiis. Filius, inquit *Papinianus*, ſub ea conditione quæ in ejus poteſtate

eſt,

eſt, inſtitui hæres poteſt; ſub alia non poteſt. Poteſtatem autem hîc eam dicimus, quæ in facto ſita eſt, eamque conditionem poteſtativam eſſe, quæ ſtatim & facilè impleri poteſt. Itaque ſi pater filium quem in poteſtate habet, ſub ea conditione hæredem ſcripſerit, quæ in arbitrio ejus non ſit, jure teſtatus eſſe non videbitur: ut ſi te trans mare & longè agentem ita inſtituerit, ſi in patriam tuam Mauritaniam regreſſus fueris: vel ut apud *Paulum* eſt, ſi filium meum te eſſe probaveris: vel ſi ita inſtitutus ſis; filius meus, ſi eum codicillis hæredem ſcripſero, hæres eſto. Hæ enim in poteſtate ejus cui adſcribuntur, non ſunt. Non obtinere hæc *Vlpianus* admonuit, ſi non in futurum, ſed aut in præteritum, aut in præſens conditio concepta ſit, cùm hæc pro conditione non ſit. Itaque ſi filius qui in poteſtate eſt, hoc modo inſtitutus ſit, ſi Rex Parthorum vivit; ſe navis in portu ſtat; quem codicillis hæredem ſcripſi; valere inſtitutionem notat. Quæ in filio diximus, *Accurſius* etiam in poſthumo locum habere putabat: quod ſanè mihi abſurdum eſſe viſum eſt, ſi de propria conditione & in futurum ſpectante loquamur. Quæ enim in poteſtate ejus eſſe dici poteſt conditio, qui nondum natus eſt? Et *Paulus* ſi poſthuma, pendente conditione, vivo patre naſcatur, ſtatim rumpi teſtamentum ſcripſit, nullâ factâ diſtinctione, an in poteſtate conditio ſit, an non: quàmvis ſi, priuſquam naſcatur, conditio extiterit, non rumpi teſtamentum me non lateat. Cùm poſthumus, inquit *Neratius* hæres ſub conditione inſtituitur; ſi priuſquam naſcatur, conditio extiterit, non rumpetur teſtamentum poſthumi agnatione. Vndè &

l. 4. C. de inſt. quæ ſub cond. 82. l. Lucius de cōd. & demon. 10. l. inſtitutio de cond. inſtit. d. l. inſtitutio. infra. de cond. in præſ. nu. 1. gloſ. l. cum poſt humus & in l poſthuma. de lib. & poſt.

24. l. poſthuma, de lib. & poſt.

22. l. cum poſthumus, eo. tit.

hanc

10. *l. commodiſſimè, eod. tit.* hanc valere poſthumi inſtitutionem *Pomponius* notavit; ſi me vivo filius naſcatur, hæres eſto; hæc enim conditio à filio nato pendere nequit. Planè ſi poſt mortem meam demùm naſcatur, rumpetur teſtamentum; quia nec ſub conditione ſcriptus eſſe intelligitur, qui in eum caſum naſcitur, qui non

20. *l. ſi libertus §. exiſtimo, de bo. lib.* eſt teſtamento comprehenſus. Dicimus itaque in poſthumo omnem admitti conditionem quæ eo nato non pendeat. Quæ autem in filió diximus, ita vera ſunt, ſi in defectum conditionis nominatim exhæredatus non ſit. Nam ſi exhæredatus ſit, valebit filii inſtitutio, etiam ſub conditione facta

l. 3. §. 1. de lib. & poſthu. 18. l. ſub conditione, de cont. tab. & d. l. 4. inf. nu. 32. quæ in poteſtate ejus non ſit: dum intelligamus purè exhæredandum eſſe; nec rurſus nocere eam quæ inſtitutioni adſcriptæ conditioni ſit contraria. Nam ſi ita dictum ſit; filius meus ſi Titium adoptaverit hæres eſto, ſi non adoptaverit exhæres eſto: valere inſtitutionem *Julianus* notat, quaſi

11. *l. ſi quis de cond. inſt. l. 4. §. hæred. inſt. & d. §. exiſtimo.* exhæredatio pura ſit, quæ contrariam inſtitutioni conditionem habet. Planè ſi filius ſub ea conditione inſtitutus ſit, quæ in ejus poteſtate eſt: ut valeat teſtamentum, exhæredatione nullâ indiget, neque à ſubſtituto, neque à cohærede: multoque id magis verum erit, ſi ſub hac conditione inſtitutus fuerit; ſi volet, hæres eſto. Nam huic, niſi in-

86. *l. jam dubitari eo. tit.* eptis verbis uti velimus, contraria conditio inveniri non poteſt, ut alibi *Marcellus* notat. Enimverò,

6. *l. ſed & ſi §. 1. eod. tit. & l. 1. §. ſciendũ de ſu. & legit. hæred.* ut diximus, hæc in filiis procedunt primi gradûs: Nepotes enim ac deinceps reliqui quos ſive Aquilia, ſive Velleja lex inſtituendi poteſtatem fecit, ſub omni conditione hæredes inſtitui poſſunt, ut *Vlpianus* notavit; etiamſi ad filii conditionem redigantur, primumq́ue locum per mortem filii obtinere

nere cœperint. Nepos itaque ſi ſub ea conditione hæres ſcriptus ſit, quæ in ejus poteſtate, non eſt, ad bonorum poſſeſſionem contrà tabulas non admittetur: ſed eam quæ ſecundùm tabulas eſt, accipere poterit. Quod tamen *Joan. Azo* & *Bartolus* ita demùm putant, ſi teſtamenti tempore filius adhuc in humanis fuerit: eaque ſententiam benigniorem eſſe arbitrantur. Cæterùm filio vivo tempore teſtamenti, nepotem poſthumum ſic ex lege Aquilia inſtitui poſſe certum eſt; ſi filius meus vivo me morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos poſt mortem meam in decem meſibus proximis, quibus filius meus morietur, natus erit, hæres eſto: & ex primo capite legis Velleiæ, nedum ſi poſt mortem avi, ſed etiam ſi avo vivo naſcatur, idem permiſſum eſt; tametſi veteri jure alienum poſthumum hæredem ſcribere non licuerit. Superioribus conſequens eſt, filium ſub conditione quæ in poteſtate ejus ſit hæredem ſcriptum, bonorum poſſeſſionem contrà tabulas accipere non poſſe, ſed eam dumtaxàt, quæ ſecundùm tabulas eſt: ſicque *Julianum* lib. xxiij. *Digeſt.* ſcripſiſſe *Vlpianus* refert. Sed hæc de filio à patre hærede ſcripto. Matris autem aviq́ue materni non fieri teſtamentum irritum ajunt, quamvis ab his filius ſub conditione quæ in ejus poteſtate non ſit, fuerit inſtitutus: quamvis enim matris aviq́ue materni teſtamentum hodiè irritum faciat filii nepotiſve præteritio, hoc tamen procedit in vera nudaq́ue præteritione: non autem cùm ſub conditione inſtituti inveniuntur. Quin hodiè vel patris teſtamentum valere putant, in quo filius hæres ſcriptus eſt ſub ea conditione quæ in ejus poteſtate non

l. 3. §. ſed & ſi nepos, de bo. poſſ. contra tab.

29. l. gallus de lib. & poſth. §. nunc de lege.

l. 3. §. ſed ſi ſub de poſſ. contrà tab. nunc. g. quæ ab interpretibus probatur.

Cy. Alb. & Bal. in d. l. 4. C. de inſtit. ſub cond. aut. ut cum, de app. cog. §. aliud quoque.

32. l. quoniam in prioribus.

eſt, cùm ex *Juſtiniani* ad Mennam conſtitutione conditio omnis de legitima portione rejiciatur. Si quid, inquit, minus legitimâ filiis relictum ſit; vel ſi conditione, dilatione, aliâve diſpoſitione moram, modum, vel aliud gravamen introducente, eorum jura minuta ſint: ipſa conditio, dilatio, aliàve diſpoſitio moram introducens, tollatur, & ita res procedat quaſi nihil eorum teſtamento additum ſit. Quin ſi ex poſt facto per evictionem, vel aliâ de cauſâ minutio hæc obtigerit, repleri oportebit hanc portionem. Quo factum eſt ut univerſaliter filius in legitima non poſſe gravari dicatur; Et ſi gravamen vel conditio adjecta ſit, rejiciatur: etiamſi conditio merè fuerit poteſtativa, veluti hæc; ſi volet, hæres eſto: ne tranſmiſſio impediatur, ut quibuſdam placet. Ampliùs, ſi extraneus hęres inſtitutus cùm morietur, teſtatoris filio hæreditatem reſtituere rogatus ſit, ſubducto mortis tempore, præſenti die legitimam portionem reſtituere cogitur: Eaque ſententia à *Bartolo* tandem probata eſt, quamvis aliquando diverſum ſenſerit. Et idem tenere dicuntur. *Richardus de Malumbrino, Salicetus, Joann. ab Imola, Alexander* & *Caſtrenſis.* Non deſunt tamen qui contrarium verius eſſe putant, ut *Azo, Jacobus de Aretio, Jacobus de Ravenna, Petrus de bella Pertica, Guilielmus de Cuneis, Raymundus de Forlivio, Cynus, Odofredus, Albericus de Roſate, Oldradus, Baldus, Angelus,* & uterque *Raphael,* ac nonnulli alij; hoc potiſſimùm ducti argumento, quòd illæ *Juſtiniani* conſtitutiones, quæ ſuprà à nobis relatæ ſunt, in filiorum favorem ſcriptæ videntur, ne legitimâ, partéve ejus defraudentur. Itaque in eorum odium ad eum

caſum

C. de inoff. teſt.

36. l. ſcimus. eod. tit.

16. c. Raynutius de teſta.

Iaſ. poſt alios in d. l. quoniam in priorib. d. l. ſcimus §. cum autem.

In d. l. 4. C. de inſt. ſub cond. & in l. ſuus quoque de her. inſt. & eiſdem locis alii ſcribentes. & in d. l. quoniam in prioribus & l. ſcimus.

Et latè. Soci. conſ. 97. vol. 3. & conſ. 234. in. 2.

caſum quo,irrito facto teſtamento, nedum legitimam, ſed totam patris hæreditatem ab inteſtato accepturi ſint, trahendæ non videntur. Adhæc dictæ conſtitutiones in eo loquuntur caſu, quo filius ſaltem in portione aliqua legitimè inſtitutus eſt; ſi quid, inquit,minus legitimâ portione iis derelictum ſit: præſens autem quæſtio, in eo cujus inſtitutio prorsùs eſt inutilis: nec extendendum eſſe videtur, quòd filios à parentum removet hæreditatibus. Quod autem dictum eſt, ſi extraneus inſtitutus hæreditatem filio reſtituere rogatus ſit, idem obſervari; conditionem videlicèt de legitima removeri (quo ſe potiſſimùm *Bartolus* tueri videtur) correctum eſſe per ſequens jus, quod inſtitutionis titulo omninò quartam filio relinquendam eſſe diſpoſuit, nemo negare poteſt. Frivolumque id eſſe videtur, quod à *Bartolo* adfertur, rationem illam ſaltem per quam conditiones de legitima removentur, correctam non eſſe: à ratione enim abrogatæ legis, nimis debile argumentum eſt; ſaltem inſufficiens eſſe nemo negaverit, ad tot leges extinguendas. Mihi ſanè ſuper articulo in utrâque partem diſputabili, hæc aperuiſſe ſatis eſt; ſi quando autem caſus ex facto obtigerit, prudentis erit judicis diſcernere,utram partem ſequi malit. Nam illud quod *Juſtinianus* conſtituit, conditiones de legitima rejici, in filiorum prorſùs favorem factum eſſe, apud me non omninò certum eſt: quin magis in parentum favorem id factum videtur, ne teſtamenta eorum ſubvertantur.
28 Vtcumque hæc, in poſthumo tamen hoc modo inſtituto, ſi me vivo naſcatur, neque pro legitima portione hodiè conditionem rejici putant. Itaque ſi me mortuo natus fuerit,

Bar. & Laſ. in l. cum. modiſſimè de lib. & poſth.

Bart. in l. 4. C. de inſt & ſub.

fuerit, corruet teſtamentum: talis enim adjectio, nedum conditionis, ſed & demonſtrationis vim in ſe continet. Vndè *Bartolus*, ſi poſthuma quæ naſcetur, & monaſticam vitam profeſſa fuerit, in ducentis inſtituta ſit: & nata eam vitam profeſſa non fuerit, quaſi præteritâ filiâ, ruptum videri teſtamentum reſpondit. Idemque fore, ſi alter caſus additus fuerit, hic videlicet, & quæ naſcetur & matrimonium contrahet: in mille ſi neutrum fecerit ut quod tertium ordinem divi Franciſci ſit amplexa. *Bartolum* ſequuntur. *Baldus Angelus Alexander Aretinus & Jaſon.* Sed non immeritò hæc ſententia à *Caſtrenſi*, & quibuſdam aliis improbata eſt, licèt malo (ut arbitror) fundamento. Nam in *Bartoli* ſpeciebus, jure veteri teſtamentum nullum dicendum eſſe putabat, propterea quòd filia inſtituta ſit ſub conditione, quæ in poteſtate ſua non eſt, nubendi videlicet vel profitendi religionem: ac rurſus noviſſimo jure validum, cùm conditio de legitima rejiciatur. Sed hoc à *Polito* acriter confutatum eſt, quòd illas conditiones, cui parêre ſi filia velit poſſit, non arbitrarias eſſe falſum putet, neque id *Bartolum* dicturum fuiſſe hinc liquére, quòd aliàs teſtamentum ab ipſo initio nullũ eſſe dixiſſet. Ego ſanè neque quod *Bartolus* pro cauſa attulit, neque quod *Caſtrenſis*, neque quod *Politus* adferunt, verum puto. Quòd *Politus* dictas conditiones, ſi nupſerit, ſi religionem intraverit, arbitrarias dicat, taleſque ut in filii inſtitutione admitti debeant, falſum eſt. Nam ut ſuperius dixi, illæ ſolæ admittuntur, quas filius ſtatim, & facilè implere poteſt: has autem non eſſe tales, in *Bartoli* ſpeciebus nemo negaverit, quin multa obtingere poſſent, per quæ earum impletio

Idem Bar. in l. commodiſſimè, de lib. & poſth.

In d. l. commodiſsimè.

In tract. ſubſtitutionum, de vulg. q. 7.

no. Ang. & Io. de Imol. in l. fi. de cond. inſt.

ex-

extrinſecus impediatur. Quod *Caſtrenſis* in dictis ſpeciebus conſiderandum putet, an conditiones adſcriptæ in poteſtate ſint filiæ poſthumæ, an non: falſum item eſſe arbitror. Nam in poſthumi inſtitutione, ut ſuperius demonſtratum eſt, de poteſtate ridicula eſt quæſtio, cùm arbitrium eorum adhuc nullum ſit. Sed hoc dumtaxàt, ut teſtamentum valeat, requiritur, quòd adſcripta conditio qualis ſit, nato poſthumo, non pendeat, ſed jam antea extiterit. Itaque cùm in præſenti præfatæ conditiones ante natam poſthumam impleri non poſſint, tantumque abſit, ut eo nato pendere nequeant, certo certius eſt, irritum eſſe teſtamentum, quaſi poſthumâ non rectè inſtitutâ, verumque eſſe conſequens eſt, quod *Bartolus* reſpondit, quamvis non juſtam adduxerit dicti ſui cauſam. Ipſe enim cùm nulla adſcriptarum conditionum obtigiſſet, non hanc quæ nata eſt, ſed aliam poſthumam demonſtratam videri contendit: quod *Politus* riſu dignum eſſe exiſtimabat, non ſanè omnino abs re. Itaque concludimus, ſuperiùs relatam *Juſtiniani* conſtitutionem, circa poſthumi inſtitutionem locum non habere. In matris quoque teſtamento identidem clarum eſſe dicunt, in hoc videlicet conditionem quæ in poteſtate non eſt, nulla pro parte rejici: In materna enim hæreditate, filio nulla eſt legitima, neque ſuos hæredes fœminæ habent, neque teſtamenta eorum ad edictum contra tabulas

19 pertinent poſſeſſionis. Cùm igitur de legitimâ filiorum, ut arbitramur, ſatis dictum ſit, de ea quoque portione videndum, quam patronis liberti debent. Et quidem has conditiones non recipere, *Neratius* docuit. Nam ita demùm patronum qui

In d. q. 7. nu. 202. d. l. quoniam in prioribus.

Bal. in l. ſi mater, de vul. & pupill. l. 4. §. ad teſtamenta, de poſ. cont. tab. 21. l. fine libertus §. 1. de jur. patro.

ex

ex uncia una hæres inſtitutus ſit, à contra tabulas bonorum poſſeſſione excludi ſcribit, ſi id quod deeſt ad ſupplendam debitam portionem ſine conditione & dilatione, quovis titulo ex judicio liberti conſequi poſſit: quò demonſtratur legitimam portionem patronis omnino præſenti die deberi. Adeoque ut nec in parte ejus conditio admittenda ſit.

§. ex duobus ea. l. l. 3. §. libertus de bo. lib. inſt. de ſucceſſ. lib. §. ſed noſtra.

Quo fit, ut ſi ex duobus patronis unus ex debita portione ſub conditione inſtitutus ſit, ad contra tabulas poſſeſſionem admittendus eſſe dicatur, & alterius portionem accreſcendi jure acquirere poſſe. Enimverò ſic rectè patronum à liberto inſtitui *Vlpianus* tradidit, ſi filius meus me vivo deceſſerit: patronus mihi hæres eſto, moriente etenim filio, patronus bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas accipere poteſt. Sin autem vivat filius, jure ipſo patronus à ſucceſſione liberti excluſus eſt.

§. codicillis inſt. de codicil.

Sed ut verum ſit inſtitutiones conditiones recipere, codicillis tamen conditionem hæredi teſtamento inſtituto adſcribi non poſſe rectè *Iuſtinianus* admonuit. Nam ut aliquanto clariùs *Theophilus.* ἐὰν λεξώμεθα τὴν αἵρεσιν, ἀτονησάσης αὐτῆς εὑρίσκεται ὁ τεστάτωρ διὰ τῆς ἐν αὐτῷ διδομένης αἱρέσεως, ἀφερῶν τὴν κληρονομίαν. Vndè divi *Verus* & *Antoninus* cùm mater teſtamento liberos purè hæredes inſtituiſſet, & emancipationis conditionem codicillis adjeciſſet, nihil eam codicillis egiſſe reſcripſerunt.

6. l. divi de jur. codicil.

Tametſi *Modeſtinus* eum qui codicillis conditionem purè inſtituto adſcripſit, de ademptione hæreditatis in defectum conditionis cogitâſſe ſcribat, ſed in vanum & ſine effectu, ut *Azo* adnotavit: ut nec eam quæ tacitè in teſtamento continebatur, in codicillis adimi

l. pe. §. fi. de con. inſt. glo. ibi. 38. l. qui filio §. 1. de hæ. inſt.

adimi poſſe *Vlpianus* putaverit. Veluti ſi ſervo qui *10. l. inſti-*
teſtamento hæres purè ſcriptus, liber autem eſſe *tutio de*
juſſus, ſi intra Calendas Decembris decem dediſ- *cond. inſt.*
ſet, codicillis purè libertas data ſit: hic enim in- *§. hæres &*
pure inſt.
tra Calendas neque liber, neque hæres erit. Non *de hæ. inſt.*
eſſe tamen inutilem hanc inſtituendi ſpeciem; ſi
codicillis Sejum hæredem ſcripſero, hæres eſto,
21 *Vlpianus* tradidit. Verùm enimverò quantumvis
inſtitutio hæredis conditionem admittere dicatur,
ſolutivas tamen in hac admittendas non eſſe viſum
fuit. Nam qui ſemel hæres eſt, perpetuò hæres
manet, neque hæres eſſe deſinere poteſt, excepto
ſolo milite: hic enim nedum ſub conditione, ſed *16. l. in*
& in conditionem & poſt eam, alium hæredem fa- *fraudem §.*
miles, de
cere poteſt, ut ab *Vlpiano* notatum eſt. Vndè vale- *teſt. mil.*
re militis teſtamentum *Tryphonius* admonuit, in *42. l. mi-*
quo ſic hæres ſcriptus eſt; quoad vivet Titius, hæ- *les. eo. tit.*
res eſto, poſt mortem ejus Sejus hæres eſto. In pa-
gani autem teſtamento, ſi Titius hæres ſcriptus
ſit, tantiſper dum navis ex Aſia venerit; rejectâ
conditione, perpetuò hæres erit: hoc enim (ut
dixi) ſpecialiter militibus conceſſum eſt, ut uſque
ad certam conditionem hæredes ſibi facere poſ-
ſint. Planè ſi à pagano Titius in uſufructu rerum
Iaſ. in l.
hæreditariarum inſtitutus fuerit, & poſt mortem *extrane-*
ſuam ſcriptus hæres Sejus verbis directis: Titius *um C. de*
quidem ab ipſo initio, nedum ex uſufructu, ſed in *hær. inſtit.*
ſolidum hæres erit: verùm exiſtente poſtea con-
ditione, quæ Sejo adſcripta fuit, hæreditas reſti-
tuenda erit.

22 De legatis autem & fideicommiſſis non dubita- *§. præter*
tur: hæc enim conditiones recipere certiſſimi eſt *autem inſt.*
juris. Liberum eſt, inquit *Iuſtinianus*, fideicom- *de fid. hær.*

 miſſum

miſſum vel purè, vel ſub conditione relinquere. Et ejus rei infinitæ undiquè ſunt ſpecies. Ampliùs, tametſi veteribus pœnę nomine relicta vel adempta, nullius eſſe momenti placuiſſet: *Iuſtinianus* tamen id corrigens, cuique poteſtatem eſſe voluit, nedum ſimpliciter ab hærede relinquendi, ſed etiam in pœnam hæredis relinquendi ab eo, niſi hoc vel illud feciſſet. Quin & illam in legato conditionem admittendam eſſe *Modeſtinus* ſcribit, Titio cùm capere poterit, centum do lego, quamvis *Baldus* contrarium ſentiat. Ampliùs & hoc legatum utile eſſe à *Juliano* traditum eſt, Si Titius hæredi meo caverit centum ſe Mevio daturum, hæres meus Titio centum dato: quamvis Titio nihil accedere videri poſſit. Idemque fore *Paulus* admonuit, ſi Titio fundus dignus quinquaginta aureis, legatus fuerit, ſub hac conditione, ſi hæredi quinquaginta aureos dediſſet. Idque multorum ſententiâ comprobatum fuiſſe refert, quamvis hoc legatum ridiculum ſit, Titio quinquaginta lego, ſi hæredi meo quinquaginta dederit. Sed horum diverſitatem quiſque per ſe facilè intelligit, de illa conditione videamus, quæ ex ipſius hæredis pendet arbitrio an in legato admittenda ſit. Et quidem ſi de expreſſa voluntate actum ſit, nullius momenti legatum eſſe putamus, quod non aliter hæres quàm ſi velit dare cogi poſſit, Legatum, inquit *Africanus*, in hæredis voluntate poni non poteſt, quod de expreſſa voluntate accipiendum eſt: veluti ſi ita dictum ſit, hæres meus ſi volet Titio centum det. Et ab *Vlpiano* eadem probata eſt ſententia, adeò ut neque libertatis legatum talem conditionem putet admittere. Et illa ejuſdem *Vlpiani* verba

. unic. C. de iis quæ pe. no. & §. pe. inſt. leg.

62. l. in tempus de hær. inſt.

In l. eam quam C. de fideic.

65. l. ſi ... fundus ad leg. falcid.

45. l. ſenatus §. pe. de le. 1.

11. l. fideicommiſſa. §. quamquam, de le. 3.

verba fideicommiſſaria libertas ita dari poteſt, hæres ſi volueris fidei tuæ committo ut Stichum manumittas, interrogativè legenda eſſe *Accurſius* rectè admonuit. Nam & ſtatim ſubjungitur, quod ſi ita ſcriptum ſit, ſi hæres voluerit, fideicommiſſum libertatis non valere, niſi arbitrium ei quaſi viro bono datum ſit. Sed iſtud accipiendum eſt, quoad legati ſubſtantiam: diſtributio enim vel ſolvendi tempus in voluntate hæredis poni poteſt, veluti ſi ita dictum ſit, uni ex illis cui voles reſtituas, vel cùm voles. Plurimumque intereſt, ut *Cajus* notat, utrum in poteſtate ejus quem teſtator obligare cogitat, faciat ſi velit dare, an impoſitâ neceſſitate dandi, ſoli ei diſtribuendi liberum arbitrium concedat. In velatum autem hæredis arbitrium legatum poni poſſe *Paulus* ſcripſit, veluti ſi ita dictum ſit, hæres meus, ſi in capitolium non aſcenderit, dare damnas eſto. Sed & ſi ita dictum ſit, ſi tibi videbitur, peto ut manumittas, ſi voluntatem meam probaveris, valebit legatum, nulla etenim hîc conditio eſt, cùm viri boni arbitrium hiſce verbis contineatur, ut alibi demonſtratum eſt: uti & in his ſpeciebus, ſi putaveris, ſi exiſtimaveris, ſi arbitratus fueris, hoc quoque modo valere legatum, *Ulpianus* ſcripſit, niſi hæres noluerit illi decem dari volo, primamque voluntatem ſpectandam eſſe. Multo magis ſi non ipſa præſtandi poteſtas, ſed tempus quando præſtari debeat legatum, in hæredis arbitrium collocatum ſit, valere conditionem & legatum arbitrantur. Idque ab *Ulpiano* admonitum eſt, ut ſi ita dictum ſit, cùm voluerit hæres dato. Et idem reſpondiſſe *Scevolam Papinianus* refert, cùm hæres ſcriptus

46. l. fideicommiſſaria, de fid. lib. gloſ. ibi.

8. l. utrum §. 1. de reb. dub.

l. 3. de le. 2.

46. l. fideicommiſſaria, de fid. lib.

d. §. quanquam §. ſic fideicommiſſum.

11. l. fideicommiſſa. §. ſic de leg. 3. & d. l. fideicommiſſaria.

39. l. uxorem §. pe. eod. tit.

rogatus fuiſſet, cùm vellet, aliî hæreditatem reſtituere. Quibus conſequens eſt dubio carere quod *Celſus* lib. xx. *ad Sabinum* ſcripſit, rectè ſic

17. l. Acciolam de fid. lib.

libertatem dari; Acciolam Claudi, cùm tibi viſum fuerit, manumitte. De tertii denique voluntate

51. l. nonnunquam, de cond. &

videamus. Et quidem ſi expreſſa ſit, veluti ſi ita teſtator ſcripſerit, Si Mevius voluerit, Titio decem do, non eſſe admittendam hujuſmodi conditionem, *Modeſtinus* tradit: quod in alienam voluntatem legatum poni non poſſit. Contrà ſi voluntas nominatim expreſſa non fuerit, ut ſi ita dictum ſit, Si Mevius in capitolium aſcenderit, Titio do lego. Nam hîc quamvis in poteſtate Mevii ſit, an capitolium aſcendat, efficereque ut Titio legatum debeatur, vel non debeatur, valere tamen conditionem & legatum ſcribit; itaque expreſſa quædam nocere, quæ non expreſſa non nocent:

l. 1. de le. 2. 45. l. ſenatus §. pe. de leg. 1. vide ſupra que verba condit. fa. nu. & de con. interpre. nu. 14. 110. l. ſi pluribus §. 1. de leg. 1. ſupra quæ condit. fa. nu. 6. 18. l. qui duos §. 1. de ma. teſt.

quæ ſententia probari ſolet, tametſi *Vlpianus*, etiamſi expreſſa fuerit voluntas, valere legatum putaſſe videatur. Quid enim, inquit, intereſt, ſive ita dictum ſit, ſi Titius in capitolium aſcenderit: ſive ita, ſi Titius voluerit? Et item *Africanus* dum ſcribit, legatum in aliena voluntate poni poſſe, hæredis non poſſe; niſi utrumque voluntatis verbum pro arbitraria dictione poſuiſſe malis: valere enim legatum conſtat, quod in extranei arbitrium poſitum eſt, & ad viri boni judicium referri oportere. Cæterùm & ſic legari poſſe putamus; Titio cùm morietur centum do lego: quin hæc verba propriè conditionem non facere aliquando admonuimus. Ideoque legati tranſmiſſionem haudquaquam impedire. Et ut alibi *Vlpianus* ſcribit, hæc conditio, cùm moriar, vitæ tempus complectitur,

ſi

ſi ſermonis proprietatem ſpectemus. Quod ta-
men in uſufructu non procedit, quia hic ad hære-
dem non tranſit, ut & *Paulus* & *Papinianus* notâ-
23 runt. Libertatis quoque legatum conditionem
admittere nemo dubitat. Et ii quibus ſub condi-
tione libertas data eſt, ſtatuliberi appellantur,
quaſi ſtatutam in conditionem libertatem haben-
tes, fiuntque ut *Paulus* ſcribit, aut conditione ex-
preſſâ, aut vi ipsâ, cùm creditoris fraudandi causâ
teſtamento manumittuntur: quod & tunc eſſe
poſſe *Cajus* notavit, cùm egenti locuples hæres
extitit: quamvis nonnulli in diverſa fuerint ſen-
tentia, quaſi teſtator adauctis facultatibus deceſ-
ſiſſe videatur, niſi hæc fortè adjecta ſit conditio,
cùm alienum æs ſolutum erit, Stichus liber eſto.
Is etenim qui talem adjecerit conditionem ex *Sa-
bini* & *Caſſii* ſententia, fraudis conſilium habuiſſe
non videtur. Sed & hanc valere dationem *Vlpia-
nus* notavit, Stichus ſi voluerit liber eſto: non eſſe
tamen admittendam eam conditionis ſpeciem, quæ
in ultimum vitæ tempus libertatem differat, idem
ſcripſit non diſſimili ratione, quàm in uſusfructûs
legato dictum eſt. Proindè ſi ita ſcriptum ſit, Sti-
chus cùm morietur liber eſto, nullius momenti
fore dationem, *Julianus* & *Papinianus* notâverunt:
Impedire enim magis, quàm dare libertatem te-
ſtator his verbis videtur. Cui conſequens eſſe qui-
buſdam videbatur, nec hoc modo libertatem dari
poſſe, Stichus ſi in capitolium non aſcenderit, li-
ber eſto, quòd ante mortem ejus exiſtere condi-
tio non poſſit; nec Mutiana cautio ſubvenire poſ-
ſet, quòd eam ſervus interponere nequeat. Enim-
verò pro libertate benignius eſſe viſum fuit, con-

5. l. uſumfructum, de uſuf. le. 78. l. hæres meus, de cond. & de. l. 1. de ſtatulib. 57. l. ſi quis locuples, de ma. teſt. 46. l. fideicommiſſaria, de fidecom. lib. 17. libertus, de ma. teſta.

l. fi. eo. tit. inf. de neceſſ. cond. nu. 4.

d. l. libertas. de hoc

ſupra. tit. de con. implemento- nu. 12. 39. l. ſtichus eo. tit.

ditionem hanc & ſimiles ita interpretari, ſi cùm primùm potuerit, non aſcenderit, ut *Vlpianus* ait. Sed & hoc notandum eſt, in directa libertatis datione non admitti haſce conditiones: Stichus ſervus meus liber eſto, ſi eum hæres meus alienaverit, vel ſi hæredis mei eſſe deſierit. In illud enim tempus libertatem differunt, quo directè dari non poteſt.

93. l. quæſitum §. 1. de leg. 1.

Cæterùm nec hoc prætereundum eſſe mihi viſum fuit, quòd libertate ex conditione pendente, nihil ei ſervo à domino præſenti die legari poteſt, ſi quidem talis ſit conditio, quæ ante aditam hæreditatem exiſtere non poſſit, veluti ſi ita libertas ſervo data ſit, ſi hæredi decem dederit, aut ſi poſt aditam hæreditatem capitolium aſcenderit. Proindè ſi neceſſarius hæres teſtamento ſcriptus ſit, quia jacere hæreditas nullo tempore poteſt, ſequitur in univerſum nihil teſtatorem ſervo proprio legare poſſe, cui libertatem ex conditione reliquit. Servo etenim proprio nemo ſine libertate legare poteſt, ne ipſi hæredi legare videatur: cui conſequens eſt, omne legatum cujus dies cedit, dum adhuc libertas pendet, inutile eſſe.

§. neceſſario. l. ex fideicommiſſo C. de fideicom.

d. l. quæſitum §. 1.

Planè ſi talis adjecta ſit libertati conditio, quæ ante aditam hæreditatem impleri poſſit, eidem ſervo legari à domino poſſe receptum eſt: fieri enim poteſt, ut libertas competat, priuſquam legati dies cedat. Quid igitur ſi hæres ſtatulibero leget ſub ea conditione quę libertati à teſtatore adjecta fuit? *Pomponius* valere legatum ſcribit. Enimverò ut 24
legata conditiones recipiant, eas tamen rejici certum eſt, quæ aut impoſſibiles naturâ ſunt, aut bonis moribus contrariæ. Quod, inquit *Papinianus*, in fraudem legis ad impediendas nuptias ſcriptum

78. l. hæres meus §. ſi. de cond. & de.

ptum eſt, nullam vim habet: veluti ſi Titio patri centum legata ſint, ſi filia quam habet in poteſtate non nupſerit, vel filiofamil. ſi pater ejus uxorem non duxerit: ſed de his aliquando latiùs. De ſolutiva conditione videamus, an hæc in legato recepta & efficax ſit. *Pomponius* obligationem hæredis legatorum nomine, conditione finiri non poſſe ſcribit, & expreſsè *Paulus* legatum ad tempus conſtitui non poſſe, hoc eſt; ut actio quæ legatario adversùs hæredem competit ipſo jure, poſtquam ſemel nata eſt, per conditionem diſſolvi poſſit, ſed exceptione elidenda ſit. Sicque in annuis legatis & iis quæ ſic facta ſunt, quoad vivet, quoad cum illo morabitur, exiſtens conditio adversùs petentem exceptionem pariet. Porrò ſi ſpecies legata ſit, utpotè fundus; ut, poſtquam traditus fuerit, conditione aliquâ exiſtente ad hæredem redeat, vetera jura admiſiſſe non videntur: quamvis legatarius ut alteri poſt tempus rem reſtituat per fideicommiſſum rogari poſſit. Sed hæc à *Iuſtiniano* poſtea immutata ſunt: quando enim donationes & contractus ad tempus fieri poſſe comperit, in legatis & fideicommiſſis idem probandum fuiſſe putavit, ut res legata poſt diem ad hæredem revertatur. Et quod veteres jureconſulti id non admiſerint, *Juſtinianus* ipſe demonſtrat; dum ait; illud quod de legatis & fideicommiſſis temporalibus utpotè irritis, à legum conditoribus definitum eſt, emendari proſpeximus: atque his caſibus legatarium hæredi cavere oportebit, quod res non facta deterior culpâ ejus reſtituetur. Et hæc de iis actibus qui conditiones recipiunt, ſufficiant. Supereſt ut illos quoque

inf. tit. de cond. impoſsib.
56. l. nemo poteſt. de leg. 1.
43. l. obligatio num fere §. placet, de ac.
ſcribentes omnes in l. fi. C. de leg.
l. fi. C. de lega.

 que

que actus explicemus, qui conditiones non admittunt, quoſve puros eſſe oportet. Et in univerſum dicere poſſumus, illos non recipere conditiones, in quibus adſeveratio, certaque & præſens re- 25
18. l. ſub conditione, de bo. poſſ. cont. tab. quiritur deliberatio: vel, ut *Hermogenianus* ait; qui certum requirunt judicium. Ad quod reſtringendum puto, quod *Bonifacius octavus* liberiùs ſcrip-
50. c. actus. de reg. jur. in ſexto. ſit, Actus legitimos conditionem non recipere: *Paulum* fortaſſis ſecutus, ſed non ſatis acutè, qui
78. l. actus de reg. jur. actus illos, qui conditionem non recipiunt, ejus adjectione in totum vitiari ſcripſerat. Et hanc lectionem veriorem puto; quanquàm Florentina negationem non habeat. Quæ autem ratio hoſce actus à reliquis exceperit, à pleriſque dubitatum eſt, undè jam pridem *Gribaldus*.

Actus qui fieri nequeant ſub conditione
Subque die, juris regula quinque notat.
Quæ ratio à reliquis excepit caſibus illos,
Legitimi cùm ſint, te precor, edoceas.

glo. in c. 2. de elect. in 6. Certè, ut dixi, rationem illam puto, quòd conditio in ſe non ſolùm incertitudinem habet, ſed in-
In dialo. go. 83. formitatem: ut meritò, quæ perfectionem, certitudinem, & formam deſiderant, ſub conditione fieri non poſſe dicantur: vel ut *Forcatulus* mihi non malè dixiſſe viſus eſt, quòd certa ac ſcrupuloſa verborum formula hiſce actibus agendis præſcripta
d. l. actus §. preterea inſt. quib. mo. eſſet: aut, ut *Alciatus in Parergis*, quòd in facto reique executione conſiſtant. In his inprimis eman- 26
cipatio eſſe dicitur, quæ antiquâ legis obſervatione ac fictione exploſâ, fit à parentibus, apud competentes judices vel magiſtratus, filios ſuos, vel filias, nepotes vel neptes, ac deinceps à ſua manu dimittentibus; quem ſanè actum haud abs re præ-

ſentem

ſentem ac deliberatum eſſe convenit. Atque hîc ego admiratus ſum ejus nihil in titulis qui de emancipationibus ſunt, uſquam inveniri; uti nec de adoptione vel arrogatione, quas non minore ratione purè fieri debere putem. De acceptilatione, *Paulus* & *Pomponius* notârunt, hanc ſine conditione eſſe oportere; quando enim hæc, ut *Modeſtinus* ſcribit, liberatio eſt, quæ per mutuam fit interrogationem, quâ utriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio; liquet acceptilationem præſentem habere rei executionem. Nam & imaginaria quædam ſolutio eſſe dicitur: vel ut *Ulpianus* ait, exemplo ſolutionis liberat, ſolutionis, inquam, veræ & realis. Cùm igitur acceptilatio liberationem continere debeat, eoque inventa ſit, ut quis liberetur; perfectam & præſentem eſſe oportuit. Dixeris ſolutionem conditionem admittere: nam *Pomponius*; ſi quis ſub conditione pecuniam promiſerit, eamque dederit, ut ſi conditio extitiſſet, in ſolutum cederet: exiſtente conditione, liberari debitorem ſcribit. Sed hoc ad rem nihil facit: quia præſentis liberationis inſtar acceptilationem eſſe diximus. Quin ut verum dicamus, ipſa debiti ſolutio, cùm in mero facto conſiſtat, conditionem nullam recipit; licèt ita pecunia tradi poſſit: ut ſi quid factum fuerit, in ſolutum vertatur. Atque hoc quod dicunt, acceptilationem conditionem non admittere, de expreſſa conditione accipiendum eſt. Tacita namque conditio acceptilationem non vitiat: ut ſi id quod ſub conditione mihi debetur, purè acceptum fecerim, certè tacita inerit acceptilationi conditio, ut tunc liberatio obtingat, cùm condi-

Jus. pa. po. ſol. d. l. actus & l. 4. de accep.

l. 1. de accep.

§. 1. inſt. quib. mo. toll. ob.

5. l. in diem de accep.

16. l. ſub conditione, de ſolut.

tio

12. l. quod in diem, de accept. & d. l. actus. 42. l. promittendo §. 1. de Jur. dot. 44 l. licet. §. ſi. eo.

tio extiterit: & tamen valebit acceptilatio, Quid rurſùs, ſi marito debitori per acceptilationem dos conſtituatur? certè hæc tacitam habebit conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, ut *Paulus* notavit. Proindè *Ulpianus*, ſi per acceptilationem dos conſtituta ſit, cùm debitum ſub conditione eſſet, eâque adhuc pendente factum fuerit divortium: obligationem ſub eadem conditione reſtituendam dixit: & ſi extiterit conditio, conſtante matrimonio, ex die divortii, tempora exactionis eſſe numeranda. Et *Venuleius*; ſi quod ſub conditione mihi legatum erat; novandi animo ſtipulatus ſim, & antè exiſtentem conditionem acceptum fecero; ſi extiterit, acceptilatione ſublatam ex ſtipulatu actionem videri; *Neruam* filium ſecutus reſpondit.

21. l. ſi ſub conditione, de accept. d. l. actus de reg. jur.

Ut tamen ſciamus tacitas conditiones, ſi exprimantur, acceptilationem vitiare; adeóque expreſſæ nocent. Itaque ſi ei qui decem mihi debet, ſi navis ex Aſia venerit; decem accepta fecerim, ſi 28
navis ex Aſia venerit; nullius momenti erit acceptilatio. Sed quæri ſolet, annè ſaltem pacti vim habeat acceptilatio, ſub conditione facta? quod *Vlpianus* negat, niſi in hoc quoque conſenſum ſit: ut autem conſenſum non ſit, fieri poſſe putat, ſi is qui ſic accepto tulit, prudens ac ſciens nullius momenti eſſe acceptilationem, id fecerit. Planè ſi in id conſenſum ſit, quamvis inutilis ſit ſtipulatio, tacitâ tamen pactione id actum videtur, ne peteretur, ut *Paulus* notavit. Vndè *Papinianus* cùm ita conveniſſet; ſi intrà illum diem debiti partem mihi ſolveris, acceptum tibi reſiduum feram, & te liberabo; pacti exceptionem competere debitori reſpondit, quamvis actionem non haberet:

8. l. an inutilis de accept. 28. l. ſi unus §. ſi acceptilatio, de pac. 42. l. ſi intra cod.

Et

Et tamen hîc expreſſa fuit conditio. Nec me latet, illud *Vlpiani*, quod ſuprà recitavimus, variam habere lectionem, unam quæ ex ſuperioribus colligi poteſt; aliam ſecundùm Pandectas Florentinas, quæ pro his verbis (*niſi in hoc quoque conſenſum ſit*) hæc habent; *niſi in hoc quoque contrà ſenſum ſit*. Sed vulgarem veriorem arbitror, uti & aliis pleriſque locis Florentinam lectionem non optimam eſſe comperimus; quantùmvis à pleriſque magni fiat. Succedit hæreditatis aditio, quam conditiones quoque ajunt non recipere; uſque adeò ut nec præſentes hîc admittendas putent. Vndè *Africanus*, ſi quis ita dixerit; ſi ſolvendo eſt hæreditas, hæreditatem adeo: nullam eſſe aditionem reſpondit: certum etenim judicium & voluntatem exigere hic actus meritò videri poteſt, & aliquando à nobis latiùs oſtenſum eſt. Sed & aliorum, puta creditorum, intereſt, hunc actum præſentem eſſe: nam & compellere poſſunt, ut intrà certum terminum quis adeat, vel repudiet. Prætereà ſi cui ſervi optio data legata ſit (ſic omnium vulgata habet lectio, tametſi *Alciatus* pro *ſervi optione* quoſdam *adoptionem* legere admoneat, *ſervi* dictione omiſſâ) ſine conditione eligere debere dicitur: quando enim ipſa optio conditionem quandam in ſe habet, executio ejus ſine conditione eſſe debuit; ne conditio conditioni addatur, aut una ex alia rursùs pendeat; quod impoſſibile prorſuſque ridiculum fore, qui ſibi exemplum formare contenderit, ſtatim inveniet. Deinceps intereſſe alterius, optionem præſenti die fieri nemo non videt, hæredis ſcilicèt; cùm optione datâ ſingula mancipia, ſub conditione legata eſſe videantur: itaque quæ ſua, quæ lega-

d. l. actus. 51. l. eum qui §. fi. de acq. hær. ſupra, de pend. cond. nu. 36. & de exiſt. cond. nu. 24.

In parergis l. 3, c. 7.

ἀνάγειν σὺν φείλομαι. Cæterùm ſi ſimpliciter datus ſit, libertatem quoque datam videri ſuprà annotatum eſt. Furioſus denique ſub hac conditione dari tutor poteſt, cùm furere deſierit. Et nedum ſub conditione teſtamento tutor dari poſt; ſed & uſque ad conditionem, ut tunc tutor eſſe deſinat, cùm conditio extiterit. Quin & tutorem ita rectè dari *Africanus* ſcripſit; Titius ſi volet, illi filio meo tutor eſto: quamvis ſic non rectè; illi aut illi filiis meis utri eorum volet, tutor eſto: certus etenim

32 is eſſe debet, cui teſtator tutorem dare voluit. Enimverò quamtumvis teſtamentaria tutela conditionem accipiat, utcunque tamen datus, dum authoritatem interponit, purè id facere debet, nec ad eum actum conditio recipitur; etiamſi contractus qui cum pupillo fiat, conditionalis ſit, ut *Vlpianus* admonuit. Sed & pendente teſtamenti conditione tutor à judice tacitè uſque ad eam conditionem dari poſſe dicitur, hoc eſt, ut tutor eſſe deſinat conditione illâ exiſtente. Exhæredationem quoque ſine conditione eſſe oportere perhibent; certo enim judicio liberi à parentum ſucceſſione removendi ſunt, ut *Hermogenianus* notavit. Proindè, ſi filius ſub conditione exhæredatus ſit, contrà tabulas bonorum poſſeſſionem petere poterit; licèt ſub conditione inſtitutus ab ea excludatur. Sciendum eſt tamen, illam conditionem exhæredationi adjici poſſe, quæ conditioni adſcriptæ inſtitutioni contraria eſt: ut ſi ita inſtitutus filius ſit, ſi Titium adoptaverit, valebit exhæredatio, hoc modo, ſi Titium non adoptaverit, exhæres eſto. Sed & in poſthumi exhæredatione, omnem ajunt admitti conditionem, quam ſimul cum ejûs nativitate purifica-

de ſuſpec. tuto. & inſt. quib. mo. tu. fin. §. ſed & ſi. 23. l. tutor ita, de teſta. tuto. 8. l. etſi conditionalis, de autho. tuto. inſt. de attil. tuto. §. 1. tunc glo. 18. l. ſub conditione, de bo. poſſ. cont. tab. 11. l. ſi quis de condit. inſt. l. 1. §. ſed etſi in incertum, de vent. in poſſ. mitt. §. ſed etſi ſub conditione.

22. *l. ſervitus de ſer. ur. pred.* 10. *l. Labeo de ſer. ruſt. pra.* *l. 3. de ſer. leg.*

rificari neceſſum ſit: veluti, ſi ita dictum ſit; ſi mihi filius unus natus fuerit, exhæres eſto: vel ſic; qui mihi intrà tres menſes mortis meæ natus erit, exhæres eſto: vel qui poſt tres menſes natus erit. Sub conditione autem exhæredatus poſthumus ex *Pedii* ſententia, eâ pendente, venter ad bonorum poſſeſſionem admittendus erit.

Eſt & aliud de quo dubitari ſolet, an recipere 33
conditionem poſſit; nempe ſervitutis prædialis conſtitutio: & cùm ædificio futuro quod nundum extat, ſervitus imponi & acquiri poſſit, ut *Pomponius* ſcribit, & aquam quærere & inventam ducere liceat, ut *Labeo:* cur non etiam ſub conditione conſtitui ſervitus poſſit? ſed & eos modos, quibus ſervitus conſtituitur, conditiones non recuſare palàm eſt. *Marcellus* quoque viam ſub conditione legari poſſe, viſus eſt notare. Verùm hiſce non ob-

l. 4. de ſervit.

ſtantibus, ſervitutes *Papinianus* ipſo jure, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem dari poſſe ſcripſit. Et, ſi conditio adjecta ſit, ex ſtricto jure pro non adjectâ eam fore; etſi vendicanti ſervitutem contrà placitum per pacti vel doli exceptionem occurri poſſe, *Sabinum* reſpondiſſe à *Caſſio* relatum ſit: quod ſanè novum haud immeritò videri poteſt, cùm, ut diximus, conſtitutio moram patiatur. Undè pleriſque hoc totum *Papiniani*

glo. Bart. & ſcrib. in d. l. 4.

reſponſum, de conditione ſolutiva ſeu extinctiva intelligendum eſſe viſum fuit: quam interpretationem verborum proprietas ferre non videtur; quando enim dicit, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem ſervitutem conſtitui poſſe, diverſa hæc eſſe ſignificat. Alii de ſuſpenſiva accipiendum putant, & cauſam ejus eſſe perſonalem obli-

obligationem, quæ in hiſce ſervitutibus conſtituendis intercedit, per quam conſtituens patientiam ei cui conſtituit præſtare tenetur, eamque patientiam perpetuam eſſe debere. *Coraſus* cùm in ſervitutis acquiſitione tria verſentur, promiſſio, conſtitutio, & traditio, nihil obſtare quò minùs promiſſio ſub conditione fiat: conſtitutionem verò, quæ per patientiam fit, conditionem non admittere, quia ſervitutes prædiorum perpetuam cauſam habere debent. Alii neque ipſam promiſſionem recipere conditionem putant, ſervitutemque realem ſtatim atque verbis impoſita eſt, continuò conſtitutam videri, fundumque afficere, eique ſuâ vi & naturâ perpetuò inhærere; eumque ſequi ad quemcumque vadat. Undè ſi ſervitutem in prædio meo ita conſtitui, ſi navis ex Aſia venerit; prædiumque vendidero priuſquam veniat, emptor ſtatim eam ſervitutem pati cogetur, ipſo quidem jure: verùm exceptione ſe tueri poterit, tantiſper dum conditio non exiſtat. Et licèt *Bartolus* hanc rationem improbet, mihi tamen vera eſſe viſa eſt, eamque *Franciſcum Connanum* in ſuis commentariis jampridem probaſſe comperi; eademque locum habent circà conditionem ſolutivam, quam, ut diximus, ſervitutes etiam non recipiunt. *In d. l. 4. nu. 24* *lib. 4. cap. 8.*

34 In Pontificio denique jure quædam comperio quæ conditiones non admittunt; veluti electio, poſtulatio, & ſcrutinia: hæc enim purè fieri debere ajunt. In electionibus, inquit *Innocentius quartus*, & poſtulationibus ac ſcrutiniis ex quibus jus oritur, eligendi vota conditionalia, alternativa, vel incerta, penitùs reprobamus; ſtatuentes ut hujuſmodi votis pro non adjectis habitis, ex puris con- *c. 2. de elect. lib. 6. c ſignificaſti de elect. Gemi. & Phil. Fran. in d. c. 2. & c. quæ propter §. ſi. de elect. de*

conſenſibus celebretur electio, voce eorum qui non purè conſenſerint, eâ vice in alios recidente: tâmetſi *Pallii* traditio conditionem admittat. Adeoque electio conditionem rejicit, ut nec eam quæ tacitè ineſt, nec eam quæ de præſenti, vel de præterito eſt, admittere dicatur. In hac enim quò decretum faciliùs imponatur, major puritas vel ſimplicitas requiritur: quanquàm *Coraſium* jampridem comperi, hic à communi opinione diſſentire. Collatio quoque ſacerdotiorum dicitur, ſine 35
conditione eſſe oportere, tam ſuſpenſivâ, quàm extinctivâ; ut ſi adſcripta ſit, ſimoniam inducere dicatur. Excepto tamen Pontifice, cui licere putant, qualem vult conditionem adſcribere, citrà ullum ſimoniæ periculum; dum talis conditio non ſit, quæ cadat in crimen ambitûs, prohibiti jure divino. Vt tamen meminerimus quæ tacitè inſunt, & ex jure veniunt, ſi exprimantur, conditionem non facere, ſed admonendi gratiâ dicta videri: ut ſi Epiſcopus uni ita ſecundam eccleſiam curatam contulerit, ſi primam dimiſerit. Conditiones item de præterito vel præſenti, ut, ſi vacat, ſi capax vel idoneus es; hîc admittendas putant, & ſimiles: ſi quidem ad rem pertineant, & non extraneæ ſint.
Reſignatio item beneficii non admittere condi- 3
tionem dicitur, uti nec renunciari ei ſub conditione poteſt, citrà ſimoniæ periculum. Quod ſic tamen accipiendum eſt, ſi in manus fiat Ordinarii: Hîc enim conditionem admittere non poteſt. In Pontifice autem ſecùs eſt, qui in favorem certæ perſonæ reſignationem poteſt recipere. Sed & hoc quod in Ordinario dictum eſt, fallit, ſi permutationis cauſâ reſignatio facta ſit: hanc enim vel Ordi-

ſelva parte 3.q.20. parte 4.ca. 3. glo. in c. paſtoralis 7.q.1. glo. in c.unic. ut ec. bc. ſine di. conſe. c. propoſuit de conceſſ. preb. cle. 1. ut lit. pend. glo. in c. ſignificatum de preb. glo. & ſcriben. in c. 2. de elect. in 6. c. ex parte de off. deleg. c. cum pridem & c. ſi. de pac. glo. in c. cum inter, de elect. & c. ſuper. eo. de tranſac.

Ordinarius in favorem recipere poteſt, citrà ſimoniæ periculum: idque propter communem utriuſque Eccleſiæ utilitatem introductum eſſe
37 creditur. An autem patronus ſub conditione præſentare poſſit, dubitatum eſt: nam *Lapus* & *Geminianus* præſentationem conditionem admittere putabant; *Joannes ab Imola*, & *Abbas* contrà: quorum ſententiam *Rochus de Curte* probat; & ego veram puto. Atque de his ſatis.

In. c. 2. de elec. in 6. in c. fi. de ju. patro. ſuper verbo honorifi- cum.

PHILIBERTI BRVSSELII DE CONDITIONIBVS LIBER QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS

De Conditionibus quæ inſunt tacitè, & earum viribus.

SUMMARIUM.

1. *Variis ex cauſis conditiones ineſſe, eaſque varios habere effectus.*
2. *Ineſſe contractibus, ſi adverſarius fidem ſervet.*
3. *In futuræ rei emptione ineſſe, ſi naſcatur, aut ſimilis.*
4. *In pacto pro aliquo, ſi is uti volet.*
5. *In locationibus quæ?*
6. *In emptione rei communis nonnunquam, ſi ſocii partes ſuas vendant.*
7. *In duobus reis, an inſit, ſi alter reſpondeat?*
8. *In mutui cautione, ſi pecunia numeretur.*
9. *In obligatione rei futuræ, aut quæ mea non eſt, ſi mea erit, & quàm id latè pateat.*
10. *In generali hypotheca, ſi ſpecialis non ſufficiat.*
11. *In partis ſolutione, ſi reliquum ſolvatur.*

Si

12. *Si non per dolum malum quid factum fuerit, generaliter.*
13. *Si non enormis læſio inferatur.*
14. *Si non caſus inopinatus inciderit.*
15. *Si non ex cauſa lucrativa eadem ſpecies, quæ mihi ex cauſa lucrativa debebatur, mea facta fuerit.*
16. *Si non impoßibilitas emerſerit.*
17. *Si non ſuperior aliud præcipiat.*
18. *Si non illicitum aut durius quid mandetur, aut nimiùm damnoſum ſit.*
19. *Si res in eodem ſtatu permanſerit.*
20. *An in pacto de retrovendendo, ſi intrà xxx. annos petitum fuerit?*
21. *In ſponſalibus & matrimoniis quæ?*
22. *In dotis promißione, ſi matrimonium ſequatur.*
23. *An idem in dotis legato ſit?*
24. *In dotis reſtitutione quæ?*
25. *In donatione propter nuptias, quæ in dotibus.*
26. *In donatione immodica, niſi donatori liberi naſcantur.*
27. *Quæ in mortis cauſâ donatione?*
28. *Quæ in donationibus inter conjuges?*
29. *Quæ in donatione ab ingrediente monaſterium?*
30. *Quæ in promiſſione de opere demoliendo?*
31. *An in ſtipulatione, ſi promiſſor interpellatus fuerit?*
32. *Quæ in ſtipulatione ſervi hæreditarii?*
33. *Quæ in pecunia trajectitia?*
34. *Quæ in ſtipulatione de legato?*
35. *Quæ in reſcriptis?*
36. *Quæ in reſcriptis de ſacerdotio conferendo?*
37. *Quæ in ſignaturis ſimplicibus?*
38. *In gratiis, ſi impetrans uti voluerit.*
39. *Quæ in reſignationibus & renunciationibus?*
43. *Quæ in jurejurando?*

41. *In inſtitutione hæredis varia.*
42. *In exhæredatione conditionali, ſi filio vivo alteruter caſus conditionis evenerit.*
43. *In legatis, ſi hæreditas adeatur.*
44. *Niſi legatarius repudiet.*
45. *In fideicommiſſis, ſi ſine liberis deceſſerit.*
46. *Si capax erit legatarius.*
47. *Cùm ſervo legat teſtator: ſi ſui vel alieni juris erit die cedente.*
48. *In libertate directa: ſi meus erit, cùm moriar.*
49. *In legato patri vel domino à filiofamil. vel ſervo: ſi ab ea poteſtate ſoluti erunt.*
50. *An idem obtineat in caſu contrario?*
51. *In legato hæredi, ſi hæreditatem repudiaverit.*
52. *Si legatarius in eodem ſtatu permanſerit, & ſimiles.*
53. *In fructibus, aut partu futuro legatis: ſi producantur.*
54. *Si non Falcidia intercedat.*
55. *Quæ in tutore dato?*
56. *Quæ tacitæ conditionis vis ſit?*
57. *An tacita conditio regulam Catonianam impediat?*

CVm multa tacitè ineſſe dicantur, etſi verbis expreſſa non ſint; hôc præſenti capite enarranda eſſe credidi, quæ ejus generis ſparſim per leges & canones inveniuntur: quorum alia ex natura actûs procedere, vi quâdam aut juris aut facti comperies, ut ſine quibus ipſe actus conſiſtere non poſſit; alia ex præſumpta mente contrahentium pendere: atque in iſtis quædam ortum impedire obligationis, quædam ad differendam actionem ſpectare, quædam verò ad extinctionem actionis, quæ jam cœpit com- 1.

competere. Quomodo in univerſum omnia ineſſe
credimus, ex quibus exceptiones dari ſolent; ut *22.l.exceptio, de excep.*
rectè *Paulus* exceptionem definierit, conditionem
eſſe, quæ modò eximit reum à damnatione, modò
damnationem minuit. Sic enim ferè exceptiones
proponuntur; ſi non judicatum ſit; ſi non tranſa-
ctum ſit; ſi de non petendo à me pactum non ſit.
2. Atque hoc modo ineſſe contractibus (ut de iis pri-
mo loco dicamus) hæc conditio dicitur; ſi adverſa-
rius fidem ex parte ſua ſervaverit; ſi ipſe pactis ſtet;
nemo enim ſe aliter obligare velle præſumitur,
quàm ſi adverſarius quod pollicitus eſt præſtet:
adeoque hæc conditio contractibus ineſſe dicitur,
ut licèt jurejurando firmati ſint, exceptioni tamen *3.c. pervenit, de jureju. c. quemadmodum eo. tit 29. c. ſicut eod. tit.*
huic locus ſit. Nullatenùs, inquit *Gregorius*, tene-
ris, ei, quem conſtat ex parte ſua pactis non ſte-
tiſſe, quamvis juramento promiſſum tuum firma-
veris. Et *Innocentius* non ligari juramento ſcripſit,
eum cujus adverſarius neglexerit ſervare quod
promiſerat. Et *Vlpianus*, non teneri eum pro ſo- *14.l.ſi convenerit §. 1. de pro ſo.*
cio ſcribit, qui ideò intempeſtivè renunciavit ſo-
cietati, quòd conditio ſub qua ſocietas coita erat,
ei non præſtaretur. Et Divi *Diocletianus* & *Ma-
ximianus* ad *Euſebium*; Debes, inquiunt, in-
telligere, nec adverſario tuo tranſactione uti con-
cedendum eſſe, ſi non ea, quæ placita ſunt, para- *21. l. cum proponas c. de pac.*
tus ſit adimplere. Eòdem pertinet quod *Ulpia-
nus* ſcribit, offerri pretium venditori debere, ut *14. l. Iulianus §. offerri, de ac. emp.*
emptor ex empto poſſit agere; quaſi id tacitè in-
ſit, rem tradi ſi pretium numeretur; item vice ver-
ſâ ineſſe putant, ſi pretium petatur, rem offeren-
dam priùs eſſe; Sed etſi res tradita ſit antè pre- *Inſt. de rer. diviſ. 3. vendit,*
tium numeratum; niſi de eo fides habita ſit, do-

 mi-

minium non videri tranſlatum autumant: quaſi ſub ea conditione traditio facta ſit, ſi pecunia ſtatim numeretur. Hinc condici poſſe dicimus, quod à nobis datum eſt, ut adverſarius invicem aliquid daret, aut faceret; ſi id datum aut factum non ſit: hocque juris dictare diſciplinam à divis imperatoribus reſcriptum fuit, & integri de eâ re tituli comperiuntur. Non eſt ab his remotum quod *Pomponius* ſcribit; Si quaſi recepturus à debitore tuo cominùs pecuniam, pignus ei reddidiſti, & is per feneſtram demiſerit, excepturo eo quem de induſtria ſuppoſuerat: furti, & ad exhibendum te agere poſſe. Sic in permutationibus ineſſe conditionem ajunt, ne quis re ſuâ careat, niſi quod in vicem ejus ab adverſario datum eſt, obtineat. Quod etiam in beneficialibus locum habere dicitur. Cæterùm ſi futuræ rei ſpes vendita eſſe pro- 3.
ponatur, licèt ſtatim teneat contractus puruſque ſit, ad liberationem tamen venditoris ineſſe conditionem nemo non intelligit, hanc, ſi quid producatur, vel ſi quid naſcatur; ut in fructibus, aut partu futuro, aut retis jactu vendito. Proindè ſi nihil aut natum, aut captum ſit, licèt emptor pretium ſolvere cogatur, à traditione tamen venditor excuſatus erit: nec, ſi quod captum eſt, capienti evictum fuerit, ulla emptori competet actio; quia non videtur captum fuiſſe quod retineri non poteſt. Atque hanc conditionem ad primos fructus, partum, aut jactum, referendam eſſe putant, niſi certa fortè quantitas in ſtipulationem ſit deducta. Vt tamen meminerimus ejus quod *Julianus* admonet, eum qui fructus olivæ pendentis vendidit, ſi in decem pondo olei quod natum erit,

5. l. procuratoris §. pe. de trib. ac.
8. l. dictam C. de cond. ob cauſ.
l. 7. de pig. acti.
8. l. nec emptio de contrah. em.
73. l. interd. de verb. ob.
83. l. interſtipulantem §. pro quo illud, de verb. ob.
39. l. ſi debitor §. 1. de contrah. emp.
5. l. cum certas de tri. le.

erit, pretium conſtituat, hoc ſtipulatum videri, ut pro ratione & modo ejus quod naſcetur, prætium
4. ſolvatur. In pacto quod pro aliquo appoſitum eſt, ineſſe putamus, ſi is eo uti volet. Ideoque ſi ita fundus venditus ſit, ut inemptus eſſet, pretio ad diem non ſoluto; ineſſe conditionem, *Pomponius* admonuit; ſi venditor inemptum eſſe volet; neque emptoris voluntatem in hoc curari oportere. Nam ſi aliter, inquit, acciperetur, exuſtâ villâ in poteſtate emptoris eſſet, ut non dando pecuniam, inemptum faceret: quod perabſurdum fore, nemo
5. non intelligit. In locationibus ſingulariter *Paulus*, ſi convenerit, ne intrà certa tempora conductor invitus expellatur, intelligi conditionem notat, ſi hic penſionibus paruerit, & coluerit, ut oportet: *57. l. quaero. §. 1. loca.* Ideoque ſi expulſus, cùm penſionibus non ſatisfeciſſet, pœnam petere cœperit; locatori doli competere exceptionem. Et divus *Antoninus*, ſi in re conducta malè verſatus conductor non fuerit, aut *l. 3. C. loca.* ſi domus reficienda non ſit, aut ſi dominus propriis uſibus non probaverit eam eſſe neceſſariam. Ex conductoris item parte, ſi locator, habere licere fruique præſtiterit, ſi non jus mercedem partémve ejus remittendam eſſe dictaverit, & id genus aliæ. Quin ſi intrà certum tempus, opus ædificandum locatum ſit, tacita intelligetur conditio, ſi id tempus idoneum ſit, ac ſufficiens. Vndè *Labeo*; *58. l. inſulam §. 1. loca.* cùm in lege locationis fuiſſet comprehenſum, intrà quem diem opus effici deberet: deindè ſi ita factum non eſſet, quanti locatoris intereſſet, tantam pecuniam promiſiſſet conductor; eatenùs obligationem contrahi ſcripſit, quatenùs vir bonus, de temporis ſpatio æſtimaſſet: quòd id actum eſſe

videretur, ut eo ſpatio abſolveretur, ſine quo fieri non poſſet. Cæterùm ſi tibi, cùm hæres ex parte 6.
54. l. qui negotia §. 1. mand. eſſes, mandaverim, ut prædium hæreditarium certo pretio mihi emeres: quamquàm pro parte tua emptio inter nos contracta eſſe videatur, *Africanus* tamen ineſſe eam conditionem ſcripſit, ſi cohæredes tui partem ſuam vendant: neque id certè ſine ratione. In duobus autem reis, ſi utrumque 7.
6. l. duos reos, de duo. re. interrogavero, & alter tantùm reſpondeat; licèt ſe hic à correo ſeparare nolle videatur, *Julianus* tamen verius eſſe putavit, eum qui reſponderit, obligari: non enim, inquit, ſub conditione interrogatio fieri cenſetur, ut ita demum obligetur,
l. 3. & l. fi. C. de non nu. pe. ſi alter quoque reſpondeat. In mutui reddendi 8.
cautione, quantumvis jurejurando vallata ſit, hæc tamen ineſt conditio, ſi pecunia numeretur; ut ſi numeratio ſecuta non ſit, poſſit condici. Vndè
7. l. ſi quaſi eo. tit. *Paulus*, ſi mutuam accepturus pecuniam, res quaſdam pignori dedero, non antè has obligatas videri ſcripſit, quàm pecunia numerata eſſet. Hoc ipſum in cautione quoque de dote reddenda traditum eſt. Non ignoras, inquiunt Divi *Severus* &
l. pe: quæ res pig. ob. poſſ. *Antoninus*, ita demùm te ad petitionem dotis admitti poſſe, ſi dotem à te reipſa datam probatura es. In generali autem bonorum omnium obligatione pro futuris hæc ineſſe dicitur conditio, ſi 9.
l. 1. C. de do. cau. non nu. quæ mea facta erunt. Undè *Marcellus*, ſi generaliter tibi omnia bona quæ habiturus ſum, obligaverim; ac deindè Titio ſpecialiter certum fundum ſub hâc
7. l. idemque eſt §. 2. qui pot. in pig. conditione, ſi is meus factus fuerit, & mox dominium ejus acquiſiero: te & Titium concurſuros in pignore reſpondit; & ab *Vlpiano* fuit probatum, quaſi utrique obligationi eadem adjecta ſit con-

conditio. Idem dicemus, ſi ea quæ nondum ſunt, ſpecialiter pignori data fuerint; ut fructus pendentes, ancillæ partus, & fœtus pecorum: iſtis enim ineſt conditio, ſi naſcantur. Ideoque valet pignoris conſtitutio, licèt ea quæ in debitoris dominio non ſunt, pignori non rectè dari dicantur. In alienâ re purè pignori datâ, quoad hypothecariam, idem juris eſſe credimus. Idque citrà controverſiam, ſi creditor ignoraverit alienam eſſe; hôc enim caſu ſubſiſtit pignus, & hypothecariâ agere licebit, exiſtente conditione, hoc eſt, ſi res debitoris facta fuerit; quaſi id tacitè inter partes actum ſit. Enimverò, ſi creditor alienam rem eſſe ſciverit, quæ ipſi pignori datur; an adhuc inſit hæc conditio, ſi debitoris facta fuerit, non immeritò dubitari poteſt: & communiter ajunt non ineſſe. Nam *Papinianus*, in ſpecie alienæ rei collatâ conventione, ſi non fuerit ei qui pignus dabat debita, poſteà debitori dominio quæſito; difficiliùs creditori, qui non ignoravit alienam eſſe, utilem actionem dari ſcripſit, faciliuſque creditori poſſidenti retentionem concedendam eſſe. Cùm difficilius dari dixit, interpretantur noſtri, omninò non dari. Verùm *Franciſcus Connanus* contrà: hoc enim quod difficilè conceditur, concedi tamen putavit. Vtcùmque iſtud, hanc tamen conditionem, quam pro hypothecaria ineſſe diximus, videlicèt, ſi res debitoris facta fuerit; ad ipſius debitoris perſonam coarctandam eſſe arbitramur, ut in hærede ejus verificari non poſſit. Ideoque ſi quis rem alienam pignori dederit, eoque mortuo, hæres ejus eam acquiſierit, vel etiam nunc cùm adit hæreditatem, in dominio ejus ſit; ad hypothecariam non proficiet.

l. & quæ nondum de pig.

l. 1. de pignor.

lib. 4. c. 13.

41. *l. rem alienam de pig. act.* ciet. Si ego, inquit *Paulus*, Titio qui rem meam obligaverat, ſine mea voluntate, hæres extitero, pignoris perſecutio creditori non concedetur: non enim ſufficit, ad concedendam hypothecariam, eundem eſſe dominum pignoris, pecuniamque debere; ſed eundem eſſe oportet, qui pignus contraxit, licèt quoad perſonalem actionem pignoraticiamque contrariam, hæredem debitoris teneri certum ſit: quemadmodum enim defunctus, pignore inutiliter conſtituto, actione pignoraticiâ contrariâ, compelli poterat ad aliud pignus conſtituendum, vel ad intereſſe creditoris: ita hæres ejus vel ad ipſam eandem rem pignori dandam, ſi dominus ejus fuerit inventus. Sicque accipiendum

22. *l. ſi Titio, de pigno.* eſt, quod *Modeſtinus* ſcribit. Si Titio, qui rem meam ignoranti creditori ſuo pignori obligavit, hæres extitero: ex poſt facto pignus, directò quidem non convaleſcere, utilem tamen pignoraticiam creditori dari. Et ſic hanc ἀντινομίαν *Accurſius* conciliandam duxit. Accedit his, quod idem

29. *l. Paulus eo. tit.* *Paulus* ſcribit; In generali obligatione pignoris ea non contineri, quæ ab hærede debitoris aliâ de causâ acquiſita ſunt. Cùm autem ſic dico, quæ habeo, aut habiturus ſum, intelligitur de me, non de hærede meo. Cæterùm, ſi quis duobus eandem rem ſucceſſivo tempore pignori dederit, quæ utrique non ſufficiat, quoad ſecundum inerit conditio, ſi priori exolutum fuerit: quia cùm ſecundo pignori datur, quodammodò in bonis debitoris non eſt. Vndè ſi res Titio pignori data pro CC. Seio poſteà pro C. data fuerit, mox debitor eam vendiderit Mevio, poſteaque Titio ducenta exoluantur; non convaleſcet pignus Seij: quia

nunc

nunc cùm confirmari debuit, in bonis debitoris non eſt. Sic *Africanus* in hac ſpecie. Titio prædium alienum mulier pignori dedit, poſteà Mævio; deindè domina ejus facta, marito ſuo in dotem æſtimatum dedit: quàmvis Titio exoluta ſit pecunia, non convaleſcere tamen pignus Mævij ſcribit. Tunc enim, inquit, priore dimiſſo, ſequentis pignus confirmatur, cùm res in bonis debitoris invenitur: in propoſito autem, maritus emptoris loco eſt. Sed & ſi generalis rerum omnium obligatio ad ſpecialem hypothecam acceſſerit, tacitam habere conditionem dicetur, ſi ſpecialiter obligata non ſufficiant. Licèt enim ex juris rigore æquale jus in omnibus ſit, ut *Papinianus* aliquando annotaſſe fertur: Divi tamen *Severus* & *Antoninus* κατὰ τὴν ἐπιείκειαν temperandam eſſe juriſdictionem putaverunt. Ideoque eum qui ſpecialem habet, & ſimul generalem hypothecam, ſi ſpecialiter obligata ei ſufficiant, in aliis bonis, cæteris creditoribus moleſtum eſſe non debere. Denique ſi creditor pignoris venditioni conſenſerit, ut ſolvatur pignus, tacitam ineſſe conditionem plerique notarunt, ſi venditio ſequatur. Nam ut *Marcellus* ait, ſi non vænierit, non eſſe ſatis ad repellendum creditorem quod voluit vænire. In ſolutionibus quoque nonnunquam conditiones ineſſe animadverti; ut ſi pars ſoluta ſit, cùm diviſionem res non admitteret: pendebit enim dominii translatio ex hac conditione, ſi reliquum ſoluatur. Sic *Vlpianus*, ſi ſervus decem dare, & liber eſſe juſſus, quinque det; nihil eum egiſſe notavit, priuſquam reliqua ſumma ſoluatur: ideoque interim quinque quæ ſoluta fuerant, à domino vendicari poſſe; adeò ut

l. qui Balneum §. fi. qui pot. in pig.

10 *l. 2. qui pot. in pig. l. 2. C. de pig. & hyp.*

l. 3. §. ſi decem de ſtatul.

l. 2. §. 1. de verb. obl.

11

ut nec ſoluto reliquo illorum quinque retrò do-
minium accipientis fuiſſe videatur. Idem ferè 12
eveniet, ſi decem aut Stichum ſtipulatus, quin-
que ſolvam: placuit enim, ut *Celſus lib. vi.* & *Mar-
cellus lib. xx. digeſtorum* ſcripſerunt, totam libera-
tionem in pendenti eſſe. Hanc prætereà conditio-
nem, ſi non per dolum malum quid factum fue-
rit, in multis ajunt intelligi. Ita demùm, inquit
Vlpianus, committitur ſtipulatio, cùm adverſùs
eam quid factum ſit, ſi ſine dolo malo adverſarii id
contigerit, ne quis doli ſui præmium accipiat.
Proindè ſi quis arbitrum corruperit vel pecuniâ,
vel ambitione, vel diverſæ partis Advocatum ad-
verſarius callidè circumvenerit, non committi ſti-
pulationem, certi eſt juris. Hinc etiam cùm arbi-
ter quidam, vt *Paulus* ſcribit, manifeſtè inimicus
apparuiſſet, eáque de cauſa teſtationibus fuiſſet ad-
monitus, ne ſententiam diceret, & tamen dicere
perſeveraſſet, Imperator *Antoninus* exceptionem
competere reſcripſit. Huic vicina hæc eſt condi- 13
tio, ſi non enormis læſio illata fuerit; dolo enim
hæc æquiparari ſolet; ideoque eam ineſſe ajunt, ſi
quis ab arbitri ſententia ſe non reducturum pro-
miſerit, vel ſi quis in integrum renunciarit reſti-
tutioni. Sed & hanc ineſſe promiſſionibus condi- 14
tionem ajunt, ſi non is caſus obtigerit, qui præter
opinionem fuit, cuj[illegible] jus indulgeat. Qui jurato,
inquit *Paulus*, judicio ſiſti promiſit, non videtur
pejeraſſe, ſi ex conceſſa cauſa hoc deſeruerit: ve-
luti, ut *Ulpianus* ſcribit, ſi muneris municipalis
cauſâ impeditus fuerit, vel valetudine, vel tempe-
ſtate, vel vi fluminis. Vndè ſi pœna ad contractum,
compromiſſum, aliúmve actum ſit appoſita, intel-
ligi

26. l. ſi non ſortem §. ſi decem de con. indeb.
36. l. ita demum de arb.
37. l. non diſtinguemus §. cum quidam eod. tit.
30. l. libertus de oper. lib. l. quæro §. 1, loca no. in c. quintavallis, de jurejur. l. ſocietatem §. arbitrorum pro ſo. in c. cauſam de elect.
l. ſi. qui ſatiſ. cog.
l. 2. ſi quis cau.
glo. in c. ſignificantibus, de off. de leg.

ligi ajunt, ſi actus principalis valebit, laudumve
ſequatur. Variis denique ex cauſis antè tempus
ſocietati renunciari poſſe neminem fugit. Quid
enim ſi ſocius tam injurioſus aut damnoſus ſit, ut
eum pati non expediat? Quid ſi ad inopiam perve-
nerit? Quid ſi bona ejus fuerint publicata? In man-
dato idem uſu-venit, ſi valetudinis adverſæ cauſâ,
vel capitalium inimicitiarum, ſeu ob immanes rei
actiones mandato renunciatum ſit, ſi non re inte-
15 grâ voluntas mutata fuerit. In omni denique ſpe-
ciei ex lucrativa cauſa obligatione, hanc ineſſe pu-
tant, ſi non ex cauſa lucrativa ea ſpecies ad credito-
rem pervenerit. Si rem, inquit *Vlpianus*, quam ex
cauſa lucrativa ſtipulatus ſim, nactus fuero ex cau-
16 ſa lucrativa evaneſcit ſtipulatio. De impoſſibilita-
tis conditione, ſi quæ emerſerit, minùs eſt dubii:
ex hac enim excuſari ſolet, qui ſine culpa eſt. Vn-
dè, ſi antè diem exhibitionis deceſſerit is qui ex-
hibendus fuerat, *Paulus* denegandam actionem ſcri-
bit: & à *Juſtiniano* idem probatum eſt. Et *Papi-
nianus*, ſi homo mortuus ſiſti non poſſit, nec pœ-
nam rei impoſſibilis committi ſcripſit; haud ſecùs
atque ſi quis Stichum mortuum ſibi dari ſtipulatus
ſit, & ſi datus non eſſet, pœnam. Et *Pomponius*
lib. ix. ad *Sabinum*; ſi ex legati cauſa, aut ex ſtipu-
latu hominem certum mihi debeas, non aliter poſt
mortem ejus te teneri notat, quàm ſi per te ſtete-
rit, quò minùs, vivo eo, eum mihi dares; quod
ita, inquit, fit, ſi aut interpellatus non dediſti, aut
eum occidiſti. Et idem *lib. xx.* Quod te mihi dare
oportet, ſi id poſteà perierit, quàm per te factum
erit, quò minùs id mihi dares, tuum fore id detri-
mentum. Hinc licèt publicanus ſervi nomine te-
nea-

l. ſi convenerit pro ſo.
l. actione eo. tit. 23.
l. ſane ſi cum 2. *ſeq. mand.* 12.
l. ſi verò §. pe. eo. tit. 16.
l. omnes de act. 83.
l. inter ſtipulantem §. ſi rem de ver. ob. &. 61.
l. quoties de ſolut. 4.
l. ſi deceſſerit. qui ſatiſ. cog. 26.
l. ſancimus C. de fidejuſſ. 69.
l. ſi homo de ver. ob. 23.
l. ſi ex legati, eo. tit.

5. l. quod te ſi cer. pet. neatur, ſi tamen deceſſerit ſervus, ut exhibere eum non poſſit, nec dolus ejus interceſſerit, debere eum liberari, *Cajus* notavit. Et ſi Stichus aut Pamphilus promiſſus ſit; altero mortuo, qui vivit ſolus petetur; niſi mora facta ſit, ut *Paulus* admonet. In eandem ſententiam *Labeo*, ſi per nautam non ſteterit, quò minùs antè conſtitutum diem merces tuas eò loci expoſuerit, in quem devehendas locaſſet, pœnam remittendam eſſe reſpondit; veluti ſi morbo impeditus navigare non potuit, aut navis vitium fecerit. Planè ſi quis ſe nimiùm arctaverit; veluti cùm intrà decem dies, ſe judicio ſiſtere deberet, octo elabi paſſus ſit, poſteaque impoſſibilitas ſupervenerit, cauſâ cognitâ, temperandam hanc exceptionem fore, *Vlpianus* ſcripſit. Neque enim ſic quis arctandus eſt, ut poſſit ei dici: cur non multo antè profectus es, quàm dies ſiſtendi veniret? neque iterùm permittendum ei, cauſari tempeſtatem, ſi quid ſit quod ei imputetur. Quid denique, ſi ſit in quo culpari poſſit, & tamen ſequens caſus eam culpam abſorbeat? Navem conduxiſti, ut in ea merces tuæ portarentur, eaſque nauta in aliam deteriorem tranſtulit, & merces tuæ in ea perierunt: *Labeo* ex conducto, te cum priore nautâ, actionem in univerſum habere putabat; *Paulus* verò contrà, ſi eâdem navigatione utraque navis periit. Hiſce vicinum eſt, quod *Alexander Papa* III. ad Triburienſem ſcripſit Archiepiſcopum, eum qui in pane & aqua abſtinere debebat, non invento pane, leguminibus, aut piſcibus veſci poſſe. Nam quod in lege licitum non eſt, neceſſitas licitum facit. Et Vigorienſes Epiſcopos propter neceſſitatem à perjurio excuſatos fuiſſe legimus.

13. l. ſed & ii. §. ſine autem, de pub. & vec.

l. Stichum, de ſolut.

l. 2. §. ſi quis tamen ſi quis caut. ind.

d. l. ſ. §. 1. ad le. rho. de jac.

7. c. licet, de pœnit. & remiſſ.

4. c. quod non eſt. de re. ju.

mus. Et *Innocentius*, ſi difficultas exiſtat, propter quam qui juraverat, Eccleſiæ ſubvenire non poſſit, excuſandum putavit. Et *Vlpianus*, ſi ſocius Reipub. cauſâ diu & invitus abfuturus ſit, poſſe eum antè tempus ſocietati renunciare notat. Et idem à *Paulo* probatum eſt, ſi ex neceſſitate quâvis renunciatio facta ſit.

17 Sic Superioris authoritatem quaſi ex tacita conditione ſemper exceptam eſſe dicunt in quavis promiſſione, etiam ſi juſiurandum adjectum ſit. Secundùm quæ *Innocentius* III. conſulibus & populo Tudertino, qui ſecundùm conſuetudinem ſe judicaturos juraverant, & quæ judicaſſent, infrà vigintiocto dies executuros, eaque de cauſa ſe appellationi deferre non poſſe putabant; contrarium reſcripſit, quod in eorum juramento Superioris jus exceptum eſſe videretur. Et Imperatores *Verus* & *Antoninus* gratiam ſe facere juriſiurandi profitentur ei, qui juraverat, ſe ordini non interfuturum, & poſteà duümvir creatus eſſet. Idemque in omni pacto obtinere ajunt. Et hoc modo in voto, Papæ authoritatem exceptam dicunt. Non eſt voti, inquit *Innocentius*, dicendus tranſgreſſor, qui quod vovit, authoritate ſedis Apoſtolicæ diſtulit adimplere. Et *Alexander* eos, qui juraverant teſtimonium non dicere, compellendos eſſe reſcripſit: & idem à *Clemente* probatum eſt.

18 Sed & ſi quis alterius mandato, aut arbitrio ſe pariturum promiſerit, intelligetur, ſi non illicitum aut durius quid mandatum fuerit, ut *Innocentius* III. ad cives quoſdam Venetos ſcripſiſſe fertur. Ideoque, ſi liberos exhæredare, aut propriam juſſerit relinquere uxorem, parendum non eſſe. Et

Cel-

10. c. querelam de jureju.
17. c. brevi eo. tit.
16. l. idem. ff. pro ſoc.
66. l. actione §. item qui cod. tit.
19. c. conſtitutis & ibi, glo. de reſcrip. glo. in c. de forma 22. q. ul.
29. c. venientes de jureju.
l. ſi. ad munic.
gl. in c. quæ contra mores 8. diſt.
5. c. non eſt de vo. & vo. redem.
18. c. conſtitutus eo. tit.
16. c. veniens de jureju.
23. c. quintavallis eo. eo. tit.

Celſus, ſi libertus juraverit dare, quot operas pa-
tronus arbitratus ſit, non aliter ratum fore arbi-
trium patroni ſcripſit, quàm ſi æquum arbitratus
ſit. Perſonarum, inquit, ſe alterius arbitrio ſub-
mittentium, ea ferè mens eſt, ut non immodicè
ſeſe obligare intelligantur, quod & ſuperiùs ta-
ctum eſt. Et in privilegiis intelligi conditionem
dicunt, ſi non nimiùm damnoſa eſſe incipiant.
Si res in eodem ſtatu permanſerit, ût plurimùm 19
quoque ineſſe putant; veluti, in ſervo pecuniis
exigendis præpoſito. Nam ſi manumiſſus ſit, non
rectè ei ſolvetur, ut *Vlpianus* notat, & à *Juſtiniano*
probatum fuit. Adeò, ut *Julianus* putet exigen-
tem furti teneri; licèt is, qui per ignorantiam ei
ſolverit, poſſit excuſari. In adjecto ad ſolutionem
idem uſu-venit. Cùm quis ſibi, inquit *Africanus*,
aut Titio dari ſtipulatus ſit, magis eſt, ut ita de-
mùm rectè Titio ſoluatur, ſi in eodem ſtatu per-
manſerit, quo fuit, cùm ſtipulatio interponere-
tur. Ideoque, ſi in adoptionem, vel in exilium ie-
rit, vel aquâ & igni ei interdictum ſit, vel ſervus
pœnæ factus ſit, non rectè ei ſolvetur. In filio ta-
men hæc non obtinere putant. Nam *Julianus*, ſi
quis ſibi aut filio dari ſtipulatus ſit; etiam emanci-
pato filio ſolvi poſſe tradidit. Quin in extraneo
idem eſſe ajunt, ſi aliud mihi, aliud extraneo ſtipu-
latus ſim. Secundùm hæc, ſi uſumfructum mihi
aut Titio dari ſtipulatus ſim, Titio quàmvis capi-
te diminuto ſolvi poſſe à *Paulo* reſponſum fuit;
quia & ſic, inquit, ſtipulari poſſumus, mihi aut
Titio cùm capite minutus erit dari. Et alius eſt
uſusfructus, qui mihi dandus erat, ab eo qui Ti-
tio dari debuerat. Secundùm hæc *Gregorius nonus*
ab-

30. l. libertus, de oper. lib.
nu. 13. y. c. ſuggeſtum & 8. l. electi, de decim.
18. l. ſi quis ſervo de ſolut.
Inſtit. de man. §. recte.
68. l. ſi is qui rem §. Julianus de fur.
d. l. ſi quis & 51. l. diſpēſator eod. tit.
38. l. cum quis ſibi, de ſolut.
56. l. cum qui ita §. qui ſibi de verb. ob.
95. l. Stichum §. uſumfructum de ſolut.
c. fi. de her.
15. l. vel quod pro ſo.

abſolutos eos à debito fidelitatis & obſequii eſſe pronunciavit, qui lapſis in hæreſim aliquo pacto ſint aſtricti. Et ſocietati renunciari poſſe traditum eſt, ſi negociatio cujus gratiâ inita fuerat, prohibeatur. Et *Vlpianus*, cùm per ſtipulationem promiſſum fuiſſet, proprietatem reſtitui finito uſufructu; exceptionem competere ſcribit, ſi interim extitiſſet conditio, ſub qua eadem proprietas lega-

20 ta fuit. In pacto autem de reddendâ re venditâ quotieſcunque pretium reſtitutum eſſet, aut de retrovendendo, ut ajunt; ineſſe conditionem, quibuſdam placet; ſi intrà xxx. annos id poſtulatum fuerit: vel in Eccleſiaſticis rebus, ſi intrà xl. Quæ tamen ſententia vera non eſt, & à multis nunc eſt confutata, & nos de hac ſuperiùs egimus.

21 In ſponſalibus autem, etiamſi quis ſe certam puellam uxorem ducturum juraverit, haſce tamen ineſſe conditiones dicunt, ſi non talis cauſa superveniat, propter quam id jure facere non cogatur; ſi non leproſa, aut paralytica facta fuerit; ſi non oculos aut naſum amiſerit, aut in aliam notabilem inciderit turpitudinem; ſi non fornicata fuerit, aut non aliter in deſponſationis peccarit leges. Adeoque hæc, ut etiamſi rapta fuerit mulier, nec crimini conſenſerit, ſponſus eam ducere non cogatur. Sed & hanc ineſſe ſponſalibus conditionem perhibent, ſi non invicem ſe abſolverint, quantùmvis purè de matrimonio contrahendo fides data eſſe ponatur. Quin etſi matrimonium per verba de præſenti contractum ſit, ſolutivam tamen hanc ineſſe conditionem, ſi non fornicata fuerit, *Innocentius tertius* admonuit. Adeò ut nec pactum ne divertere liceat, ex juſtâ cauſâ Divus *Alexander* Imperator,

l. 3. §. ſed & ſi uſuf. quem ca. Balb. in tract. præſcrip. in 4. parte 5. partis q. 3. Alcia. in l. petens C. de pac. ſup. de pen. cond. nu. 18. glo. in C. preterea de ſponſal. o. quemadmodum de jurejur. 27. q. 2. ræptor & c. ſeq. c. 2. de ſponſ. & ibi. glo. d. c. quemadmodum. l. 2. C. de inutil. ſtip. 69. l. dotis promiſſ. de ju. dot.

admittendum putarit. Cæterùm dotis promiſſiones, tacitas ſemper habere futuri matrimonii conditiones, à *Papiniano* traditum eſt: itaque ſi minor annis xii. ducta fuerit, tunc peti demùm dos poterit, cùm major annis apud eundem virum eſſe cœperit. Et *Vlpianus* ſtipulationem quæ dotis cauſâ ſit, conditionem habere ſcribit, ſi nuptiæ ſequantur. Undè ſi nuntius remiſſus fuerit, deſeciſſe conditio videbitur; uſque adeò, ut ipſo jure non ſecutis nuptiis evaneſcere haſce ſtipulationes *Paulus* notârit. Sed & ſi pecuniâ ob dotem acceptâ pactum aliquod adjectum ſit, conditionem id quoque tacitam habere Divo *Antonino* placuit, ſi matrimonium juris authoritate ſubſequatur. Ampliùs *Julianus*, ſi decem in anno proximo dotis nomine promiſſa ſint, annum ex nuptiarum die numerandum eſſe reſpondit; ne ſi aliter, inquit, obſervemus, intraque annum nuptiæ factæ non ſint, dotem ex ea ſtipulatione non deberi dicamus. Planè ſi mulier dotem ſponſæ dederit, re ipſâ ſic ut ſtatim viri res eſſent, transferri dominium placuit; ſed condictioni locum fore, ſi nuntius remittatur: hocque in dubio actum eſſe præſumitur, niſi nominatim convenerit, non aliter dominium re traditâ transferri, quàm ſi nuptiæ ſecutæ eſſent: quâ de re & alio me ſcripſiſſe loco memini. Porrò *Jabolenus*, ſi dotem debitor mulieris ſponſo promiſerit, non poſſe mulierem antè nuptias à debitore pecuniam petere tradidit, quia promiſſio in pendenti eſt, donec obligatio in ea fuerit cauſa. Enimverò, ſi quis cùm ſciret ſe mulieri nihil debere, dotem pro eâ promiſerit & tradiderit, ad mulierem pecuniam ſtatim pertinere à *Juliano* notatum eſt; ideoque ſi nuptiæ ſecu- 22

22. l. ſtipulatio nu. eod.
42. l. promittendo, eod. tit.
4. l. item quia §. 1. de pact.
l. 1. C. de cond obli. cau.
49. l. tali, de ju. dot.
8. l. dotis fructus §. fi. 10. & l. ſi ego. eod.
9. l. ſed niſi eod. tit.
in conditio, pend. nu. 17.
86. l. ſi debitor eod. tit.
7. l. qui ſe debere, de cond cauſa dat.

ſecutæ non ſint, ipſa, non is qui tradidit, actionem habebit. De dotis ſanè legato dubitari ſolet, an id quoque eandem habeat conditionem, quam dotis promiſſioni tacitè ineſſe diximus? quod *Bartolo* & nonnullis aliis magis eſſe viſum eſt. Verùm *Accurſius* contrà, ejuſque opinio frequentiori probata eſt calculo, Nam *Papinianus*, cùm viro teſtator dotis filiæ ſuæ nomine centum legaſſet, purum eſſe legatum ſcripſit: ideoque antè nuptias peti poſſe. Planè, ſi ante nuptias, & priuſquam cauſæ legati ſatisfactum ſit, alter è vivis deceſſerit, legatum apud hæredem manere, ab eodem eſt traditum, quia ſub modo eſt.

In l. Titio centum §. Titio genero, de cond. & de. d. §. Titio genero.

24 Dotis autem reſtitutio conditionem habet, ſi numerata fuerit, uti ſuperiùs tactum eſt, & cùm matrimonium ſolutum erit: aliter enim vir, niſi exceptis quibuſdam caſibus, ad ejus reſtitutionem non tenetur. Tacitam itaque hypothecam, quam habet uxor in mariti bonis, eandem conditionem habere conſequens eſſe putant. Quæ ſententia etſi à multis probata ſit, mihi vera eſſe non videtur: ſed ab ipſo ſtatim initio nuptiarum contractam eſſe hanc hypothecam credimus; cùm hæc ſolvendi matrimonii conditio, in poteſtate mariti non ſit: ut aliquando fuſiùs demonſtratum eſt. In donationibus propter nuptias pœnè idem juris eſt,

25 atque in dotibus. Nam *Conſtantinus* ad *Maximum*, veterum ſententiam, quæ donationes inter ſponſum & ſponſam factas, vel non ſecutis nuptiis valere decreverat, diſplicuiſſe ſcribit. Ideoque conſtituit hiſce hanc ineſſe conditionem, ſi nuptiæ ſecutæ fuerint, aut per donatorem ſteterit, quo minùs ſecutæ ſint. Quin apertè *Juſtinianus* donationis il-

l. 1. C. de do. cau. non nu. ſupra nu. 8. In l. aſſiduis C. qui po. in pig. hab. & in l. ubi autem C. de jn. do. ſupra de cond. exiſt. nu. 17. 15. l. cum veterum C. de don. ante nup. & l. ſeq. Inſt. de donat. §. eſt & aliud.

 lud

lud genus, quod veteribus prudentibus penitùs incognitum erat; poſteaque à junioribus principibus introductum eſt, & antè nuptias vocatur, tacitam in ſe conditionem habere ſcripſit, ut tunc ratum ſit, cùm matrimonium ſecutum fuerit. In donatione immodicâ factâ ab eo, qui liberos non habet, hæc ineſſe inprimis conditio dicitur, ſi donatori liberi non naſcantur. Cùm patronus nullos haberet liberos, libertis bona ſua omnia, aut partem eorum donavit; poſteà ei nati ſunt liberi: quæſitum fuit, an donatio valeret? Et extat Divi *Conſtantini* Cæſaris ad *Orficinum* reſcriptum, per quod definitum eſt, quaſi exiſtente conditione, quæ tacitè inerat, quidquid donatum fuerat, ad patronum reverti debere, ac perpetuò in ipſius arbitrio & ditione manſurum. Quòd veroſimile non ſit, propriis ſucceſſionibus alienas quem anteponere voluiſſe. Hoc tamen reſcriptum plerique in ſuis terminis intelligendum putant, ut tunc demùm locum habeat, cùm aut bona omnia, aut pars dimidia data ſit: partis enim appellatione dimidiam contineri ajunt; & ita demùm, ſi de liberis donator non cogitarit. Nonnulli naturales liberos ad revocationem ſufficere putant, alii contrà. Atque ſi à parente uni, pluribuſve ex liberis, immenſè donatum ſit, Imperator *Alexander* uſque ad dimidium revocandum eſſe, quod donatum eſt, arbitrabatur: tale enim ejus ad *Claudium Julianum* præfectum urbis reſcriptum extat. *Juliane chariſsime, ſi tibi liqueat Aviam ob intervertendam inofficioſi querelam, patrimonium ſuum donationibus in nepotem factis exinaniſſe; ratio depoſcit, id quod donatum eſt, pro media parte revocari.* Poſt hunc *Philipus*

Marginal notes: 26 — 8. l. ſi unquam c. de re. dona. — 89. l. Titia. §. Imperator, de le. 2. — l. 1. c. de inoff. donat.

pus Imperator ad *Nicanorem* & *Papianam*: *Si mater veſtra penè univerſas facultates ſuas, factis donationibus, ſive in liberos, ſive in extraneos exhauſit; ac poſteà vos ex duabus unciis fecit hæredes, non injuriâ vobis quartam non habentibus, juxtà formam de inofficioſo teſtamento conſtitutam, ſubveniri deſideratis.* Et non diſſimile à *Galieno* & *Valeriano* emanatum eſt. Divi quoque *Diocletianus* & *Maximianus*, id quod ad ſummovendas inofficioſi teſtamenti querelas, non ingratis liberis relinqui oportet, de factis donationibus detrahendum eſſe tradiderunt; tantumque ad donatorem reverti debere, ut filii, vel nepotes, qui poſteà ex quocunque legitimo matrimonio nati ſint, debitum bonorum ſubſidium conſequantur. Et in eandem ſententiam *Juſtinianus*, ſi parens in quendam liberorum, vel in quoſdam donationem fecerit immenſam; ſingulos tantum ferre ex hæreditate nomine Falcidiæ, quantum poterat ante donationem deberi, ſancivit. Quatenùs itaque immenſa donatio revocetur, ex his quæ diximus, liquere puto. Veteres ſanè interpretes in contrariis fuêre ſententiis. Et quæ ſuperiùs dicta ſunt, tunc quoque ſibi locum vendicabunt, cùm mulier in liberorum prioris matrimonii fraudem dotem immodicam viro ſecundo

l. 2. eo. tit. *5. l. ſi totas* *& 7. l. ſi mater & 8. l. ſi liqueat cod. tit.* *aut. unde ſi parens C. de inoff. teſt.* *glo. in d. l. 1. & in l. ſi liqueat. l. uni C. de inoff. dot. Inſt. de do. nat §. 1.*

27 dederit. Porrò in donationibus quæ mortis cauſâ fiunt, tacitè ineſt, ſi non antè mortem revocatæ fuerint, ſi donatarius non præmoriatur. Sic apud Homerum Telemachus Pyræo.

> Πείραι οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσαι τά δε ἔργα.
> εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγῦνορες ἐν μεγάροισι
> λάθρη κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται.
> αὐτὸν ἔχοντά σε βϐλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε

εἰ δὲ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον, καὶ κῆρα φυτεύσω,
δὴ τότε μοὶ χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Hinc *Ulpianus* non videri perfectam donationem cauſâ mortis, priuſquam mors ſecuta ſit, notavit. Et *Marcellus* ſi mortis cauſâ quis ſervum manumiſerit, in extremum tempus vitæ manumiſſoris conferri libertatem, durante ſcilicèt propter mortis 28
cauſam, conditione. Donationes item quæ inter conjuges fiunt, has conditiones habent, ſi divortium non interceſſerit, ſi is cui donatum eſt non præmoriatur, ſi non revocatæ fuerint. Tantiſper enim dum hæc in pendenti ſunt, dominium non transferri à divis *Diocletiano* & *Maximiano* Imperatoribus Maternæ, & ab *Antonio* Quintillæ reſcriptum fuit. Et *Vlpianus* inter virum & uxorem mortis cauſâ donationes receptas eſſe; quia ut *Cajus* inquit, in hoc tempus excurrit earum eventus, quo vir & uxor eſſe deſinunt. Ex quo interim res non fieri ejus, cui donatæ ſunt, notari poteſt; ſed tunc demùm cùm mors inſecuta fuerit. Quid igitur, ſi eodem perierint naufragio? *Vlpianus* valere donationem tradit: quod ita demùm nullius momenti eſſe dicatur, ſi prior vitâ deceſſerit is cui donatum eſt. In donatione quoque quæ fit ab ingre- 29
diente monaſterium, eam eſſe conditionem tacitè putant, ſi & quamdiu ibi permanſerit. Ideoque monacho tranſeunte ad aliud monaſterium, donata priori, ad ſecundum tranferri. Idemque erit ſi à profeſſione diſpenſati fuerint. Cæterùm ſtipulatio- 30
nem quæ poſt nunciationem novi operis de demoliendo interponitur, conditionem iſtam habere, *Vlpianus* admonuit, ſi judicatum fuerit injuriâ ædificatum eſſe; idemque in iis dici poſſet, qui pendente

31. l. non videtur, de mor. cauſa de manumit.
11. l. ſed interim §. ſi. de do. in vi.
13. l. cum hic ſtatus eod. tit.
18 l. à marito C. eod. tit.
5. l. ſi ut proponas eod. tit.
10. l. ſi eum §. ſi de do. inter vi. & ux.
33. l. cum hic §. ſi ambo. eod. tit.
gloſ. in c. quod ad. de cle. conju.

dente lite, poſſeſſionem ſub cautione obtinent,
aut appellatione pendente ſententias exequuntur.
31 Et *Paulus*, ſi patronus ſibi à liberto decem operas
præſtari ſtipulatus ſit, intelligi ſcribit, ſi indican- *21. l. ſtipulatio §. habet, de operis libertorum.*
tur; nec antè ejus ſtipulationis diem cedere, quàm
indictæ fuerint, nec ſint præſtitæ. Quod veteres *reno. nun.*
etiam in iis ſtipulationibus verum eſſe putabant, *12. l. magnum C. de contrah. ſtipul.*
quibus quid, adjectâ pœnâ intrà certum tempus
dari vel fieri promiſſum ſit; ut non aliter pœna
commiſſa eſſet, quàm ſi promiſſor admonitus aut *73. l. interdum §. pe. dè ver. ob.*
32 interpellatus fuiſſet: Sed hoc à *Juſtiniano* reſerva-
tum eſt. Planè ſi ſervus hæreditarius ſtipulatus ſit;
hæc inerit, ſi hæreditas adeatur, ſi ejus qui apud
33 hoſtes eſt, ſi dominus revertatur. Et in pecunia *6. l. fœnerator de naut. fœ.*
trajectitia hanc intelligi dicunt, ſi ſalva navis intrà
ſtatuta tempora ad portum pervenerit: ideoque ſi
navis perierit, quaſi non exiſtente conditione,
obligationem deficere, & pignorum perſecutio-
nem perimi, etiam eorum quæ amiſſa non ſunt.
34 Præterea ſi quis ſtipuletur quod ſibi ſub conditio- *l. 1. §. ſi quis, ut le. no. ca.*
ne legatum erat, ſtipulationi eandem ineſſe condi-
tionem, ab *Vlpiano* traditum eſt, ut ſi pendente
conditione ſtipulator deceſſerit, evaneſcat ſtipu-
latio: quamvis alioqui in contractibus conditiones
35 ad hæredes tranſeant. In reſcriptis Apoſtolicis in-
eſſe imprimis hanc conditionem ajunt, ſi preces
veritate nitantur; mendacem etenim precatorem
carere debere impetratis, æquitati eſt conſenta-
neum. Et licèt jure civili traditum ſit reſcripta, ſi- *c. 2. de reſcrip. l. 2. & l. etſi legibus, ſi contra jus vel ut. pu.*
ve annotationes ſint, ſive pragmaticæ ſanctiones,
expreſſam hanc habere debere. Vniverſa, inquit
Zenon, reſcripta ſub ea conditione proferri præci-
pimus, ſi preces veritate nitantur, ut ſine ea nul-

 lus

lius cenſeantur eſſe momenti: de jure tamen Pon-
tificio, hanc etiamſi expreſſa non ſit, intelligi
poſſe, ab *Alexandro tertio* conſtitutum eſt. Quod
tamen in iis demùm verum putant, quæ ad cogni-
tionem rerum decreta ſunt; non autem in iis quæ
ad deciſionem emanarunt. Sed & in iis diplomati- 36
bus, quæ à Pontifice pro conferendo alicui ſacer-
dotio, ad certum executorem obtineri ſolent, has
ineſſe dicunt, ſi impetrans capax & idoneus reper-
tus fuerit, ſi beneficium vacat de quo ſcribitur.
Nam hoc quod alterius eſt, vel in quo alteri jus
quæſitum eſt, non creditur Pontifex alteri dare,
aut conferre velle. Et item hæc, ſi pro alio non
ſcripſerimus, quia Pontifex bis eundem col-
latorem gravare velle, non præſumitur. Quàm
autem hìc largè conditionis utamur vocabulo, ne-
mo non videt: ſive enim propriè, ſive impropriè,
conditiones omnes appellamus. In ſignaturis 37
ſimplicibus tacitè ineſt conditio, ſi bullæ expe-
diantur; eâque pendente gratia informis eſt, ut
Bonifacius conſtituit. Et regula eſt Cancellariæ, de
non judicando ſecundùm tenorem ſupplicationis.
Et item alia quæ habet, diſpenſationem non ſuf-
fragari, niſi literis expeditis. Adeò hæc, ut Cleri-
cus qui cum ſimplici dumtaxàt ſignatura beneficii
poſſeſſionem acquiſierit, intruſus & violentus eſſe
dicatur. Alii in diverſa ſunt ſententia, ſimplicem-
que ſignaturam gratiam perficere putant; literaſ-
que non ad rei ſubſtantiam, ſed ad probationem
dumtaxat requiri, ut mortuo impetrante qui ſolam
habeat ſignaturam, beneficium per mortem vacare
dicatur. Et in hac opinione videntur eſſe *Hierony-
mus Gigas, Molinæus, & Coraſius*, ſiquidem de mi-
nori-

l. fi. C. de diverſ. reſ. 25. q. 2. dicenti ſac. d. c. 2. gloſ. in c. cùm adeò, de reſcr. Cle. unic. de off. dele. §. ſi de præſum. glo. in c. 2. de elec. lib. 6. gloſ. in c. pe. de reſcrip. c. mandatũ eod. tit. c. ex parte de off. de leg. c. 1. de elec. in extran. Reg. 10. Reg. 53. Feli. in c. veniens de accuſat. Cal. c. quiſquis de elect. c. inſtitutiones. 25 q. 2. l. 1. C. de man. prin. Ro. deciſ. 882. in an.

noribus beneficiis & poſſeſſorio agatur, in quo judicio ſignaturam ſufficere arbitrantur: illamque regulam de non judicando ſecundùm tenorem ſupplicationis, burſalem eſſe, ac reſtringendam ad petitorium; illam autem *Bonifacii* conſtitutionem loqui in Abbatiis, Epiſcopatibus, aliiſque dignitatibus majoribus. Cæterùm in omnibus reſcriptis beneficialibus, quæ à Papa concedi ſolent, etiamſi clauſulam habeant decreti irritantis, hanc intelligi dicunt conditionem; ſi impetrans illâ gratiâ uti voluerit. Ideoque, ſi Ordinarius contulerit intrà menſem. qui proviſis à Papa dari ſolet, impetrante non utente ſuâ gratiâ, valere Ordinarii

38 collationem concludunt. In reſignationibus & renunciationibus, ſi ſuperior eam admiſerit; ut viginti dies in infirmo reſignante requiſiti, ſecundùm Cancellariæ regulas, ab admiſſionis demùm die computandi ſint: item ſi quis reſignaverit beneficium proprium, quod jus ſe putaret habere in aliis quæ acceptarat; intelligitur, ſi non hæc reſervata aut alteri collata fuerint: ut tamen hanc conditionem reſolventem potiùs quàm ſuſpenſivam eſſe putent. Præterea ſi in favorem alicujus reſignatio facta ſit, hanc intelligi conditionem dicunt, ſi reſignatarius eam acceptaverit. In ipſa autem collatione quæ facta eſt ex reſignatione infirmi, Papa hanc ineſſe vult, ſi infirmus xx. dies ſupervixerit: quod nonnulli ad principis nominationes

39 trahendum putant. De jurejurando ſuperiùs dictum eſt diverſis locis, eique has ineſſe conditiones; ſi ab adverſario fides ſervetur; ſi res in eodem ſtatu permanſerit; niſi iniquum præcipiatur; ſi non à ſuperiore diverſum jubeatur. Quibus & has addendas

in tract. penſionum ſuper regulas cancel. in Paraphra. beneſ. parte 4. c. 1. extrav. de elect. c. 1. Abb. in c. cum ex officii. de reſcrip. & latè Joa. de ſilva in tract. beneficiali. parte 3. q. 9. c. admonet. c. quod in dubiis & c. ſi. de renun. Molin. in regu. can. 18. 20. c. ſi beneficia de praben. in 6. Molin. in reg. can. Inno. 8. Reg. Can. 18. Molin. ſuper illa re. gloſ. in c. pervenit.

de jurejurando. & in c. 2. de reſcrip. 33. c. petitio veſtea. de jurejuran. 5. l. non erit §. fi. de jurejur.

dendas putant; ſi Deus voluerit, aut Deo placuerit; niſi nova cauſa ſuperveniat; ſi jus non adverſatur. Et ſi quis juraverit non eſſe contrà aliquem; intelligi ajunt, ſi non propria aut Eccleſiæ utilitas diverſum poſtulaverit. Denique ſi juſiurandum in judicio à parte delatum ſit, hanc ineſſe conditionem *Vlpianus* ſcribit, ſi ſtatim aut acceptetur, aut remittatur; ut nihil proficiat, ſi quis poſteà jurare paratus ſit.

l. uni. C. de cad. toll. 69. l. Cornelius, de hæ. inſt.

De teſtamentis nunc videamus: in quibus, ut 41
de inſtitutione primo agamus loco, multa ex juris neceſſitate ineſſe dicuntur; ut hoc inprimis, ſi cùm moriar ego teſtator, hæres ſupererit: aliàs enim niſi ſuperſit, nihil accepturum eſſe, ſed caduca fieri quæ relicta ſunt, nemo ignorat. Præterea ſi extraneus inſtitutus ſit, hanc ineſſe tacitè conditionem *Proculus* admonuit, ſi volet hæres eſſe: nam ſi nolit, hæres non erit: quo fit ut hæc verba in extraneo conditionem non faciant, ut ſuprà oſtenſum eſt. Diverſum eſt in hærede neceſſario. Iſti enim hæc conditio non ineſt, nam etſi nolit, hæres tamen eſſe cogitur, ut à *Marcello* quoque notatum eſt. Præterea, cùm tria tempora in inſtitutionibus ſpectanda eſſe dicantur, ſcribendi teſtamenti, mortis teſtatoris, & cùm aditur hæreditas: conſequens fit, hanc ineſſe inſtitutionibus conditionem, ſi hiſce temporibus ſcriptus hæres capax fuerit. Nam etſi poſt factum teſtamentum hæres in metallum damnatus fuerit, intercidit teſtamentum, neque ad fiſcum defertur. Ut & in militis teſtamento id intelligatur, ſi mortis tempore ſcriptus hæres talis inveniatur, ut à milite inſtitui poſſit. Proindè, ſi quis hanc conditionem excludere velit;

86. l. jam dubi. ri. eo. tit.

l. 3. §. 1. de iis quæ pro non ſcrip. 14. l. neque §. 1. de mil. teſt.

hanc

hanc adjiciat, cùm capax erit, hæres eſto. Sic enim *62. l. in*
aliquem inſtitui poſſe *Modeſtinus* ſcribit; de quo ta- *tempus de*
men videas quæ ſuprà in exiſtente conditione, à *hær. inſt.*
nobis dicta ſunt. In ſubſtitutione verò quæ filio *nu. 27.*
fit, intelligitur, ſi tunc capere poterit, cùm mo- *11. l. ſi is*
rietur filius: ut ſi inſtitutus primo loco cum filio *qui hæres,*
hæres, filio quoque ſubſtitutus ſit, non obfutu- *de vulg. & pup.*
rum ei in ſubſtitutione eſſe dicatur, quòd tempo- *32. l. illa*
re mortis teſtatoris incapax fuerit, ſi tunc capere *inſtitutio*
poſſit, cùm filius moritur, ut à *Paulo* notatum eſt. *§. 1. de hæ. inſt.*
Planè ſi is qui apud hoſtes eſt, hæres ſcribatur, *l. pe. de iis*
inerit conditio, ut *Cajus* notat, ſi ab hoſtibus re- *quæ pro non*
dierit: lege enim poſtliminii jura omnia civitatis *ſcript.*
in perſona eius ſuſpenduntur; non abrumpuntur;
quæ etiam ſententia *Juliano* & *Ulpiano* placuit.

42 Cæterùm in exhæredationibus ſub conditione fa-
ctis, tacitè ineſſe putant, ſi filio vivo conditio ex-
titerit, aut defecerit. Nam *Tryphonius*, cùm filius à *28. l. filius*
patre in cujus poteſtate erat, ſub conditione quæ *à patre, de*
in ipſius poteſtate non erat, hæres ſcriptus eſſet, *lib. &*
& in defectum ejuſdem conditionis exhæreda- *poſth.*
tus: mortuo filio, pendente conditione, reſpondit
eum hæredem ab inteſtato mortuum eſſe: quia, in-
quit, neque ex teſtamento dum vixit hæres, neque
43 exhæredatus fuit. Ad legata & fideicommiſſa, at-
que id genus alia, quæ teſtamento dantur, tran-
ſeamus. Atque his inprimis hæc ineſſe conditio *3. l. ſi habi-*
dicitur, ſi hæreditas adeatur; ex hoc enim, ut *Pau-* *tato quan-*
lus ſcribit, quaſi de conditione pendent. Conſtat *do di. leg. ced.*
autem neque legata, neque exhæredationes, ne-
que quicquam eorum quæ teſtamento dantur, va-
lere, niſi cùm vires teſtamentum ſumpſerit. Vndè
cùm ita ſcriptum fuiſſet; Titius poſt mortem filii

13. *l. ſi ita ſcriptum §. teſtamentum, de lib. & poſth.* mei hæres eſto, filius exhæres eſto: nullius momenti teſtamentum fore à *Juliano* reſponſum fuit; quia filius poſt mortem ſuam exhæredatus eſſet: exhæredatio enim antè aditam hæreditatem effectum habere non potuit: adiri autem hæreditas antè mortem filii ſimiliter nequivit. Ex his dubitatum eſt, an ſi uxori teſtator uſumfructum omnium bonorum legaverit, & poſt mortem uxoris inſtitutus ſit Titius, legatum valeat? Et videtur non valere, cùm conditio inſtitutionis, ex qua ipſum quoque legatum pendet, antè mortem uxoris exiſtere non poſſit. Alii de facto uſumfructum apprehendi poſſe putant: alii adjectam inſtitutioni conditionem rejiciendam eſſe arbitrantur, exemplo ejus quod in hac probatum eſt ſpecie. Teſtamento ita ſcriptum fuerat; Stichus liber eſto, & poſtquam liber erit, hæres eſto: Quæſitum eſt; quid juris? *Labeo, Neratius,* & *Ariſto* reſponderunt, dictionem, *poſtquam*, rejiciendam eſſe; ſicque libertatem ſimul cum hæreditate competere, & eorum ſententia ab *Vlpiano* probata fuit. Quod ſi ſequamur, quàmvis Titio antè uxorem mortuo, hæreditas caduca non fiet. Alii inſtitutum ſtatim adminiſtrare poſſe: alii bonorum poſſe petere poſſeſſionem ſecundùm tabulas: alii conditionem hanc quam diximus, ſi adeatur hæreditas, huic legato non ineſſe; in quam ſententiam *Romanus* concedit. Porrò ſunt caſus in quibus etiam non aditâ hæreditate ex teſtamento, legata deberi dicuntur; ut ſi quis omiſſâ teſtamenti cauſâ, hæreditatem ab inteſtato cœperit poſſidere; ut eos circumveniat, quibus quid ex judicio defuncti deberi poterat: horum etenim calliditati Prætor occurrendum eſſe duxit;

9 l. quoties. §. ſi quis ita, de liber. inſt.

Conſ. 17. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſt. & l. 2. C. eo. ff. de leg. præſt. bo. poſ. con. ta. bet.

duxit, actionemque in eos pollicetur, non ſecùs quàm ſi hæreditatem adiiſſent. Exceptis quoque perſonis, bonorum poſſeſſione contrà tabulas obtentâ, legata præſtanda eſſe palàm eſt; liberis videlicèt & parentibus, uxoribus & nuribus. Sed & ſi ab inteſtato legata repetita ſint, aut codicillis cautum ſit, ut etiam hæreditate non aditâ præſtentur, idem juris erit, ac aliis quibuſdam caſibus, quos prætereo, quòd ad rem præſentem haud
44 multùm faciant. Sed & quantumvis legatum purum ſit, ad extinctionem tamen hanc habebit conditionem, ſi non à legatario repudiatum fuerit, eáque cùm ſolutiva ſit, retro trahetur. Hinc *Julianus* legato ſervo, & ipſius ſervi ſtatum, & omnia quæ perſonam ejus contingunt, in ſuſpenſo eſſe notavit: ut ſi quid per traditionem acceperit, aut ſtipulatus fuerit, aut donatum, aut legatum ei fuerit. Itaque ſi legatarius à ſe legatum repulerit, nunquam ejus fuiſſe videbitur; ſi non repulerit, ex die aditæ hæreditatis ad eum pertinuiſſe intelligetur. In fidei-

l. Titia de inoff. teſt. l. codicillis §. fi. de le. 2. l. 2. l. eo. 88. l. ſi tibi. §. cum ſervus de le. 1. aut. ex cauſa de lib. præ. gl. in l. eam quam C. de fideicom. 101. l. cum avus de cond. & de. 6. l. generaliter §. 1. C. de inſt. ſub cond. fac.

45 commiſſo autem univerſali, quod à liberis poſt mortem eorum relictum eſt, hæc tacitè intelligitur conditio, ſi ſine liberis deceſſerint. Vnde cùm avus filium ac nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet, & petiiſſet à nepote, ut ſi intrà annum xxx. moreretur, hæreditatem patruo ſuo reſtitueret, *Papinianus*, nepote intrà eam ætatem mortuo, relictis liberis, fideicommiſſi conditionem defeciſſe reſpondit: quod *Juſtinianus* etiam in naturalibus liberis locum habere conſtituit, & ſubſtitutum neαdum per filium excludi, ſed & per nepotes, nepteſque, pronepotes, & proneptes: neque in hæreditatibus id ſolùm locum voluit obtinere, ſed & in lega-

tis

tis quoque & particularibus fideicommiſſis. Præterea quod *Papinianus* in filio aut nepote hærede ſcripto reſponderat; in filia, nepte, pronepte, omniq́ue deinceps poſteritate, ſi reſtitutionis onere poſt obitum gravata ſit, procedere ſanxit, ne teſtator alienas ſucceſſiones propriis antepoſuiſſe videatur. Cæterum hoc omni legato ineſſe dicitur, ſi mortis teſta- 46
toris tempore legatarius capere poterit: non enim ſatis eſt teſtamẽti factionem cum eo eſſe cùm teſtamentum ſcribitur, ſed tunc quoque, cùm moritur teſtator, accipere eum poſſe neceſſe eſt: quod ſi tunc capere non poſſit, non ad Fiſcum pertinebit legatum, ſed extinguetur, quaſi conditione deficiente, ut *Martianus* & *Caliſtratus* notarunt. Planè ſi adjecta ſit legato conditio, hoc modo; illi cùm capere poterit, hæres ei dato; excluſa hæc erit conditio, non ſecùs atque ſuprà in hæreditatibus dictum eſt. Vndè *Vlpianus* ſi ita legatum ſit; illi quantum plurimum per legem capere poteſt, tantum dari volo; hoc ei relictum videri ſcribit, quod quandoque capere poterit. Sed & cùm ſervo ſuo, cui liberta- 47
tem ſub conditione dedit, vel quem alteri legavit, teſtator legat, ineſſe conditionem putant, ſi die ejus legati cedente, hoc eſt, cùm aditur hæreditas, aut ſui, aut alieni juris factus erit: aliàs enim tale legatum prorſùs eſt inutile. Proindè ſi talis fuerit conditio libertati adſcripta, quæ antè hæreditatis aditionem impleri non poſſit; quales hæ ſunt, ſi hæredi x. dederit, ſi poſt aditam hæreditatem capitolium aſcenderit; inutile legatum erit, ut *Iulianus* annotavit. Neceſſario autem hærede ex aſſe ſcripto, ſi conditio fuerit adjecta libertati, inutile legatum omninò erit: quia teſtatore ſtatim mortuo,

30. l. cum acutiſſimi l. de fi deicom.

l. 3. de iis quæ pro non ſcrip. l. unica §. ea enim & §. pro ſecundo C. de cad. tol.

12. l. in met allum de ju. fiſ.

53. l. ſi ita quis de le. 2.

93. l. quæſitum §. 1. de le. 1.

85. l. Julianus con. et. tit. de con. ta. rep. nu. 5. infr. nu. 56.

tuo, inutiliter cedet. Et de iſtis ſuperiùs à nobis 51. *l. talem*
48 dictum eſt, & infrà quædam. In ipſo autem legato *§. 1. de hæ.*
libertatis, hoc eſt, cùm teſtator ſervum ſuum ver- *inſt.*
bis directis liberum eſſe jubet, hæc ineſt conditio, *Inſt. eo. t.*
ſi ſuus erit cùm morietur. Vndè ſi eum vivus alie- *§. ſervus.*
narit, intercidit legatum, ut *Martianus* notavit, &
à *Iuſtiniano* probatum eſt.

49 Ceterùm ſi ponamus filiumfamil. vel ſervum
hæredes inſtitutos eſſe, & ab ipſis patri vel domi-
no quid legatum eſſe, in hoc legato tacita hæc erit
extinctiva conditio, ſi die aditæ hæreditatis ab ea
poteſtate ſoluti erunt. Ipſo namque jure legatum
valet, & à morte redit teſtatoris; ſed evaneſcit, ſi
adeuntes hæreditatem, in eadem poteſtate fuerint.
Neque obſtat regula Catoniana, quia hæreditas à
legato ſeparata eſt: licèt enim teſtator ſtatim poſt
factum teſtamentum moriatur, ſicque legati dies
patri vel domino ceſſerit; fieri tamen poteſt ſcrip- 25. *l. à filio*
tos hæredes, priuſquam adeant, ab hac poteſtate *de le. 1.* 13.
ſolutos eſſe. Itaque ſibi vel aliî domino hæredita- *l. cum le-*
tem poſteà adeundo acquirent. Quod ſi in eadem *gato quan-*
poteſtate permanſerint, extinguetur legatum: *do di. le. ce.*
hæcque eleganter à *Iuliano* & *Paulo* annotata fuêre: *Inſt. de le-*
& *Iuſtinianus* ſuis etiam inſtitutionibus inſeruit. *§. ex di-*
Idem fore *Iulianus* ſcribit, ſi à filiofamil. hærede *verſo.*
ſcripto, filio ſuo, vel fratri, vel patris ſervo lega- 93. *l. quæ-*
tum fuerit. Ampliùs *Papinianus* hoc idem probaſſe *ſitum de*
viſus eſt, ſi ipſis filiofamil. vel ſervo alieno hæ- *le. 1.*
redibus inſtitutis quid à patre vel domino legatum 11. *l. cum*
50 ſit. Sanè ex diverſo, ſi pater vel dominus hæredes *filiofa. eo.*
inſtituti ſint, eorumque filio aut ſervo quid ab his *tit.*
legatum ſit, ſecùs erit, nulliuſque momenti lega- *Inſt. de leg. §. an ſervo.* 19. *l. ubi*
tum eſſe dicetur; neque proderit, quòd vivo te- *pure ad Trebell.*

ſtatore

ſtatore de poteſtate patris vel domini exierint;
propter regulam quam diximus Catonianam : niſi
fortè fideicommiſſum his verbis relictum ſit; rogo
des filio tuo, faciaſque ut ad eum perveniat : hoc
enim caſu dilatum in tempus videbitur; quo cape-
re poterit, & ſui juris erit, ut *Paulus* & *Vlpianus*
notarunt. Sed & ſi pluribus hæredibus inſtitutis 51
uni quid legatum ſit pro parte ſua; inerit con-
ditio, ſi hæreditatem repudiaverit : niſi enim re-
pudiet hæreditatem, legatum non ſubſiſtet : hæ-
redi enim à ſeipſo legari nequit. Proindè, ſi antè
repudiationem moriatur, legatum non tranſmit-
tet : Catoniana autem regula, an huic legato ob-
ſtet, poſteà dicemus. Hæc prætereà legatis in-
eſſe dicitur conditio : Si legatarius in eodem ſtatu 52
permanſerit. Vndè ſi uxori aurum quod ejus cau-
ſâ paratum fuerat, legatum ſit, *Proculus* non debe-
ri legatum reſpondit; ſi mortis tempore uxor non
fuiſſet. Et ab *Vlpiano Proculi* ſententia probata eſt.
Caſſius tamen hoc ita verum eſſe admonet, ſi te-
ſtatoris voluntas non refragetur : potuit enim, in-
quit, nec repudiatæ adimere legatum voluiſſe.
Huic vicinum eſt quod *Scævola* ſcribit; Quamvis
teſtamento nulla exigendæ aut præſtandæ cautio-
nis commemoratio facta ſit, eam tamen intelligi
poſſe, ſi is apud quem pecunia interim eſſe debeat,
ſolvendo eſſe deſierit. Eòdem ſpectat quod dicitur,
legata & fideicommiſſa adempta videri, ſi capitales
vel graviſſimæ inimicitiæ interceſſerint inter teſta-
torem & legatarium. Sed & aliæ ſunt cauſæ ex qui-
bus legatarius à legato repellitur, licèt expreſſè
ademptum non ſit : Quas omnes per tacitas con-
ditiones ſaltem extinctivas legato ineſſe dicere poſ-

ſimus

11. l. fidei-commiſſa §. ſi filio de leg. 3.
89. l. filio pater & ibi glo. de le. 1.
17. l. qui filiabus §. fi. cum l. ſeq. eo. tit.
77. l. miles §. 1. de le. 2.
8. l. cum reſpon. C. de le.
47. l. item legato §. ſi uxori, de le. 3.
l. 3. de au. & arg. leg.
21. l. liberto §. largius de ann. leg.
l. 3. §. fi. & 22. l. ex parte, de ad. leg. 9. l. ſi inimicitiæ de iis quib. ut indig.
l. 1. de iis quib. ut indig.
l. 2. eod. tit.

ſimus. Quid enim ſi legatarius teſtatorem detulerit poſt mortem, ut mercis illicitæ negotiatorem? Quid ſi bonorum poſſeſſionem contrà tabulas petierit? Quid ſi teſtamentum falſi accuſaverit? Quid ſi tutor datus à tutela ſe excuſaverit? Quid ſi fidem ſuam in fraudem legis accommodavit? Quid ſi defuncti mortem non vindicet, &c. Cæterùm ſi fru-
53 ctus aut partus futurus legatus ſit, tacitè hanc conditionem ineſſe dicimus, ſi naſcantur: ideoque non natis, ut re peremptâ, hæredem liberari. Ineſt, inquit *Vlpianus*, legatis conditio; veluti cùm ita legamus; quod ex Arethuſa natum erit, hæres dato, aut fructus futuros qui ex eo fundo percepti erunt: idemque à *Papiniano* probatum eſt. Et hæc de primi anni fructibus & partu accipienda ſunt. Et *Julianus*, ſi certus numerus amphorarum vini legatus ſit, ex eo quod in fundo Semproniano natum erit; ſi minùs natum fuerit, non tamen ampliùs deberi reſpondit, quàm natum ſit. Et cùm hæ conditiones non ex teſtamento, ſed extrinſecùs procedant, ſtatim à morte cedit ejus legati dies, & ad hæredem tranſmittitur; licèt interim legatario mortuo: ſed excluditur actio, ſi nihil naſcatur. Ampliùs, quod notatu perdignum eſt, ſi ita legatum ſit, Stichum vel quod ex Pamphila natum erit, hæres meus illi dato; utraque pars ſub conditione eſſe dicetur, & quidem ſuſpenſivâ hâc, ſi eò ventum fuerit, ut electioni locus eſſe poſſit: adeò ut ſi legatarius è vita deceſſerit priuſquam aliquid ex Pamphila natum ſit; neque Stichi legatum ad hæredem ſuum tranſmiſerit.

5. *l. poſt legatum eod. ti. §. amittere.* 10. *l. in fraudem eod. tit.* 17. *l. hæredem eo. ti. l. 1. §. fi. de cond. & de.* 25. *l. cum illud §. 1. quando di. le. ce.* 5. *l. cum certus de tri. vi. & obli. leg.*

ſup. de pende. condit. nu. 47. *Bar. in d. l. cum illud quando di. leg. ced.*

54 Ad extinctionem quoque legati ſaltem ex parte, ineſſe dicere poſſumus, ſi non Falcidia intercedat:

totis tit. de le. fal.

Hh ecquis

ecquis enim neſcit hâc interveniente legata reſecari? Atque hæc de legatis. In tutoris autem da- 55
tione has intelligi conditiones autumant: Si teſtator in eadem voluntate perſtiterit, datique tutoris conditio mutata non ſit. Vnde ſi facultates ejus diminutæ ſint, vel morum celata emerſerit improbitas; aut inimicitiæ cum patre exarſerint, vel cum fiſco contractum damnoſum inierit, à Prætore confirmandum non eſſe *Tryphonius* admonuit, & idem à *Modeſtino* probatum eſt. Sed & ſi teſtator ſervum alienum purè tutorem dederit, hanc ineſſe *Vlpianus* tradidit conditionem, cùm liber erit. Quin ex eo quòd tutor ſimpliciter datus eſt, fideicommiſſariam libertatem relictam videri putat. Quod pupilli favore publicæque utilitatis gratiâ receptum eſſe creditur, & à Divis Imperatoribus *Valeriano* & *Diocletiano* comprobatum eſt: ſi modò teſtator conditionem hujus ſervi non ignoraverit, neque voluntas ejus refragetur. Et ſecundùm hæc interpretandum eſſe puto, quod alibi *Juſtinianus* ſcribit, ſervum alienum purè inutiliter teſtamento tutorem dari; ſic autem rectè dari, cùm liber erit. Proprio autem teſtatoris ſervo teſtamento tutore dato, libertatem ſimul datam videri, juris fictione obtinuit, quando ſine hâc tutoris datio inutilis futura fuerat. Adeò hæc, ut *Juſtinianus* conditionem illam, cùm liber erit, in proprio ſervo non admittendam eſſe putarit. Sed & in eo circà proprium ſervum diſcrepatum eſt, quòd *Ulpianus*, *Valerianus*, & *Diocletianus* per fideicommiſſum libertatem datam videri crediderunt: *Juſtinianus* verò directè. Cæterùm ſi furioſus purè teſtamento tutor datus ſit, *Proculus* non rectè datum videri putabat.

8. l. in confirmando, de confir. tuto.

l. 4. §. 1. de teſt. tute.

10. l. ſi hæreditas §. fi. de teſt. tute.

9. l. etſi C. de fideico. lib.

Inſtit. qui teſt. tuto. da poſſ. §. ſervus autem d. l. & fi. d. §. ſervus autem.

Pom-

Pomponius contrà valere dationem, quaſi ſub hac conditione datus ſit, cùm ſapere cœperit: quæ ſententia à *Juſtiniano* probata eſt, idemque fore ſcribit, ſi minor viginti quinque annis tutor datus fuerit: quaſi adjectâ hac conditione, cùm major factus erit. Potuiſſem alias tacitæ conditionis adſcribere ſpecies, niſi has ſufficere putaſſem. Atque etiam ex ſuperioribus liquere puto, quid tacita conditio operetur, aut quis ejus ſit effectus, dum

d. l. ſi hæreditas §. pe. Inſtit. qui teſt. tuto. da. poſſ. §. furioſus.

56 pendet; quis dum extitit; quis, ſi defecerit. Quæ tamen, ut clariora ſint, notandum eſt, alia ex præſumpta quadam agentis mente ineſſe videri, alia verò ex neceſſitate actûs, ut ſine quibus quod agitur conſiſtere nequeat. Ex præſumpta agentis mente inſunt, veluti in fideicommiſſo, quòd à liberis cùm morientur relictum eſt; ſi ipſi ſine filiis deceſſerint; ſi legatarius in eodem ſtatu permanſerit; ſi non inimicitiæ inter teſtatorem, & eum intervenerint; ſi ab adverſario fides ſervabitur; ſi pacto pro ſe adjecto contrahens uti volet, ut in lege commiſſoria: ſi pecunia numerabitur, in cautione de mutuo, vel de dote reddenda. In generali hypotheca; ſi ſpecialis non ſufficiat: ſi non enormis læſio inferatur, in compromiſſis, ac id genus aliis, de quibus latiùs à nobis ſcriptum eſt: atque hæc obligationem magis per exceptionem elidunt, quàm ortum ejus impediunt. Ex naturâ verò actûs ſic inſunt quædam, ut niſi extiterint hæ conditiones, nedum intereat actus, ſed nec ſubſtitiſſe dicatur, veluti in hærede ſcripto, & legatario; ſi teſtatorem ſupervixerint; ſi capere poterunt; ſi volet hæres eſſe qui inſtitutus eſt; ſi hæreditas adeatur, pro legatis; ſi mea res fiat. In generali bonorum obligatione pro

futuris: & in tacita hypotheca, ſi quando invecta fuerint.

Aliæ verò conditiones ſic inſunt tacitè, ut obligationis ortum non differant; ſed ſi deficiant, eam reſolvunt, & liberant, ut in fructibus futuris legatis, aut venditis; hos non præſtari, ſi non naſcantur: conſtat enim hîc vendentem ſtatim obligatum eſſe, & decedentem legatarium antè fructus natos, legatum ad hæredem ſuum tranſmittere; verùm ſi nihil naſcatur, nihil præſtandum eſſe: Idemque obtinet in ſtipulatione, quæ dotis cauſâ fit; cui licèt inſit conditio, ſi nuptiæ ſequantur, is tamen qui pecuniam promiſit, ſtatim obligatus eſſe dicitur: verùm deficiente conditione, evaneſcit hæc obligatio, ut *Paulus* notavit. Aliæ verò conditiones ita ex natura actûs inſunt, ut exiſtentes valident, quod aliàs inutile futurum fuerat; veluti, ſi, ut ſuperiùs dictum eſt, uni ex hæredibus teſtator centum legaverit: in ea enim parte quam à ſe accepturus ſit, conſtat legatum eſſe inutile, cùm nemini à ſeipſo legari poſſit: exiſtente tamen conditione quæ tacitè huic legato ineſt, iſtâ videlicèt, ſi hæreditatem repudiaverit, convaleſcet legatum. Rurſùs ſi ſervi mihi à teſtatore data ſit electio, & uni ex ſervis, puta Sticho, idem teſtator centum legaverit, certè legatum hoc inutile erit, quia ſervo proprio legari non poteſt, niſi aut libertas ei data ſit, aut is alteri legatus ſit. Stichum autem mihi legatum eſſe dici non poteſt antè optionem factam, optari verò non poteſt antè mortem teſtatoris, ejuſque hæreditate demùm aditâ, quo fit, ut hujus legati dies inutiliter cedat. Enimverò exiſtente tacitâ conditione quæ huic legato ineſt, iſtâ videlicèt, ſi poſt

mor-

mortem teſtatoris antè hæreditatem aditam tota ſervorum familia ad hunc unum Stichum redigatur, convaleſcet legatum: nam optione mihi datâ, ſi unus ſervus eſſe cœperit, hunc mihi deberi certum eſt. 14. *l. ſi uſusfructus eod. tit.*

57 Sed in hac poſtrema conditionum ſpecie de regula Catoniana dubitatum eſt, an hæc videlicèt regula per tacitam conditionem excludatur? Et arbitramur, ſi talis ſit conditio, ut poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem impleri poſſit; Regulæ Catonianæ locum non fore; aliâs verò ſecùs eſſe. Ponamus libertatem ſervo ſub hac conditione datam eſſe, ſi decem hæredi dederit, ipſique ſervo quid præſenti legatum eſſe die, ut libertatis conditio in hoc legato tacitè repetita non fingatur; certè inutile erit legatum, quia ſervo proprio ſine libertate præſenti die legare non poſſumus: nec prodeſt libertatem datam eſſe, quia conditio ſub qua data eſt, antè aditam hæreditatem impleri nequit; hæres enim nemo eſt priuſquam adierit, ut non proſit conditio, quæ huic legato tacitè ineſt hæc, ſi tempore aditæ hæreditatis ſui juris erit. 93. *l. quæſitum §. 1. de le. 1.* At ſi talis adjecta ſit libertati conditio, quæ teſtatore ſtatim poſt teſtamentum moriente, antè aditam hæreditatem impleri poſſit, veluti ſi Titio decem dederit, aut ſi capitolium aſcenderit, valebit legatum, neque obſtabit Catonis regula, propter tacitam conditionem quam diximus, & quod libertatis conditio antè aditionem hæreditatis impleri poſſit, ut *Julianus* notavit; idemque à *Martiano* & *Ulpiano* probatum eſt. 85. *l. Julianus noſter, de con. & de.* In eandem ſententiam *Paulus*; Si optio ſervi mihi legata ſit, & Sticho teſtator ſine libertate aliquid legaverit, legatum valere ſcripſit, ſi mortuo ſtatim teſtatore antè aditam 8. *l. nam cum libertas quando di. leg. ced.*

 hæ-

13. l. ſi optio, de op. le.
16. l. optione. eod. tit.

hæreditatem impleri poſſit conditio, ex qua tacitè tale legatum pendeat, hæc, ſi mihi Stichus in legatum cedat; quod fiet, ſi voluntarius aliquis hæres ſcriptus ſit, & teſtatore mortuo, ante aditam hæreditatem omnes ſervi præter Stichum deceſſerint, ut optio ad hunc ſolum redigatur: conſtat hîc enim ſpatium aliquod intermedium eſſe, inter mortem teſtatoris & hæreditatis aditionem; aliter atque ſi neceſſarius hæres ſcriptus ſit, quia tunc nullus implendæ conditionis locus eſſet poſt teſtatoris mortem, antè hæreditatem aditam. Et hæc de tacitâ conditione ſufficiant.

TITVLVS SECVNDVS

De impoſſibilis Conditionis viribus.

SVMMARIVM.

1. *Quid in contractibus impoſsibilis conditio operetur?*
2. *Quid temporis anguſtia?*
3. *Matrimonii contractũ impoſsibilis conditionis adjectione vitiari, exemplo aliorum contractuum. παράδοξον.*
4. *Sententiam vitiari, impoſsibili conditione adjectâ.*
5. *Conditiones ſolo facto impoſsibiles, non vitiare contractus.*
6. *De teſtamentis conditiones turpes rejici.*
7. *De viduitatis conditione.*
8. *De jurisjurandi conditione.*
9. *Remiſſâ conditione jurisjurandi faciendum tamen eſſe, quod conditione comprehenſum fuit.*
10. *Cõditiones naturâ impoſ-*

poſsibiles, de teſtamentis rejici.

11. *Temporis anguſtiam de legatis rejici.*

12. *De mortis cauſâ donatione impoſsibiles cōditiones rejici.*

13. *Nova ratio, cur de teſtamentis turpes vel impoſsibiles rejiciantur.*

14. *Quibus caſibus, impoſsibiles conditiones de teſtamentis non rejiciantur.*

15. *Conditiones facto impoſsibiles, non rejici de teſtamentis.*

16. *Perplexas conditiones vitiare teſtamenta.*

IMpoſſibilis conditio quæ dicatur, & quàm variæ ejus ſint ſpecies, ſuperiùs à nobis dictum eſt, eamque non propriè conditionem appellari. Verùm ut hæc, ſunt tamen de iſtarum viribus ſeparatim quædam à jureconſultis tradita, quæ hoc capite per-
1. ſtringenda eſſe putavi. Atque in contractibus ut impoſſibilium rerum nulla ſtipulatio eſt; veluti ſi quis Stichum qui mortuus ſit, dari ſibi ſtipuletur; ut nec pœna debeatur, ſi quæ fortaſsis adjecta ſit, ſi is datus non eſſet: ita contractus omnes vitiari ajunt, ſi ſub impoſſibili conditione ſint initi, ſive naturâ, ſive lege impoſſibilis ſit. Quando enim certum eſt, exiſtere conditionem non poſſe, conſequens eſt, nec obligationem naſci poſſe, quæ ex conditione pendeat. Adeoque impoſſibilis conditio contractus vitiat, ut nec naturalis obligatio ex tali contractu produci dicatur, imò nec officium judicis; ut nec fidejuſſor, ſi fortè acceſſerit, obſtrictus ſit, neque referat, an ſtricti juris ſit contractus, an bonæ fidei. Nam generaliter ſub impoſſibili conditione factam ſtipulationem *Paulus* inuti-

tit. de con. varietate nu. 14. l. ſi ita ſtipulatus 69. l. ſi homo mortuus. l. impoſsibilium de re. ju. 30. l. ſub impoſsibili, de fidejuſſ. l. 1. §. idem juris de act. 7. l. impoſſibilis, de verb. ob. Inſt. de inutil. ſtip. §. ſi impoſsibilis. l. certi condictio §. idem quæri ſi cer. pe.

 lem

137. l. continuus §. cum quis, de verb. ob. lem eſſe ſcribit: et idem à *Iuſtiniano* probatum eſt. *Vlpianus* item, ſi pecuniam quam tibi mutuo dedi, ſub impoſſibili conditione ſtipulatus fuero, nullam fore ſtipulationem notavit, ideoque conditionem manere ex mutuo. Et *Venulejus* ſub hac conditione factam ſtipulationem, ſi rem ſacram aut religioſam Titius vendiderit, vel ſi forum vel baſilicam aut rem aliam publicis uſibus perpetuò relictam, nullius momenti fore notat, quod actum eſt; non minùs quàm ſi inſerta eſſet conditio naturâ impoſſibilis: nec referre ait, quod earum rerum ſtatus mutari poſſit, & ſic poſſibile fieri quod ſtipulationis tempore impoſſibile fuerat; cùm ſtipu-
l. inter ſtipulatem §. ſacram de verb. obli. lationes ex præſenti die æſtimandæ ſint, ut nec ſacram rem vel religioſam, aut uſibus publicis perpetuò dicatam, aut hominem liberum, ut *Vlpianus* ſcribit, ſub conditione ſtipulari poſſimus. Non obtinent hæc, ſi turpis conditio in pœnam ſtipulationi adjecta ſit, hoc modo; ſi hominem interfeceris, centum dare ſpondes? Nam & ſi mulier ita à viro ſtipulata ſit, ſi tempore matrimonii concubinæ conſuetudinem repetieris, ducenta dare ſpon-
21. l. ex ea. de verb. ob. des? nihil eſſe, *Papinianus* reſpondit, quò minùs mulier, exiſtente conditione, ex ſtipulatu agere
30. l. non ſolum de actio & ob. glo. ibi. poſſit. Sed nec ſtipulationes ſolùm, ut diximus, adjectâ conditione impoſſibili, inutiles ſunt; verùm alii quoque contractus, ut emptionis & loca-
25. l. donatio, de don. & to. tionis: idque à *Martiano* notatum eſt. In iis enim quæ duorum pluriùmve conſenſu peraguntur, om-
1. de cond. ob. cauſam glo. in l. nium voluntates ſpectari æquum eſt; atque veroſimile eſt contrahentium eam eſſe cogitationem, ut nihil agi exiſtiment conditione appoſitâ, quam

ſciant

ſciant eſſe impoſſibilem : imò etſi putent poſſibi-
2. lem, idem juris eſſe *Accurſius* admonuit. Eoque im-
poſſibiles conditiones à modis impoſſibilibus di-
ſtingui poſſunt, quos non vitiare contractus, ſed
rejici, juri conſentaneum eſt. Enimverò, ſi non
ipſa conditio impoſſibilis ſit, ſed tam anguſtum
tempus adjectum ſit, ut intrà illud impleri nequeat,
non vitiari contractum ajunt, ſi bonæ fidei ſit, ſed
ipſam temporis anguſtiam ad juſtum modum re-
duci: At ſi ſtricti juris ſit, ſecùs eſſe. Vnde ſi quis
Romæ exiſtens ſic ſtipuletur; hodie Carthagine
dare ſpondes? inutilem ſtipulationem eſſe putant:
3. Atque de hac anguſtia aliquando dictum eſt. De
matrimonii contractu videamus, an & hic adjectâ
conditione impoſsibili vel turpi vitietur, cùm niſi
duorum conſenſu contrahatur. Et ſolent Cano-
num interpretes diſtinguere, an conditio contrà
matrimonii naturam ſit, an non: priore caſu vitia-
ri, nullaſque cenſeri nuptias; poſteriore ſubſiſtere,
ipſamque conditionem pro non adjecta eſſe, eaque
omnium eſt ſententia. Hoc itaque modo contra-
ctas nuptias, ſi cœlum digito tetigeris, ſi Sejum
occideris, fidem tibi do; tenere ajunt, conditio-
nemque rejici, matrimonii favore, exemplo ejus
quod in teſtamentis obtinuit, de quo poſteà di-
cetur. Sponſalia item ſub turpi conditione contra-
cta, valere, conditione rejectâ, adſeverant. Imò
& hoc modo fide à viro datâ, ſi ipſe cœlum digito
tetigiſſet, aut mare ebibiſſet, idem fore arbitran-
tur: quòd generaliter à *Gregorio* IX. Pontifice
Maximo conſtitutum putent, adſcriptas matrimo-
nio impoſſibiles turpéſve conditiones, ſi contrà
ſubſtantiam ejus ſint, irritas facere nuptias, ſin mi-

cum donationibus C. de tranſac. 61 l. inſulam §. 1. loca. Inſt. de verb. ob. §. loca. & l. fi. §. ſi inter. eod. tit. & l. 3. de eod. quod cer. lo. tit. de cond. var. nu. 15.

glo. in c. ſolet. 32. q. 2. glo in c. fi. de con. appoſ.

glo. in c. tinnico §. fi. de ſpon. 6.

c. fi. de con. appoſ.

nùs

Repet. d. c. ſi.

nùs matrimonii favore pro non adjectis eſſe. Enimverò quòd iſtud cujuſque hominis ſanæ mentis judicio adverſetur, naturalique rationi contrarium ſit, probè ac conſultè facturos eos qui concionibus præſunt, ſi hæc frequentiùs plebeculæ aperiant, ne quis imprudens in juris incidat laqueos, *Ioannes Andreæ* in ſuis commentariis admonuit. Ex regia ſententia ſcilicèt? an etiam jus laquei inſtar, aut loco eſſe debeat. Certè hæc ſententia vel à mulieribus rideri ſolet, & reverà mihi ſemper diſplicuit, quò quis præter mentem ac ſine conſenſu nuptiis implicetur; neque talis legum interpretatio admittenda eſt, quæ expreſſam ejus arguat iniquitatem: imò ut quidam celebriter ait. οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἀλλὰ ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. Dixeris matrimonii favorem id expoſtulare; vel, ut alibi *Zaſius* ſcripſit, ne ſimplices puellæ decipiantur. Certè ut conſervetur matrimonium ſemel ritè contractum, ſummoperè innitendum eſt, hocque debent leges favoribus promovere: verùm ut introducamus matrimonium ubi conſenſus deeſt, ab omni ratione alienum puto. Neque puellarum captio eſt, ubi verba apertè utriuſque conſenſum deeſſe ſignificant, nihilque actum eſſe contrahentium quilibet intelligit. Quòd in teſtamentis obtinuerit, conditiones impoſſibiles rejici, alia eſt ratio: non enim ejus favore id factum eſt, ut poſteà dicemus. Adhæc conſtat teſtamenta unius duntaxàt voluntate conſiſtere; matrimonia autem non aliter, quàm duorum conſenſu, ut etiam meritò communi contractuum regulæ, cujus ſuprà meminimus, debeant ſubjacere. Neque admitten-

Lucianus in abdicato.

In L. impoſſibilis de verb. obli.

mittendum puto, quod nonnulli ajunt, jus fingere conſenſum adeſſe, quòd in re aperta fictioni locus eſſe non debeat: nam ſi verum fateamur, qui hujuſmòdi conditionem adjicit, apertè demonſtrat ſe nuptiis conſentire nolle. Supèreſt ut ad *Gregorii* conſtitutionem reſpondeamus, quod perfacile factu eſſe arbitramur. Nam quod is ſcripſit, in modis, non in conditionibus accipiendum eſt; aut ſi mavis, in conditionibus ſolutivis, non autem ſuſpenſivis: idque ex ipſis ſpeciebus quas adfert, ad oculum patet. Scribit conditiones has, ſi generationem prolis evites, donec digniorem invenero, ſi pro quæſtu adulterandam te tradideris, matrimonii contractum vitiare. Sed hos modos eſſe, aut ſolutivas matrimonii conditiones, nemo negare poteſt: matrimonium enim non præcedunt, ſed ſequuntur; prolem enim nulla vitare, neque adulterandam ſe præbere poteſt, niſi nupta ſit; & qui dicit, donec te digniorem invenero, jam poſt nuptias ſe invenire velle demonſtrat. Suſpenſivæ autem conditionis natura eſt, actum non ſequi, ſed præcedere: ut in definienda conditione explicatum eſt. Porrò ſi quis ita mulieri fidem dederit, ut patrem occidat, vel ut lunam de cœlo trahat: quia hic modus eſt qui poſt matrimonium impleri debeat, peræquum fuerit, prò non adjecto eſſe, neque propterea à matrimonio diſcedendi facultatem eſſe, quòd talis modus impletus non ſit: hocque eſt quod *Gregorius* ſubdit, alias conditiones matrimonio appoſitas, ſi turpes aut impoſſibiles ſint, propter favorem matrimonii, pro non adjectis haberi: quando enim in priore orationis parte de modo aut ſolutiva conditione locutus fuit, poſterior ad

g. in. c. inituatur. 27. q. 2.

ſimilia

ſimilia referenda eſt. Solutiva ſanè conditio in matrimonii cauſa odii plurimùm habet, 'ne dicam impoſſibilitatem. Neque hîc novum videri debet, conditionis verbum pro modo poſitum eſſe: quando ſuperiùs id frequens eſſe oſtendimus. Sicque accipi oportet quod dicitur; Si quis ſub conditionis nomine aliquam deſponſaverit, & eam relinquere voluerit, conditio frangatur, & deſponſatio teneat; & cùm dicitur non tenere matrimonium ſub hac contractum conditione, tecum contraho uſque ad annos tres, vel, ſi venenum biberis ſterilitatis: & cùm monachatum tenere ajunt, ſub hac conditione, ut proprium habere poſſim. Sed ut ad rem revertamur: quid ſi contrahentes nuptias, impoſſibilem conditionem adjecerint, cùm eam putarent poſſibilem eſſe? Quidam contraxit matrimonium, ſi pater ejus conſentiret: pater jam è vivis deceſſerat, cùm id filius ignoraret, an teneat matrimonium? *Vincentius* & *Guilielmus* non tenere putant, *Ioannes Andreæ* contrà; ego illorum ſententiam veriorem puto: & ſuprà ex *Accurſio* diximus non referre, an contrahentes ſciant conditionem impoſſibilem, an id ignorent. Quòd autem modus impoſſibilis, ſi ſubſtantiæ matrimonii adverſetur, ipſas ab initio nuptias irritas faciat, ea poteſt eſſe ratio, quòd per hujuſmodi pactiones contrà rei ſubſtantiam pugnantes, demonſtratur paciſcentem contrahere nullâ ratione voluiſſe; aliter atque ſi modus nuptiarum ſubſtantiæ non adverſetur, quamvis ipſe impleri non poſſit. De donatione autem quæ mortis cauſâ fit, quid ſit juris, poſteà dicemus. Sententias autem impoſſibilis conditionis adjectione vitiari, frequentiori probatum 4.

tit. quid ſit conditio, c. 1. de con. appoſ. 27. q. 2. c. quicunque.

glo. in c. ſolet. 32. q. 2. glo. in d. c. ſi.

In c. ſuper eo. de cond. appoſ.

l. ſi. de ſen. quæ ſi ap. Bald. in l. impoſſibilis, de ver. ob.

eſt

eſt calculo, licèt nonnulli in diverſa ſententia eſſe
5. ferantur. Porrò quæ à nobis de impoſſibili con-
ditione dicta ſunt, ad eas trahendum non eſt, quæ 136. l. continuus §.
ab impedimento naturali recedunt, ſed facultatem illud. eo: t.
dandi reſpiciunt; tales enim contractus inutiles
non faciunt: veluti ſi quis centum ab eo ſtipulatus
ſit, qui neque domi habeat, neque creditorem in-
veniat. Et ſi ab eo ſtipulatus ſim qui efficere non
poſſit, jure factam ſtipulationem *Sabinus* ſcribit; §. ſi ab. eo.
ut tamen eorum quæ ſuprà à nobis de temporis
anguſtiâ dicta ſunt, meminerimus. Atque hæc de
contractibus. Videamus quid in teſtamentis con-
ditiones, aut turpes, aut impoſſibiles operentur.

6. Et principiò quod ad turpes conditiones atti-
net, non dubitari *Marcellus* ſcribit, quin de teſta- 20. l. non
mentis rejiciendæ ſint. Et *Paulus*, quæ contrà bo- dubitamus
nos mores ſunt, veluti, ſi quis patrem ſuum ab de cond. &
hoſtibus non redemerit, ſi parentibus aut patronis de.
alimenta non præſtiterit; & ut *Martianus*, ſi quis 9. l. conditiones, de
teſtamento facere juſſus ſit, quod contrà jus eſt, cond, inſt.
vel mores bonos, vel contrà edictum Prætoris,
hæc omnia pro non ſcriptis habentur. Hinc Divi 115. l. ſi
Valerius & *Galienus* Imperatores uxori adſcriptam quis inqui-
conditionem, ſi à marito diverterit, rejiciendam linos §. ſi
putavêre: cumque mater filiæ talem conditionem qui de le. 1.
propoſuiſſet, reprehendendam potiùs eſſe filiam
quæ matri paruerat, quàm laudandam reſcripſe- 5. l. reprehendenda
runt: debuerat enim, inquiunt, maritalem con- C. de inſt.
cordiam lucro præferre: enimverò ſine damno con- ſub cond.
junctionem retinere potuiſſe; idemque à *Diocletia-* fac.
no & *Maximiano* probatum fuit. Similiter in hac 18. l. cum
ſpecie; Titius ſi reliquias meas in mare projecerit, te C. de
hæres eſto; conditionem rejici, & laudandum ma- inoff. teſt.

gis

l.pe.de con. inſt. gis quàm accuſandum hæredem, qui huic conditioni non paruit, ſed in humanæ conditionis memoriam ſepulturæ tradidit, à *Modeſtino* notatum

14.l.conditiones eo.t. eſt. Et in univerſum *Martianus* conditiones omnes quæ contrà Imperatorum edicta, aut contrà leges, aut contrà mores bonos, aut deriſoriæ ſunt, & quas Prætor improbat, pro non ſcriptis haberi tradidit, perindeque eos quibus adſcriptæ ſunt,

63.l.facta. §. ſi ſub conditione ad Trebell. hæreditatem aut legatum accipere poſſe, atque ſi adſcriptæ tales conditiones non fuiſſent. Quod vel tunc obtinet, cùm ſcriptus ſub tali conditione hæreditatem alteri reſtituere juſſus eſt. Sed & ſi quæ in fraudem legis adjecta ſit, idem juris erit. Vndè

7.l. ſi quis ſub conditione, de cond. inſt. *Pomponius*, cùm duo ita hæredes ſcripti fuiſſent, ſi caviſſent invicem legata quæ teſtamento relicta erant, ſoluturos; rejici conditionem tradidit, quia in fraudem, inquit, legis adſcripta videtur, quæ legata quoſdam accipere vetabat. Hac item in ſpecie; Sejus & Augerius, ſi intrà diem xxx. mortis meæ Reipub. caverint, contentos ſe futuros tot au-

27.l. Sejus ad le.fal. reis, legis Falcidiæ beneficio omiſſo, hæredes mihi ſunto; *Scævola* rejici ſcripſit conditionem inſtitutoſque non ſecùs adire poſſe, atque ſi conditio quæ in fraudem legis Falcidiæ adjecta fuit, adjecta non

30. l. ſi à milite §. edictum, de mil. teſt. eſſet. Sed & de militis teſtamento rejici conditiones turpes, à *Martiano* notatum eſt. Secundùm 7.

l. 2. C. de indic. vi. toll. hæc viduitatis conditionem rejiciendam eſſe, ſi quid ita mulieri relictum ſit, ſi non nupſerit, & veteres, & *Iuſtinianus* putavit, ſublatâ lege Iuliâ Miſcellâ; nec admiſſâ cautione quæ in negativis conditionibus adhiberi ſolet. Atque hæc etiam poſt primas nuptias locum habere, *Iuſtiniano* placuerat, ſi quidem ex ſecundis nuptiis ſobolis procrean-

creandæ ſpes eſſe poſſit; quod tamen poſteà ab eodem Imperatore mutatum eſt, viduitatiſque conditiones poſt primas mulierum nuptias admittendas putavit, ſive à priore marito, ſive ab extraneo fuerint adſcriptæ. Sed & ſi hoc modo viduitatis conditio mulieri adſcripta ſit, ſi à liberis non nupſerit (ut apud Homerum, ἠὲ μένει παρὰ παιδὶ καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσει) annuum ei tantundem do; *Julianus* remittendam eſſe conditionem tradidit, mulieremque vel poſt nuptias legatum petere poſſe. Sanè ſi à liberis impuberibus juſſa ſit, non nubere: impuberum favore, ipſe & *Neratius* valere conditionem tradiderunt. Cæterùm ſi mulieri legatum ſit, ſub ea conditione, ſi non nupſiſſet, ejuſque fidei commiſſum, ut Titio, ſi nupſerit, reſtituat: *Iulianus* etiamſi nupſerit, legatum petere poſſe putavit, neque fideicommiſſo obſtrictam fore: ut non rectè *Cajus* ſcripſiſſe videatur, hoc caſu mulierem reſtituere cogendam eſſe. Quod autem *Paulus*, cùm mulieri quoad vidua eſſet, Stichi ſervi uſusfructus legatus fuiſſet, & ſi nupſiſſet, Stichus liber eſſe juſſus eſſet; non rejici conditionem dixit, ſed Stichum liberum fore nuptiis à muliere contractis; libertatis favore dictum arbitror, quem favori nuptiarum præferendum eſſe duxit. Has verò conditiones ſi Titio non nupſerit; ſi neque Titio nupſerit, neque Sejo, neque Mævio, admittendas eſſe *Cajus* arbitratus eſt; etiamſi plures perſonæ comprehenſæ ſint, nec eſſe quòd videatur per talem conditionem viduitas indicta, cùm aliî ſatis commodè nubere poſſit. Quòd ſi mulieri ita legatum ſit, Meviæ ſi non nupſerit, cùm morietur fundum do lego; an nubens ſtatim ad legatum admittenda

aut. cuire. luctum eo. tit.

l. 1. eo. tit.

61. l. ſed ſi hoc §. fi. de cond. & de.

22. l. quoties eo. tit.

14. l. non ſolum de leg. 3.

95. l. Titio uſusfructus, de cond. & de.

62. l. cum ita eo. tit.

71. l. cum tenda ſit, an verò mors expectari debeat, haud
tale §. Me- immeritò poterat dubitari: ſed *Papinianus* confe-
via. eo. tit. ſtim admittendam ſcribit. Et cùm teſtator Titiæ ſi
99. l. Titia non nupſerit, ducenta, ſi nupſerit, centum legaſſet,
eod. tit. CC. ei, etiamſi nupſerit, deberi. Quin poſterio-
ra C. petere poſſe videbatur: quia eorum extitit
conditio. Sed hoc *Papinianus* negat, ridiculum fo-
re putans eandem, & ut viduam, & ut nuptam, le-
gatum petere poſſe. Quid ſi patri legetur, ſi filia
quam in poteſtate habet, non nupſerit? Reſpondet
78. l. hæres *Papinianus* in fraudem legis, ad impediendas nup-
meus §. ſi. tias id factum videri, idemque eſſe, ſi filiofamil. ita
eod. tit. legatum ſit, ſi pater ejus uxorem non duxerit.
Quin ſi Titio hæres centum dare juſſerit, ſi Seja
non nupſiſſet, eaque Titius Sejæ reſtituere roga-
tus ſit, rejici conditionem *Papinianus* notavit; quia
76. l. avia ad mulierem redit: licèt itaque mulier nubat, die
§. Titio ſi. tamen legati cedente, fideicommiſſum petere po-
eod. tit. terit. Sed & ſi quis mulieri hæreditatem reſtituere
rogatus ſit, ſi ipſa non nupſiſſet; cogendum adire,
mulierique vel nubenti hæreditatem reſtituere *Me-*
65. l. ſervo *tianus* admonuit. Secundùm hæc, ſi mulieri & Ti-
§. ſi teſta- tio uſusfructus ſub conditione, ſi non nupſerit
tor ad Tre- mulier, legatus ſit, nubens mulier non ſecùs par-
bell. te ſui uſusfructûs utetur, quàm ſi nupta non eſſet;
Titius verò conditione defectus erit. Quod tamen
accreſcendi jure mulieri non proderit, tametſi
conjuncti ſint: ſatis enim fuit mulieri tantum con-
cedere, conditione ſpretâ, quantum habuiſſet, ſi
75. l. mu- conditioni paritum fuiſſet. Ideoque quamdiu Ti-
lieri & Ti- tius vixerit, dimidiæ duntaxàt partis uſusfructus
tio, de con. ad mulierem pertinebit; nec ſi Titius qui condi-
& de. tione defectus erat, legatum repudiet, ea res mu-
lieri

lieri commodum adferet. Repudiatio enim nulla eſt ejus rei quam habere non potuit. Et licèt hæc conditio, ſi Titio non nupſerit, valida ſit, ut ſuprà admonuimus; hanc tamen, ſi Aritiæ non nupſerit, rejiciendam eſſe, *Neratius* tradidit, ſiquidem in fraudem adjecta ſit, quòd alio loco commodè nuptias non ſit inventura. Cæterùm hanc conditionem, ſi Titio nupſerit, ſpernendam non eſſe *Cajus* notavit, ſiquidem ei honeſtè poſsit nubere: ſi verò is nuptiis ejus indignus ſit, rejiciendam putat; nimiùm enim arctatur mulier, nam quæ Titio jubetur nubere, ab omnium nuptiis arcetur: ut etiam hæc conditio, ſi Titio nupſerit, durior hoc caſu videri poſsit, quàm illa, ſi non nupſerit. At ſi non indignæ ſint Titii nuptiæ, ferenda eſt, ut dixi, conditio; licèt Prætor actionem deneget, ſi quis pœnam promiſerit, ſi Meviam uxorem non duxerit. Aliud enim eſt, ut *Papinianus* ait, metu pœnæ libertatem matrimonii auferre, aliud ad matrimonium certâ lege excitare. Sed & divus *Antoninus* Taſsiæ cùm mater filiam hæredem inſtituiſſet, ſi ſororis ſuæ filio nupſiſſet; non rejici conditionem reſcripſit: civili etenim jure tales nuptiæ vetitæ non ſunt; ſecundùm canones autem rejiciendam puto. Sed & conditiones de nubendo alterius arbitrio, jure invalidas eſſe putant. Hinc *Paulus* cùm pater filiæ ſuæ legaſſet quædam, ſi arbitratu Titii nupſiſſet: Titio antè teſtatorem mortuo, legatum deberi reſpondit, idemque à *Pomponio* probatum eſt, etiamſi ab alio quam à patre legatum ſit. Amplius *Papinianus*, cùm ita legatum fuiſſet mulieri, ſi Titii nupſiſſet arbitratu; legatum mulierem accepturam reſpondit, etiamſi vivo Ti-

63. l. hac modo, de cond. & de. 62. l. cum ita eod. tit. 70. l. Titio centum §. 1. eod. tit. l. 2. C. de inſtit. ſub cond. 28. l. filia ſua de con. & de.

57. l. turpia §. 1. de le. 1.

71. l. cum tale §. reſcriptum de cond. & de.

tio,ſine arbitrio ejus nupſiſſet, ne quod nuptiis, inquit, impedimentum inferamus. Rurſùs quamvis Titio defuncto teſtatore ſuperſtite, defecta conditio videri poſſit, idem tamen fore: deficiens, inquit, obeſſe non debet, quod prudens negligi potuit. Sed & in maſculis lex Iulia Miſcella quæ viduitatem indicebat, à *Juſtiniano* ſublata eſt. Has ſanè conditiones in fœminis, ſi vidua erit, quoties vidua erit, vel cùm vidua erit: & in maribus, ſi uxores amiſerint, vel cùm ad cœlibatum pervenerint, juſtas eſſe & expectandas, ab eodem *Juſtiniano* eſt traditum, ut perſeverantiam tamen in iſtis non requiramus, ſed ſatis ſit ſemel eas obtigiſſe, etiamſi in annos ſingulos libertas conſcripta ſit. Iurisjurandi autem conditionem, tametſi in 8.
contractibus admiſſa ſit, de teſtamentis tamen rejiciendam eſſe, *Marcellus* notavit: idque à Divis *Vero* & *Antonino* reſcriptum fuiſſe, eamque legum vi, & juris authoritate eſſe reprobatam. Quod *Vlpianus*, tam in inſtitutionibus, quàm legatis, fideicommiſſis, & mortis cauſâ donationibus à Prætore editum eſſe commemorat: & in militum quoque teſtamentis huic edicto locum eſſe *Marcellus.* Rationem hujus *Vlpianus* eſſe ait, quòd nonnulli, religione contemptâ, perfaciles ſunt ad jurandum, nonnulli metu divini numinis perquàm timidi. Itaque ne illi turpiter jurando accipiant, aut hi religionis metu, quod relictum eſt perdant; conſultiſsimè Prætor intervenit, ac jusjurandum remittendum eſſe cenſuit. Vndè ſi patronus inſtitutus ſit ſub conditione jurisjurandi, à bonorum poſſeſſione, contrà tabulas removendum eſſe notatum eſt: nam cùm Prætor conditionem remittat, purè inſtitutus

l. fi. C. de indic. vid. coll.

d. l. fi.

l. cum patrono C. cond. utri. jud. & ibi. glo.

20. l. non dubitamus de cond. & de.

115. l. ſi quis inquilinos. §. fi. de leg. 1.

8. l. quæ ſub conditione, de cond. inſtit.

30. l. ſi à milite §. edictum de mili. teſta.

d. l. quæ ſub conditione.

ſtitutus eſſe videtur. Vt intelligamus tamen, ſi cum ipſa jurisjurandi conditione alia quoque conjuncta ſit, huic parendum eſſe, ſolâ jurandi conditione remiſſâ. At ſi alternatim jurisjurandi conditio cum alia adſcripta ſit, utramque partem rejiciendam eſſe *Vlpianus* putavit: ne quis diverſâ ratione ad jusjurandum urgeatur; alternatæ etenim conditiones pro unâ habentur, quemadmodum legata alternata pro uno accipi traditum eſt.

20. l. ſi libertas, de bo. lib. d. l. quæ ſub conditione. §. ſi quis.

Non obtinere hæc in ſervis, *Venulejus* admonuit; quin ab his jusjurandum exigendum eſſe, ut religione adſtricti, poſteaquàm ſuæ poteſtatis eſſe cœperint, jurandi neceſſitatem habeant.

l. ſi. de lib. cau.

Idemque ab *Ulpiano* in libertate notatum eſt, ut nec legatum ſervus, quod ei fortè cum libertate relictum ſit, aliter quàm ſi juraverit, ſit accepturus.

12. l. ſi quis libertatem de ma. teſt.

Planè ſi libertas purè ei data ſit, & legatum ſub conditione jurisjurandi, *Julianus lib. xxx. digeſtorum* remitti conditionem ſcripſit: libero enim, non ſervo legati cedet dies. Idem evenit, ſi teſtator illum cui & libertatem & legatum ſub conditione jurisjurandi reliquerat, vivus manumiſerit: nam & hîc pro legatò quod poſt libertatem accepturus eſt, jurandi conditio remittetur. Sed nec municipibus jurisjurandi conditionem remitti *Paulus* ſenſiſſe videtur, cùm ſcribit, hanc, ſi juraſſent municipes, conditionem impoſſibilem non eſſe; quia per eos jurare poſſunt, qui res municipii gerunt. Sunt tamen qui hoc accipiendum putant de juramento ſuper præterito.

96. l. municipibus, de cond. & de. Bart. ibi.

Cæterùm hujus remiſſionis tantam eſſe vim, *Vlpianus* tradidit, quòd ejus legati, cujus conditio à Prætore remiſſa eſt, dies à morte teſtatoris cedere dicatur, haud ſecùs atque ſi legatum purum fuiſſet.

6. l. ſi poſt diem, quãdo di. lega ce.

d. l. quæ ſub condit. §. quoties.

Sed nec de remittendo jurejurando Prætorem adire neceſſe eſt, cùm ſemel in perpetuum remiſſum ſit. Enimverò remiſſo jurejurando, fa- 9.
ciendum tamen eſſe, quod conditione comprehenſum eſt, ſi quidem non improbum ſit, nemo dubitaverit. Quoties, inquit *Vlpianus*, aliquis inſtituitur hæres, ſi juraſſet ſe quid daturum aut facturum, quod non improbum eſt: remittitur quidem jurisjurandi neceſſitas, ſic tamen ut dandi, aut faciendi neceſſitas maneat: neque aliter inquit, actiones hæreditarias conſequetur, quàm ſi dederit, aut fecerit, quod jurare juſſus fuit: Idemque à *Juliano* probatum eſt. Et *Cajus*, licèt hæredi jurisjurandi conditio remittatur, legatum tamen & fideicommiſſum jurejurando comprehenſum, eſſe præſtandum admonuit. Non admodùm diſſimile eſt quod *Labeo* ſcribit, Mevium cui fundus legatus fuerat, ſi Callimacho cum quo teſtamenti factionem teſtator non habebat, C C. dediſſet; ut legatum accipiat, ducenta dare oportere: nec referre quòd nummos accipientis non faciat, non magis quàm ſi ea certo in loco ponere juſſus fuiſſet, vel in mare dejicere. Ampliùs, ſi libertas ſub conditione ſervo data ſit, ſi decem dederit, & omiſſa ſit teſtamenti cauſa, non aliter ſervum ad libertatem pervenire poſſe *Vlpianus* putavit, quàm ſi decem dediſſet. Accedit quod *Alphenus* ſcribit: is cùm teſtator monumentum ſibi fieri juſsiſſet, ad exemplum ejus quod in via Salaria eſſet Publii Septimii Demetrii; nec ullum Demetrii inveniretur, ſed benè Publii Septimii Damæ: voluntatem defuncti obſervandam eſſe credidit. Quòd ſi nuſquam extet quod defunctum ſignificaſſe convinci poſsit,

26. l. hæc ſcriptura, de cond. & de.

14. l. non dubium de le. 3.

34. l. Mevius de cond. & de. 6. l. quia autem §. fi. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.

27. l. in teſtamento de cond. & de.

poſſit, excuſandum quidem hæredem fore, qui
quod imitetur non inveniat, ſic tamen, ut ſecun-
dùm defuncti ſubſtantiam & dignitatem monu-
mentum omninò extruat. Et *Cajus*, ſi cui legatum *d.l.non du-*
ſit, ut alienam rem redimat; ſi redimere non poſ- *bium §. fi.*
ſit, quod dominus non vendat, vel immodico *glo.in d.§.*
vendat pretio; modum eatenùs remitti ſcribit, ut *quoties.*
juſtam tamen æſtimationem inferre legatarius co-
gatur: ut intelligamus tamen, quod jurejurando
comprehenſum eſt, non impedire quò minùs lega-
ti dies cedat; nam in modum vertitur. Atque hiſce
de conditionibus jure impoſſibilibus dictum eſto.

10 Conſequens eſt de iis videre, quæ naturâ impoſ-
ſibiles vocantur, & quæ harum in teſtamento vis
ſit. Ne multa, has ut ſuperiores pro non ſcriptis
eſſe traditum eſt in qualibet teſtamenti parte. Im-
poſſibilis conditio, inquit *Iuſtinianus*, in inſtitu- *Inst. de he.*
tionibus & legatis, nec non in fideicommiſſis & *inst. §. im-*
libertatibus pro non ſcripta habetur. Et in univer- *poſsibilis.*
ſum obtinuiſſe, *Vlpianus* ait, impoſſibiles condi-
tiones teſtamento adſcriptas pro nullis habendas *l. 3. de con. & de l. 1.*
eſſe: & in inſtitutionibus nominatim id placuiſſe *de condit.*
libro V. ad *Sabinum* ſcribit: & à *Pomponio* libro ſe- *inſt.*
cundo ad *Quintum Mutium* traditum eſt. Si quis igi- *6. l. cum*
tur hoc modo ſcriptus hæres ſit, Titius, ſi digito *in ſecundo*
cœlum tetigerit, hæres eſto; perindè erit, ac ſi *§. fi. de in-*
purè hæres ſcriptus fuiſſet. Adeò ut per ſequens *ju. rup. teſt.*
teſtamentum in quo quis ſub impoſſibili conditio- *d.l. cum in ſecundo.*
ne hæres ſcriptus eſt, rumpatur anteriùs; tametſi *Jacob. de*
quidam in diverſa fuiſſe ſententia dicantur. Secun- *Aretio.*
dùm hæc *Alphenus* cùm ita ſcriptum fuiſſet; Si Mæ- *l. Mevia.*
via mater mea & Fulcinia filia mea vivent, tunc *de he. inſt.*
mihi Lucius Titius hæres eſto; & ſupervixiſſet

mater, ſed teſtator nunquam filiam habuiſſet, Titium hæreditatem adire poſſe reſpondit. Rurſus *20. l. mulier, de cond. inſt.* cùm mulier quæ viro ex dote promiſſam pecuniam debebat, eundem hæredem inſtituiſſet ſub hac conditione, ſi promiſſam ſibi pecuniam non petiiſſet; *Labeo libro* 11. *Poſteriorum*, ſi ſolus hæres inſtitutus *l. 4, §. 1. eo. tit.* ſit, pro non ſcripta ἀδύνατον conditionem eſſe notavit: impoſsibile enim fuerit ſibiipſi accepto pe- *26. l. libertate, de ſtatul.* cuniam ferre. Et *Julianus*, eum qui ita hæres ſcriptus fuerat, ſi ſervum hæreditarium non alienaſſet, vel cavendo cohæredi impleſſe conditionem; vel ſi cohæredem non habeat, rejectâ conditione ſtatim hæreditatem adire poſſe. Sic cùm Sticho libertas hoc modo data fuiſſet, ſi rationes reddiderit, liber eſto; ſi nihil adminiſtrarit, ut purè datam libertatem competere, à *Modeſtino* notatum fuit. Et cùm quis hæres fuiſſet ſcriptus, ſi Stichum & Pam- *8. l. multa. §. 1. de cond. & de glo. ibi.* philum manumiſiſſet: altero anteà mortuo, *Neratius* quidem putabat conditione defectum eſſe; ſed *Sabinus* & *Caſsius* pro non ſcripta conditionem eſse *13. l. qui dotem de do prælega.* reſponderunt, eorumque ſententia prævaluit: ſic tamen ut ſuperſtitem manumittere hæres debeat ſecundùm *Accurſii* gloſsema. Nam cùm teſtator Sejæ uxori ſi omnes res quæ tabulis dotalibus continentur, hæredi exhibuiſset, dotem legaſset, & hoc ampliùs denarios decem: pluribus ex rebus dotalibus uſu conſumptis, *Scævola* legati in iis ſolis rebus quæ conſumptæ erant, impoſsibilem conditionem videri reſpondit; eaque quæ ſupererant exhibenda eſse, ut dotem legataria poſsit accipere. Atque de iſtis plura videre licebit eo loco, quo conditionem impoſsibilem definivimus; ubi & hoc dictum eſt, teſtamenti tempus in iſtis ſpectari.

Cæte-

11\. Cæterùm in temporis anguſtia idem pænè juris eſt; cujus exempla dedimus, ſi is qui Romæ eſt, ſeivos ſuos quos Gadibus habet, mihi dare juſsus ſit in triduo. *Proculus* enim hâc temporis anguſtiâ ſubductâ legatum valere tradidit, & à *Papiniano* ſententia ejus probata eſt. Et ſi quis monumentum in triduo à morte teſtatoris facere jubeatur,

12. l. ſi mihi. §. 1. de le. 1.

6. l. ſi quis ita de cond. inſt.

12 *Vlpianus* evaneſcere conditionem notavit. In mortis quoque cauſâ donatione obtinere puto, quæ in legatis diximus, impoſsibiles videlicèt conditiones in hiſce donationibus pro non adjectis eſse, etſi quidam diverſum ſentiant: legatis enim æquiparari ſolent, & ad horum exemplum revocari poſſe dicuntur; & iis dicimur poſse donare mortis cauſâ, quibus poſsumus legare. Et de iſtis donationibus, jurisjurandi rejici conditiones, ſuperiùs à nobis dictum eſt.

Alex. de Imo in l. impoſsibilis, de ver. ob.

15. l. Marcellus §. 1. de mor. cau. do. & inſt. de don. §. mortis.

13 Sed quæ tandem ratio eſt quòd impoſsibiles conditiones de teſtamentis rejiciuntur? Naturali ſanè judicio iſtud adverſari videtur, & qui legum gnarus eſset, diverſum putaret. Nam cùm teſtamenta ex teſtatorum voluntate quaſi ex lege pendeant, impoſsibiliſque conditionis adjectio voluntatem deeſse ſignificet, irrita eſse conſequens fuit ea, quibus talis adſcripta eſt conditio. Neque levis momenti eſse puto iſtud rectè intellexiſse. Hîc omnes teſtamentorum favorem adferunt, ut magis valeant, quàm pereant; itaquè obtinuiſse ajunt impoſsibiles conditiones pro non adjectis eſse, ne per eas teſtamenta fiant irrita, ἀλλ' οὐκ ἐμῷ ἥνδανε θυμῷ. Et reverà nova hæc favendi ſpecies eſt, quæ actum de voluntate ac mente proferentis pendentem, contrà mentem atque intentionem ejus pro-

17. l. etſi debitor eo. tit.

8. l. quæ ſub conditione. §. & in mortis, de cond. inſt.

movet, cùm id infinitis legibus damnatum eſse nemo non noverit. Certè nolle legare is videtur, qui ſub ea legat conditione, quam ſcit impleri non poſſe; ut ſi quis Titio leget, ſi cælum digito tetigiſſet. Mihi itaque hæc ratio ſemper diſplicuit. Et nuper incidi in repetitionem quandam *Ioannis de Copis*, qui ſe in eadem eſse ſententia, ſeque ſemper hanc rationem admiratum fuiſse ſcribit; verùm cùm id per digreſsionem admonuiſset, aliam non promit. Fatemur certè nihil eſse, quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſsunt, liber ſit ſtilus, ac licitum quod ampliùs non redit arbitrium. Sed eò tamen id prorepere non debuit, ut contrà teſtantium voluntatem teſtamenta effectum habeant; imò ex contrario uſqueadeò voluntati obſequendum ajunt, ut præferendam ſcripto putent, ac plerumque nudam ſufficere. Hoc ducti nonnulli, aliam rationem aſsignarunt; quòd videlicèt in contractibus, cùm ex utriuſque pendeant voluntate, imputare ſibi debeat, qui apertiùs legem adverſario non dixerit: quod in teſtamentis uſu non venire liquet. Sed hæc ratio communiter non probatur, nec mihi videtur probanda; quòd impoſsibilis conditionis adjectio contractibus obſcuritatem non inducat, ut apertioribus verbis opus fuiſſe dicere poſsimus: ſed eum promittentis fuiſſe animum demonſtrat, quòd non obligaretur. Quid igitur dicendum? neque enim levis momenti eſt, rei contrà communem hominum ſenſum à prudentibus introductæ rationem inveniſse. Sanè mihi res hæc levior eſse videtur, quàm ut viri alioqui graves ac probè in jure verſati in hac ſe etiamnum

In re pet. l. ſi pater C. de ha. inſt. I. C. l. de ſacroſa. Eccl.

nun

num tantoperè torquere debuerint. Quem latet impoſsibilium, vel in contractibus obligationem prorſus nullam eſse? An ne *Marcellus* & *Vlpianus* quæ ad dandum impoſsibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adjectis eſse ſcripſêre? Et *Juſtinianus*, ſi quis rem quæ in rerum natura non eſt, nec eſse poteſt, ſibi dari ſtipulatus ſit, ſtipulationem eſse inutilem; veluti, ſi Stichum qui mortuus eſt, ſibi dari ſtipuletur, aut hippocentaurum. Quod uſqueadeò verum *Vlpianus* credebat, ut nec intereſſe, aut pœna ex ea peti poſſit, etiamſi expreſſè adjecta ſit; hoc modo, ſi datum non erit, pœnæ nomine tantundem dabis. In turpi item ſtipulatione idem obſervatur; veluti ſi quis ſtipulatus ſit, hæredem ſe debere inſtitui, & niſi id factum eſſet, tantum dare: contrà bonos mores enim hæc ſtipulatio eſſe creditur; meritò igitur *Iulianus* inutilem eſſe ſcripſit. Item ſi quis homicidium vel ſacrilegium facturum ſe promiſerit, vel rem aliam legibus improbatam: nemo dixerit obligationem contractam eſſe. Pactum quoque turpe vel rei turpis, aut impoſſibilis de jure vel de facto nullum eſſe *Gregorius nonus* perhibuit. Item mandatum quod contra bonos mores eſt, ut ſi Titius tibi mandaverit furtum facere, vel ut *Paulus* ait, ædem ſacram ſpoliandam, aut hominem vulnerandum; mandati judicium nullum erit. Ad horum exemplum obtinuiſſe arbitror, ut *Vlpiani* utar verbo, in teſtamento conditiones impoſſibiles pro non adjectis eſſe. Quemadmodum enim promittendi reum non obligari dictum eſt, ſi promiſerit, quod natura aut lex non admittit; ita excuſari hæredem aut legatarium, ſi aut non fecerit, aut fieri

145. l. impoſſibilium & 178. l. ea quæ de reg. ju.

Inſt. de inutil. ſtip. in princ.

69. l. homo, de ver. ob.

26. l. generalit. & cum l. ſeq. eod. tit.

61. l. ſtipulatio hoc modo eod. tit.

Inſt. de inutil. ſtip. §. quod turpi

c. ſi de pac.

§. illud inſt. de mand.

22. l. ſi mandavero. §. eandem eo. tit. 1.

non fecerit, aut fieri non curaverit, quod eiſdem ex cauſis eſt impoſſibile: id enim quodammodo à nobis petitum eſſe videtur, quod conditionis nomine facere juſsi ſumus; nam & pro conditionibus jubendi verbo perſæpè jureconſulti utuntur. Si teſtator, inquiunt, Stichum rationes juſſerit reddere, vel hæredi decem dare, & ſic liberum eſſe. Quin dum ſub conditione teſtator alicui legat, ſpe lucri ad conditionis implementum trahere legatarium voluiſſe intelligitur, ut ſi Titio centum legaverit, ſi Sejam uxorem duxerit; Titium ad ducendam Sejam uxorem commoviſſe. Aut ſi ex facto ejus non dependeat, hoc ſaltem voluiſſe teſtator videtur, ut curaret factum iri quod conditione comprehenſum eſt, & ex quo lucrum accepturus ſit. Vndè ſi per eum non ſteterit, quò minùs præſtet, vel faciat, quod facere aut præſtare juſſus eſt, excuſari eum poſſe ſingulari capite demonſtratum eſt. Itaque ſi tam impudens teſtator fuerit, ut rem impoſſibilem, aut legibus improbatam facere iuſſerit; in odium ejus impudentiæ, & favore ejus cui talem conditionem adſcripſit, conditio prorſùs pro non ſcripta erit. Dixeris conditiones teſtamentarias à ſtipulationibus diſſimiles eſſe: ex iſtis actiones naſci, ex illis minimè. Enimverò, ut hoc concedamus, tamen quantum ad teſtatoris intentionem attinet, qui conditionem adſcripſit, nihil hunc ab eo differre qui rem impoſſibilem eſt ſtipulatus, fatearis oportet: uterque enim quod fieri non poteſt, factum iri voluit. Sed nec illud admiſerim univerſaliter verum eſſe, non dari actionem, ut conditio impleatur; quæ in teſtamento ſcripta fuit;

a 2. l. qui ſi-linum §. de ma. teſt. 50. l. ſub diverſis §. 1. de cond. & de.

ſuit : cùm in caſu adverſùs hæredem actionem in factum dari, *Ulpianus* notarit. In temporis anguſtia idem probatum eſt. Quemadmodum enim, ſi quis Romæ exiſtens hodiè ſibi Chartagine dari ſtipuletur, inutilis futura ſit ſtipulatio : ita conditionem, ſi in triduo mihi monumentum feceris, ut impoſsibilem rejici *Ulpianus* tradidit, & ſuprà à nobis relatum eſt. In odium igitur ejus qui turpem aut impoſſibilem conditionem adſcripſit, pro non ſcripta talem conditionem haberi puto; non in favorem teſtamenti, ut vulgò probatum eſt. Nam & *Pomponius* turpia legata ſcribentis odio, pro non ſcriptis haberi tradidit, & ineptas defunctorum voluntates *lib. iiij. digeſt.* *Papinianus* non valere. Ut autem hæc longiùs extendam, puto ſupervacaneum fore, quòd, ni quis planè mentis inops ſit, hoc putem ſatis dictum eſſe, in odium ipſius qui conditionem impoſsibilem adſcripſit, eandem rejici. Cæterùm hoc ipſum quod dicimus, impoſsibiles conditiones de teſtamentis rejici, non perpetuò verum eſt, ſed quibuſdam fallit caſibus. Primus eſt in filii inſtitutione; nam cum filio patris hæreditas quodammodò debeatur, purè eum hæredem ſcribendum eſſe lex putavit, aut ſi conditionem pater omninò adſcribere vellet, poteſtativam adſcribere deberet, hoc eſt quæ ex filii pendeat arbitrio. Indigniùs igitur, ac ut verè dicam, impudentiùs à patre factum fuerit, ſi ei aut turpem, aut impoſſibilem conditionem adſcripſerit; ut tantum hoc caſu patri non tribuendum eſſe viſum ſit, quòd rejectâ conditione teſtamentum valeat; ſed ex facti odio & indignitate totum corruere placuerit, optimo (ut mihi videtur) jure. Rectè itaque

l. 3. §. ſi. de cond. cauſa dat.

l. 3. §. ſi quis ita de cond. inſt.

57. l. turpia, de le. 1.

Paulus

ciſſet; hancque *Pomponius* alibi mulctam appellavit. *6. l. mulcta*
Idemque in alio eſt, à quo legatum vel fideicom- *de cond. &*
miſſum relictum fuerit. Vel, ut *Juſtinianus* ait, *de.*
pœnæ nomine legari videtur, quod coercendi hæredis cauſâ relinquitur, quò magis aliquid faciat aut *Inſt. de le.*
non faciat: veluti hæres meus, ſi filiam ſuam uxo- *§. pe.*
rem Titio dederit, aureos decem Sejo dato; vel ex contrario, ſi filiam ſuam uxorem Titio non dederit. Item ſi Stichum alienaverit, aut ſi non alienaverit, illi decem dato. Veteri autem jure in pœnam omninò legare non licebat. Nam ut *Theophilus* ait. δεῖ τὰ λιγάτα εὐνοίᾳ καὶ φιλίᾳ τῇ περὶ τὸν *Inſt. de le-*
ληγατάριον καταλιμπάνειν οὐ μίσει τοῦ κληρονόμου. *gat.*
Sed hoc poſteà immutatum fuit, ut ita demùm irrita ſint legata, quæ in pœnam aut hæredis, aut legatarii data ſunt, ſi id facere juſsi ſint, quod facere non poſſunt, naturâ aut lege prohibente, hoc eſt, quod aut natura aut lex non admittit: veluti, ut *Theophilus* ſcribit, δίδωμι καὶ *eod. tit.*
λιγατεύω Τιτίῳ ρ̄ νομίσματα ἐὰν ἀνέλθῃ εἰς τὸν οὐρανόν; ἐὰν δὲ μὴ ἀνέλθῃ, λεγατεύω αὐτὰ πρίμῳ, ἐνταῦθα ὁ Τίτιος λήψεται. καὶ λεγατεύω Τιτίῳ ρ̄ νομίσματα ἐὰν μοιχεύσῃ τὴν τοῦ δὲ γαμετήν, ἐὰν δὲ μὴ μοιχεύσῃ λεγατεύω αὐτὰ πρίμῳ καὶ ἐνταῦθα ὁ Τίτιος λήψεται. Excuſandus enim is eſt, qui teſtatori non paruit in *l. 1. de iis*
eo in quo parêre non potuit. Adeò hæc, ut ſi fi- *quæ pœn.*
liusfamil. vel ſervus hæredes inſtituti illicitum aliquid vel probroſum facere juſsi ſint, & ſi non feciſſent, legatum alicui præſtare; nullius momenti legatum fore *Africanus* tradat: tametſi non in ipſius filii, aut ſervi pœnam adjectum id eſſe videatur, ſed in patris aut domini: non enim id, inquit, ſolum quod in hæredis pœnam hoc modo adjectum

eſt,

eſt, nullius eſt momenti; ſed omne quod in pœnam cujuſque ſcriptum eſt, qui ex teſtamento lucrum ſentit. Quamvis igitur in pœnam adimere liceat, quæ data vel relicta ſunt, ſi quid hæres, legatarius, vel libertate donatus fecisſet aut non feciſſet, id tamen minimè concedetur, cùm quid legibus interdictum, aut aliâs probroſum, vel impoſſibile, ii quos diximus, facere juſſi fuerint: quin hoc caſu, ſine ullius damni periculo, teſtatoris præceptum contemnere licebit. Nam quoties quid in pœnam ab aliquo relinquitur, rogatus quodammodò eſſe videtur facere hoc, per quod pœnam evitare poſſet: ut ſi ab hærede, Titio centum legata ſint, ſi hominem illum hæres non occidiſſet, occidere hominem juſſus eſſe videtur, & non valebit legatum. Contrà ſi ab hærede Titio centum legata ſint, ſi hominem occiderit, ipſe hæres rogatus videbitur, ne occidat, & valere legatum arbitramur, exigique poſſe ſi conditio evenerit. Itaque ſi negativè, quod fieri non poteſt, conditione comprehenſum ſit, is qui rogatus eſt, à pœna liber erit; propterea quòd parêre teſtatori non poſſit, neque facere quod tacitè rogatus eſſe videtur. Secundùm hæc eleganter Divi *Severus* & *Antoninus*: Si pater filiam hoc modo fideicommiſſo gravarit, ſi à marito non divertiſſet, juriſdictionis originem perindè ſervari æquum eſſe reſcripſerûnt, ac ſi nihil ſuper ea re ſcriptum fuiſſet: neque hanc conditionem illi, ſi diverterit, quæ ſolet remitti, comparandam eſſe. Si autem affirmativè res impoſsibilis in conditione comprehenſa ſit, intererit, an naturâ impoſſibilis ſit, an jure. Si naturâ, diſputationi nullus locus erit: nam cùm ita dicimus, hæres, ſi digi-

l. unica C. de iis quæ pœ. no.

l. 2. C. de cond. inſer.

digito cælum tetigerit, &c. quando neque de facto tangi poteſt, in pœnam hæres incidere nequit. At ſi jure dumtaxat impoſsibilis ſit, ut ſi ita legatum ſit, hæres meus ſi hominem illum occiderit Titio centum dato: occiſo homine ſuprà legis Corneliæ pœnam, deberi legatum putaverim: neque hîc ulla teſtatoris turpitudo argui poteſt; quin magis laudandus eſt, qui vel pœnæ metu hæredem ſuum à crimine arcere voluit. Sicque mihi hæc quæ de iis dicuntur legatis, quæ pœnæ nomine ſub impoſsibili conditione relicta ſunt, accipienda videntur. Fallit tertiò, ſi teſtator in legandi cauſa probabiliter deceptus ſit, ut quòd conditionem quam pro cauſa adjecit, poſsibilem eſſe crediderit, hoc etenim caſu conditionem rejici iniquum fuerit: eſt enim in quo ei ignoſci debeat. Qui ſervum teſtamento manumiſerat, ita ei fideicommiſſum reliquit, ſi ex teſtamento ad libertatem perveniſſet: poſtea hic ingenuus repertus eſt. *Papinianus* negat fideicommiſſum deberi; quinimò ſolutum repeti poſſe, tametſi ingenuum ex teſtamento ad libertatem pervenire impoſsibile fuerit, eaque de cauſa videri poterat conditio rejicienda eſſe. Sed cùm teſtator propter libertatem à ſe accipiendam, & quòd ſe, hæredémve ſuum libertum hunc habiturum ſperaret, fideicommiſſum ei reliquerit: non æquum fuerit vel hâc ceſſante cauſâ, fideicommiſſum præſtandum eſſe. Nam & *Alexander* ad *Philtetum*, eos qui poſt manumiſsionem originem repetunt, ea quæ de manumiſſoris domo acceperunt, reſtituere debere ſcripſit, ſicque Senatum cenſuiſſe refert; eaque in cauſa eſſe legata quæ ingenuo ut liberto data ſunt, & hoc juris placuiſſe

58 *l. ſervo manumiſſo, de condict. indeb.*

l. 1. C. de jug. & ma.

l. de bonis, de lib. cauſa.
l. 3. §. 1. ſi liber inge. eſ. dic.
l. ea quæ C. de donat. ante nup. & l. cum qui c. de adult.
l. neque C. de teſtam.
l. 4. C. de her. inſt.
71. l. cum tale §. falſam, de cond. & demo. in l. multa §. ſervos eod. tit.

cuiſſe prudentibus. Sanè *Paulus* eos qui poſt manumiſsionem originem ſuam repetunt, quæcumque ex re manumiſſoris acquiſiviſſent, illi de cujus familia exiiſſent, relinquere debere notaverat. Quod *Pomponius* eò extendit, ut nedum ea quæ ignorantibus dominis, quæve ex rebus eorum acquiſiviſſent, reddere debeant, ſed etiam quæ eis conceſſa & donata à manumiſſoribus amplexi ſunt. Divi item *Valerius* & *Galienus*, Theodoræ; quæ tibi, inquiunt, ut ſponſæ donata fuerant ab eo qui uxorem domi habebat, petere cum effectu non potes. Et iidem *Lucitio*, quæ teſtamento ut filiis relicta fuerant, cùm filii non eſſent, non deberi. Et *Gordianus*, ſi quis quaſi filius inſtitutus ſit hæres, cùm filius non ſit, irritam eſſe inſtitutionem ſcripſit, idque divorum *Severi* & *Antonini* placitis contineri. Et licèt falſa cauſa legato non obeſſe dicatur, cùm ratio legandi legato non cohæreat: ſi tamen probetur teſtator aliàs legaturus non fuiſſe, doli exceptionem locum habituram *Papinianus* notavit. Sed & ſi cauſa conditionaliter adſcripta ſit, ejus defectu vitiari teſtamentum contendunt. De 15.
iis nunc conditionibus videamus, quæ ex facto ſunt impoſsibiles: & has vitiare teſtamenta, omnibus in confeſso eſt. Non eſt, inquit *Paulus*, ſtatuliber, cui in tam longum tempus libertas dilata eſt, ut eo tempore vivere non poſsit. Quemadmodum nec is, qui cùm morietur, liber eſse juſsus eſt: ſic enim libertatem inutiliter dari, *Iulianus* ait; quia nec animus dandi fuiſse videtur. Quin illum ſtatuliberum eſse negatum eſt, cui tam difficilis conditio eſt adjecta, ut de ea tam ſit ſpes modica, ut pœnè impoſsibilis dici poſsit: veluti ſi

l. 4. §. 1. de ſtatulib.

hæredi mille dediſſet. Quæ autem hujus varietatis cauſa ſit, nemo (quod ſciam) explicuit: ac de hoc *Gribaldus*, vir noſtro tempore juris non indoctus, his egit verſibus.

Conditio cui vel jus vel natura repugnat,
Actum non vitiat, ſed vitiatur ea:
Verùm quæ eſt homini facto impoſsibilis, actum
Inficit. Dic cauſam Scævola docte rogo.

Sanè, ne quid morer, ex ſuperioribus liquere arbitror, quam hîc cauſam eſſe velim; quòd videlicèt in harum adſcriptione nihil impudentiæ aut improbitatis in teſtatore argui poteſt, uti in illarum adjectione quas prorſus eſſe impoſſibiles diximus, ſive naturâ, ſive ex jure id contingat: uti ſuprà diximus, illas conditiones quæ ab impedimento naturali recedunt, ſed dandi ſolam facultatem reſpiciunt, contractus non vitiare; ut ſi quis centum ſtipulatus ab eo qui neque domi habeat, neque creditorem inveniat. In perplexa conditione
16 idem juris eſt. Nam cùm ita ſcriptum fuiſſet; ſi Titius hæres erit, Sejus hæres eſto; ſi Sejus hæres erit, Titius hæres eſto, *Julianus* inutilem inſtitutionem eſſe ſcripſit: nàm dum alter alterum expectat, neuter hæres fieri poteſt. Perplexas tamen haſce conditiones ſecundùm præſumptam teſtatoris mentem benignâ interpretatione juvandas eſſe receptum eſt. Sic *Paulus* hac in ſpecie; Titio Stichum do lego, ſi Pamphilum non elegerit, & eidem Pamphilum, ſi Stichum non elegerit. Sic enim has hypotheſes accipiendas putavit, ac ſi hoc modo legatum fuiſſet, Titio Stichum aut Pamphilum, utrum eorum volet, do lego. Et *Martianus* in hac; Stichus liber eſto, & ſi liber erit, hæres eſto:

16. l. ſi Titius de con. inſt.

9. l. cum ita. de op. leg.

51. l. tale m de hær. inſt.

quam inſtitutionem pleriqne inutilem eſſe putabant; propterea quòd libertas antè hæreditatem aditam competere non poſſit, adiri autem hæreditas rurſus ante exiſtentem conditionem nequeat. Sed ipſe valere ſcribit, atque ſi verba illa, *ſi liber erit*, adjecta non fuiſſent; quaſi ita ſcriptum ſit, Stichus liber & hæres eſto, & ſic à Divo *Marco* reſcriptum fuiſſe refert. Rurſus cùm is qui quadringenta habebat in bonis, CCC. legaſſet, ac deinde tibi fundum dignum centum ſub hac conditione, ſi legi Falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet: quæſitum fuit, quid juris? *Africanus* quæſtionem inſolubilem eſſe putabat, & tractum habere, qui apud dialecticos *ἀσύςαλον*: appellatur. Nam quidquid conſtituas verum eſſe, reperitur falſum. Si legatum tuum valeat, Falcidiæ locus fit, cùm legata dodrantem excedant: ſi locus ſit Falcidiæ, ut deficiente conditione, nihil tibi debebitur. Sed cùm voluntatem teſtatoris eam fuiſſe appareat, ut propter legatum tuum alia non minuerentur, magis eſt legati tui conditionem defeciſſe. Idem evenit, ſi ducenta tibi legata fuiſſe ponamus. Ex parte enim legatum deberi conditionis vis non patitur, cujus etiamſi pars deficiat, tota defeciſſe videtur. Sed *Africanus* per doli mali exceptionem rem totam temperandam eſſe credidit, quaſi teſtator de tuo legato tantum voluerit detrahi, quantum in ſuperioribus ad quadrantem deſideratur.

l. qui quadringenta ad le fal.

TI-

TITVLVS TERTIVS

De neceſſariæ Conditionis viribus.

SVMMARIVM.

1. *Neceſſariam conditionem contractus non remorari.*
2. *Idem eſſe in teſtamentis.*
3. *Quæ in teſtamentis conditio neceſſaria dicatur?*
4. *Neceſſarias conditiones in legatis non trahi retrò.*

NEceſſariam conditionem diximus, quæ non poteſt non aliquandò exiſtere.
1. Atque hæc nullam actibus moram adferre ſolet: quod in contractibus certiſsimum eſt. Qui ſub conditione, inquit *Vlpianus*, ſtipulatur, quæ omninò extitura eſt, purè ſtipulatus eſſe videtur. Et *Paulus* ſtipulationem hanc, ſi in cœlum non aſcenderis, tantum dare ſpondes? & utilem & præſentem eſſe ſcripſit: idemque à *Iuſtiniano* in hac probatum eſt, ſi digito cœlum non attigero. Hinc etſi diem implicitum hæc conditiò habuerit, ſolutum tamen ante diem non poſſe repeti notatum eſt. Quod ſub ea, inquit *Vlpianus*, conditione debetur, quæ omninò extitura eſt, ſolutum repeti non poteſt, licèt in aliis diverſum ſit. Vndè ſi, cùm moriar, dare promiſero, & antè ſolvam, repetere me non poſſe, à *Celſo* eſt notatum, & ſententia ejus vera eſſe dicitur. Sed & ſi quis hoc modo promiſerit, ſive navis ex Aſia venerit,

9. l. ſi pupillus §. 1. de bovat.
7. l. impoſſibilis, de verb. obli.
Inſt. de inu. ſti. §. ſi impoſſibilis.
18. l. quod ſi de con. ind.
17. l. nam ſi eod. tit.
60. l. Iulianus eo. tit.
8. l. neceſſario §. 1. de peri. & con. rei. ven.
gloſ. Bart. & Jaſ. in d. l. Julianus.

nerit, ſine non venerit: ſi interim ſolvat, non poſſe repetere, *Paulus* ſcripſit. Et *Julianus* emptionem quæ ſic facta eſt, ſive navis ex Aſià venerit, ſive non venerit, ſtatim perfectam eſſe. Enimverò ut ſolutum non repetatur, an interim peti poſsit, dubitatum eſt. *Accurſius* ex illâ ſtipulatione, ſive navis ex Aſia venerit, ſive non venerit, decem dare ſpondes? interim decem peti poſſe negavit, & ſententia ejus communiter ab interpretibus probata eſt; & eam ego veram eſſe puto, quando neceſsitas ex ſola alternationis contrarietate procedit. At ſi una & ſimplex ſit conditio & neceſſitas naturalis ſit, ut breviter dicam, referre arbitrer, an per conditionem dies ſignificetur, an per diem conditio. Priore caſu agenti ante diem exceptionem non obſtare: protinùs enim cum eo agi poſſe qui ita promiſit, ſi intrà Calendas digito cœlum non tetigeris, decem dare ſpondes? *Marcellus* & *Paulus* notarunt. Neque intererit ſive hoc modo concepta ſit ſtipulatio, ſi intrà vel ante Calendas, ſive hoc, ſi Calendis. Poſteriore autem caſu videlicèt, cum per diem conditio ſignificatur, ſecùs erit, veluti ſi cùm moriar, centum dare promiſerim: nemo etenim dixerit petentem ante mortem meam, non petere ante tempus. Sanè quod diximus, conditiones neceſſarias obligationes non remorari, fallit in pœnali ſtipulatione, ſi à conventione cœptum ſit: hoc modo, Stichum mortuum mihi dare ſpondes? ſi non dederis centum dabis? nam quamvis hæc conditio, ſi Stichum mortuum non dederis, neceſſaria ſit, quia tamen ipſa principalis conventio, cui hæc pœnalis ſtipulatio adjecta eſt, impoſſibilitatem habet, ideoque non ſubſiſtit; neque ipſa

8. l. in illa, de ver. ob. 13. l. qui ante Cal. eod. tit.

69. l. ſi homo mortuus eo. tit. d. l. in illa. 10. l. ſi eum §. 1. ſi quis caut.

ſa pœnalis acceſſoria ſubſiſtet. Aliter atque ſi à
conditione cœptum ſit, hoc modo; ſi Stichum
mortuum non dederis, centum dabis? hîc enim
ſtatim ad centum agere licebit, quia Stichus in
obligatione non fuit, ut ſe promiſſor excuſare
poſſit, quòd in eo præſtando neque moram, neque
culpam commiſerit; niſi forte diem adſcriptum ha-
beat, qui expectandus erit, ſi neceſſitas poſt inter-
poſitam ſtipulationem inciderit. Sed & ſi matri-
monium ſub neceſſaria conditione contractum ſit,
non eandem vim conditionem habituram eſſe qui-
dam arbitrantur, atque in ſuperioribus generaliter
dictum eſt: non enim purum aut præſens matri-
monium eſſe putant, ſed ſponſalium dumtaxat lo- *glo. in c. pe.*
co eſſe, ut ſi vir neceſſariâ conditione pendente *de con. ap-*
cum alia purè contraxerit, poſteriores nuptias præ- *po.* *Panor. &*
ferendas eſſe exiſtiment. Alii in diverſa ſunt ſen- *Car. ibi.*
2. tentia, quam communiorem ajunt. De teſta- *50. l. ſer-*
mentis videamus, atque in iſtis neceſſariæ condi- *vum §. 1.*
tionis officium haud aliud eſt, quàm in contracti- *de ha. inſt.*
bus: ut enim contractus non ſuſpendit, ita nec *glo. ibi.*
hæredum inſtitutiones. Si in non faciendo, inquit
Ulpianus, impoſsibilis conditio inſtitutioni ad-
ſcripta ſit, ſecundùm omnium ſententiam perindè
hæres erit, ac ſi purè inſtitutus eſſet: impoſſibile
autem, ſi negativè in conditione comprehendatur,
fit conditio neceſſaria. Si quis igitur hoc modo *Inſtit. eod.*
ſcriptus hæres ſit, ſi digito cœlum non tetigerit: *tit. hæres &*
ſtatim adire hæreditatem poterit, atque ſi nihil *pure &.*
de cælo non tangendo dictum eſset. Amplius & ſi *34. l. he-*
ita ſcriptum ſit, ſi intrà Calendas Martias cælum *reditas eo.*
non tetigerit, idem juris erit. Diem enim in inſti- *tit.*
tutionibus adjectum, haberi pro ſupervacuo notiſ-

 ſimum

ſimum eſt. Cujus ea dicitur eſse ratio, ne quis decedat pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus; itaque & dies & conditiones exiſtentes in inſtitutionibus retrotrahi receptum eſt. Secundùm hæc Divi *Diocletianus* & *Maximianus*, extraneum cùm quis morietur hæredem inſtitui poſse ſcripſerunt, hoc videlicèt modo; ille cùm morietur, mihi hæres eſto: quando enim mortis conditio neceſsaria eſt, inſtitutionem non ſuſpendit, poteritque, quidquid nonnullis placuerit, is qui ſic ſcriptus hæres eſt, ſtatim adire hæreditatem, ut aliquando latiùs tractavimus. Idemque fore *Azo* arbitrabatur ſi Titius hæres ſcriptus ſit, cùm morietur Sejus. Sed hoc haud immeritò ab aliis improbatum eſt; quòd neceſsarium non ſit, Sejum mori ante Titium.

9. l. extraneum c. eo. tit.

In ſumma tit. de hær. inſt. §. in diem.

Jaſ. in d. l. extraneum

Atque tunc demùm in teſtamentis conditio neceſ- 3.
ſaria eſse dicitur, cùm vivo eo qui hæres inſtitutus eſt, aut cui quid datum aut relictum eſt, conditionem evenire oportet: aut ſi utroque caſu neceſsariam eſse velis; hoc tamen ſolo caſu neceſsariæ conditionis vim habebit. Vndè, ſi Titio cùm morietur hæres, legatum ſit, quamvis hæredem moriturum eſse certum ſit, ante mortem ejus tamen non cedet legati dies, quia poteſt Titius antè hæredem decedere, ſicque legatum fieri caducum. Vt *Pomponius* legatum quod hoc modo datum ſit, ſive illud factum fuerit, ſive non fuerit, Titio centum do lego; niſi alteruter caſus vivo Titio extiterit, interire tradat. Et ſi interim præſtitum ſit, repeti poſse autumem: aliter atque in contractu diximus. Accedit quòd aliquando à nobis ex *Tryphonio* recitatum eſt: hic non rectè patrem teſtatum videri ſcribit, qui filium quem in poteſtate habebat

l. hujuſmodi quand. di. le. ce.

d. l. hujuſmodi

ti. de effec. cond. exiſt. 23. l. filio à patre, de lib. & poſth.

bebat, ſub conditione caſuali inſtituit, & in defectum ejus exhæredavit: niſi alterutei caſus vivo filio contigerit. Ponamus ita teſtamentum ſcriptum eſse; filius meus ſi navis illa ex Aſia venerit, mihi hæres eſto; ſi non venerit, exhæres ſit: licèt enim neceſſum ſit alterutrum evenire; aut venire navem, aut non venire: poteſt tamen utrumque moriente filio pendere. Et legatum ſervum poſt legatarii mortem poſſe ex parte hæredem inſtitui, alibi ab *Vlpiano* traditum eſt: quem tamen hæredem fore ſi legatario vivo decedat, nemo (ut arbitror) dixerit. Quod diximus & dies & conditiones neceſſarias exiſtentes in inſtitutionibus retrò trahi; ideóque ſic inſtitutum, cùm morietur, hæres eſto; ſtatim adire hæreditatem poſſe: nemo ad legata extendendum putet, quando nec in iſtis ratio illa militat, ne quis pro parte decedat teſtatus, pro parte inteſtatus. Itaque ſi quid Titio cùm morietur, legatum ſit, eo demùm mortuo, ab hærede ejus peti poterit: adeò ut ſi ad hæredem non deferatur, per compendium ab ipſo initio inutile eſſe traditum ſit; veluti, ſi cui uſusfructus cùm morietur legatus ſit. Vt enim uſumfructum, cùm moriar, inutiliter ſtipulor (quamvis Stichum mihi cùm moriar, ſtipulari poſſim) ita non valebit legatum, ſi quis mihi, cùm moriar, uſumfructum legaverit. Idem in libertate eſſe *Vlpianus* admonuit.

4 (margin number beside "rit. Quod diximus")

38. l. qui filio, de hæred. inſt.

5. l. uſumfructum, de uſuf. leg. & .

78. hæres meus §. quantumvis de con. & de.

ſuprà de con. ſimple. nu. 12.

17. l. libertas, de ma. teſt l. ſi co. ut.

ſuprà qui ac. con. recip. nu. 23.

TITVLVS QVARTVS

De viribus Conditionis in præſens vel præteritum.

SVMMARIVM.

1. *Conditiones in præſens vel præteritum actus non ſuſpendere.*
2. *An hæres ſcriptus ignorans conditionis veritatem poſſit hæreditatem adire?*
3. *An impoſſibilis de teſtamentis rejiciatur, ſi in præſens aut præteritum ſit concepta?*

tit. quid ſit cond. nu. 5. & 6. DE iis conditionibus quæ in præteritum vel in præſens tempus conceptæ ſunt, ſi quis eorum quæ ſuperiùs ſparſim dicta ſunt, rectè meminerit, caput ſingulare omitti poſſe, haud malè putaverit. Enimverò ne opus vel hac ex parte mutilum ſit, pauca perſtringenda eſſe credidi. Principiò diximus haſce non propriè conditiones appellari, propterea quòd ſemper certæ ſunt, etſi nonnunquam nos la-
120. l. ſi ita ſtipulatus, de verb. ob. tere poſſint: conditiones contrà ſemper incertæ, ideoque in futurum ſemper reſpicere. Non pla-
100. l. conditio eo. ti. inſt. eo. §. conditiones. cuit, inquit *Papinianus*, inſtar conditionis habere ſermonem, qui non ad futurum, ſed ad præſens tempus refertur, etſi contrahentes rei veritatem ignorent. Has itaque conditiones quæ in præteri- 1.
37. l. cum ad præſens ſi cer. pe. tum aut in præſens ſunt, *Modeſtinus* actus aut ſtatim firmare, aut ſtatim vitiare perhibuit. Proindè, ſi quis hoc modo ſtipulatus ſit. Si rex Parthorum

vivit,

vivit, ſi illam uxorem habuit, ſi Titius moriens 7. *l. hac*
proles reliquit, centum mihi dare ſpondes? nemo *venditio*
dixerit, ſtipulationem pendere, tametſi de harum *§. pe. &*
conditionum veritate inquiſitio pendere poſſit. In *37. l. ſi quis*
venditione idem obſervatum eſt, ſi hoc modo fa- *fundum*
cta ſit, quanti tu emiſti, vel quanti ab illo emp- *de contra.*
tum eſt. In legato idem juris eſt, ut, ſi cui cen- *emp.*
tum legata ſint, ſi Mævius ſine prole deceſſit, mor- *l. 3. §. ſi pa-*
tuo teſtatore ſtatim dies legati cedere dicatur; ut *tronus de*
etiamſi legatarius conditionis veritatem neſcierit, *bo. liber.*
moriens ad hæredem ſuum, legatum tranſmitte- 10. *l. inſti-*
re poſſit. Sed quid in hæredis inſtitutione dicemus? *tutio. §. 1.*
Quid enim, ſi Titius ita inſtitutus hæres ſit: ſi *de con. inſt.*
Rex Parthorum vivit, ſi navis in portu ſtat? *Vlpia-* *ſuprà. qui*
nus; Si in præteritum collata ſit conditio, vel ad *act. cond.*
præſens, non videtur, qui ſcriptus eſt hæres, ſub *recip. nu.*
conditione inſtitutus eſſe; ſed aut impleta eſt con- 17.
ditio, & purè inſtitutus eſt: aut non eſt impleta, 16. *l. cum*
& non inſtitutus eſſe videtur. Vnde filium qui in *in ſecundo*
poteſtate eſt, ſic hæredem inſtitui poſſe eſt nota- *de injuſ.*
tum: ille Sejus quem codicillis hæredem ſcripſi, *rup. teſta.*
hæres eſto; aut, ſi Rex Parthorum vivit: & vale-
bit inſtitutio, ſiquidem conditio vera ſit. In ean-
dem ſententiam *Pomponius*: Si in ſecundo teſtamen-
to hæres quis inſtitutus ſit, ſub conditione quæ in
præſens aut præteritum tempus eſt concepta, ve-
luti, ſi Titius conſul eſt, aut ſi conſul fuit; ſi vera
eſt conditio, ſuperius teſtamentum rumpi: ſi falſa
ſit, non rumpi notavit. Et *Vlpianus*, ſi ita ſcriptum
ſit: Ex iis partibus quas adſcripſi: Ex qua me Ti-
tius hæredem ſcripſit: Ex iis partibus quibus te-
ſtamento matris ſcripti ſunt, hæredes mihi ſunto:
ſi nullæ partes inveniantur, hæredes non fore no-

tavit.

l. 2. de hære. inſt, & l. ſi. de bo. poſſ. ſec. tab.

tavit. Sed quid ſi vera ſit conditio, ſed veram eſſe inſtitutus ignoret, an nihilo minùs adire hæreditatem poſſit? Et arbitror non poſſe, quòd eum qui hæreditatem adit, certum eſſe oporteat, an ſibi hæreditas ſit delata. Nam & in ſuperioribus dictum eſt, ut is qui ſub conditione inſtitutus fuit, hæreditatem adire poſſit, non eſſe ſatis, quòd conditio extiterit, ſed hoc quoque requiri quòd extitiſſe ſciverit. Et non valere aditionem *Africanus* admonuit, quæ hoc modo facta eſt; adeo hæreditatem ſi ſolvendo eſt. Verùm ut hoc; bonorum tamen poſſeſſionem accipere poſſe non dubitaverim, eum, cui in præſens vel præteritum conditio adſcripta ſit, interim dum dubius eſt, an vera ſit, an falſa. Nam & eum qui ſub mera ac propria conditione hæres ſcriptus eſt, eâ pendente, ad bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas admitti diximus, ut ſi eo vivo conditio extiterit, hæres fiat; ſin minùs, ad alium hæreditas dignoſcatur pertinere. Atque propter hanc dubietatem ad bonorum poſſeſſionem admiſſum cavere oportere admonuimus. 2.

51. l. eum qui §. fi. de acq. hær.

Memini à quibuſdam propoſitam eſſe quæſtionem, an conditio in præſens vel præteritum concepta, ſi impoſſibilis ſit, de teſtamento rejiciatur, ſecundùm generalem regulam quæ habet impoſſibiles conditiones in teſtamentis pro non ſcriptis eſſe? Quod *Baldus* & *Jaſon* magis eſſe putabant: ampliùs *Hugo* omnem conditionem falſam ut impoſſibilem rejiciendam eſſe dicebat. Sed *Faber* contrà utrumque falſum eſſe, licèt ratione non ſat aptâ. Ego ſi ſpectemus quæ ſuperiùs tradidi, circà rationes quare impoſſibiles conditiones de teſtamentis rejiciantur, clarum fore puto, has de 3.

Bal. in l. ſi Mevia, de hæ. inſt.

Iaſ. in d. l. cum ad præſens.

gl. in d. l. inſtitu.

præterito, vel præſenti, etiamſi impoſſibiles ſint, rejici non debere. Diximus cauſam eſſe teſtatoris impudentiam, qui vel à legatario, vel ab hærede rem impoſſibilem extorquere voluit. Quæ ſanè ratio in re quæ præteriit, aut nunc facta eſt, cùm teſtamentum ſcribitur, locum habere nequit: ad hoc enim tempus haſce conditiones referendas eſſe nemo dubitaverit. Prætereà quod de conditionibus rejiciendis traditum eſt, nominatim de iis dictum eſt, quæ in futurum ſunt. Et ut ad eas extendamus quæ propriè conditiones non ſunt, non arbitror jure convinci poſſe: maximè cùm diſpar ratio ſit; ut hinc etiam liquere putem graviſſimos juris interpretes ob neglectam hujus noſtræ rationis inveſtigationem in turpes errores incidiſſe. Quod autem *Alphenus* ſcribit; ſi ita Lucius hæres inſtitutus ſit, ſi Mævia mater mea, & Fulcinia filia mea vivent, hæres eſto; hæredem fore, etſi teſtator filiam nunquam habuerit, οὐδὲν ὡς ἀληθῶς πρῶς ἴσος; verba enim illa, *ſi vivent*, ad mortis tempus referenda eſſe nemo negaverit. Atque hæc ſufficere arbitratus ſum.

d.l. cum in ſecundo. 45.l. ſi Mævia de hær. inſt.

TITVLVS QVINTVS

De Conditione ſolutiva.

SVMMARIVM.

1. *Quæ conditiones ſolutivæ appellentur?*
2. *Solutivâ conditione pendente, actum interim purum videri.*
3. *Res venditas interim emptoris eſſe.*
4. *Omnes actiones in emptorem & contrà emptorem tranſire.*

5. *Fructus emptoris eſſe.*
6. *Rem emptoris eſſe periculo.*
7. *Vſucapiendi cauſam ad emptorem tranſire.*
8. *Exiſtentem conditionem actus reſolvere.*
9. *Actiones & fructus ad venditorem redire.*
10. *Quid de iis quæ interim ab emptore facta ſunt?*
11. *An commiſſa per alienationem pœna extinguatur?*
12. *Angabella, vectigal, vel arrha reſtitui debeant?*
13. *Deficiens ſolutiva conditio quid operetur?*

Solutivas conditiones appellamus, quæ actûs perfectionem non remorantur, ſed perfectos reſolvunt; ſic ut retrò ab ipſo initio infectos faciant: ut rem inemptam fore, ſi hoc vel illud obtigerit, verbis, inquam, directis; eoque ab iis pactis differunt, quæ de re reddenda, reſtituenda, aut retro vendenda verbis obliquis, ſeu inflexis concipiuntur. Et haſce ſolutivas conditiones, de quibus agimus, jureconſulti conventiones potiùs quàm conditiones appellandas eſſe putavêre, Si ita, inquit *Paulus*, res empta ſit, ut niſi pecunia intrà certum diem ſoluta fuerit, inempta fieret, videamus utrùm conditio ſit an conventio? & iſtud verius eſſe reſpondit. Atque hæ conditiones in ipſo contractûs initio adſcribi debent, Aliæ etenim conditiones quæ poſt perfectam obligationem adſcribuntur, inefficaces ſunt, licèt ubi extiterint, exceptioni pacti conventi, vel doli mali locum faciant, ut alibi *Paulus* notavit. Hujus autem ſolutivæ conditionis vis ſummatim hæc eſt, quòd pendens, contractûs puritatem non inficit. Et rurſùs ubi extiterit, facit ut omninò 1.

l. 2. §. Sabinus pro emp. pt. *43. l. obligationum fere §. con. de act. & oblig.*

ninò non contractum fuiſſe videatur, ut & lucri, & pœnarum quæſtionem omnem exiſtens conditio abſorbeat: tanta eſt hujus conditionis retrò
2. agendi vis & poteſtas. De pendènte quæ tradita ſunt, percurramus. Si ita, inquit *Paulus*, res vendita ſit, ut ſi intrà diem certum diſplicuiſſet, inempta fieret, pura eſt emptio: & idem ab *Vlpiano* probatum eſt. Idem erit, ſi talis adjecta ſit conditio, ut niſi pecunia intrà certum diem ſoluta ſit, inempta fiat; vel niſi quis meliorem conditionem attulerit: quamvis non defuerunt, qui in poſteriori ſpecie contractum ex conditione pendere putarint. Et *Vlpianus* quid actum ſit, referre ſcribit: nam ſi hoc actum ſit, ut meliore allatâ conditione ab emptione diſcedatur; puram eſſe, ſed ſub conditione reſolvendam: ſi verò ut perficiatur emptio, niſi melior conditio allata fuerit; conditionalem.

d. l. 2. §. ſi in diem. l. 3. de contrah. emp. d. §. Sabinus d. §. ſi in diem.

l. 2. de in diem adject.

3. Emptoris igitur rem interim eſſe, dum hæc conditio reſolutiva pendet, nemini dubium eſſe poteſt. Non ideò minùs, inquit *Paulus*, quid noſtrum eſſe vendicamus, quòd abire à nobis poſſe dominium ejus ſperatur. Sed unus refertur caſus, in quo res ſub ſolutiva conditione vendita contrà atque dictum eſt, adhuc ipſius venditoris eſſe fingitur: nempe ſi de lege Falcidia agatur. Sub lege commiſſoria, inquit *Hermogenes*, diſtracti ſervi vel in diem addicti, quantùm ad rationem legis Falcidiæ attinet, ad venditorem ſpectare videntur: ſervum enim hæres recepturus eſt, pretiumve ejus. Idemque fore in omni caſu arbitror, quo de dimenſione facultatum alicujus quæritur. Sunt tamen qui putant hoc *Hermogenis* dictum intelligendum eſſe, ſi ipſa venditio ſub conditione facta ſit; ſed non probatur

l. non ideo. de rei ven. 38. l. ſtatuliber ad leg. fal. glo & Alex. ibi. glo. in l. 2. de in diem adject. in l. pecuniam ſi cert. pet.

riæ, vel adjectionis in diem, non competere domino
jus retentionis aut prælationis, quibuſdam etiam
viſum eſt: quod interim juri conſentaneum eſſe
non puto. Sed tamen, ut in ſuperiori, exiſtente
conditione, jus domini extingui poſſe. Cæterùm
ſi alienatio ſub pœnâ commiſſi, prohibita ſit, ut
rei feudalis vel emphiteuticæ, juris quidem ſubti-
litate rem commiſſam fore arbitrer, quamvis in
venditione extinctiva ſit adjecta conditio, ſiqui-
dem tradita fuerit, & dominium tranſlatum: ex-
titiſſe enim conditionem verum eſt. Enimverò
quia exiſtens ſolutiva conditio retrò quod actum
eſt, extinguit, ſicque commiſſio quoque interci-
det; ſupervacaneum eſſe videtur ante hoc tempus,
ſi non longa expectatio futura ſit, hujus rei valdè
ſollicitum eſſe. Idem obſervari notant, ſi quæra-
mus, an de tali contractu gabella ſolvi debeat? A-
liter atque ſi non directis verbis, ſed obliquis ſol-
vendi conditio concepta ſit: hîc enim utcunque
poſteà cedat, & rem commiſſam eſſe, & Gabel-
5. lam Laudimiaque ſoluenda eſſe credunt. De fructi-
bus videamus; & hos ad emptorem ſpectare à
multis eſt reſponſum. Adeò ut fructus aridos qui
adhuc in fundo ſunt, cùm penſionis necdum veniſ-
ſet tempus, ad emptorem pertinere, *Paulus* tradi-
derit. Et *Neratius*, ſi in vendendo fundo convene-
rit, ut niſi intrà certum tempus pretium ſolutum
eſſet, inemptus eſſet, de fructibus id actum videri
notavit, ut emptor eos ſibi ſuo que jure percipiat.
6. Hiſce conſequens eſt, interitum rei interim ad
emptorem quoque pertinere: ejuſque eſſe rem
periculo, ab *Ulpiano* eſt notatum. Nam, ut *Paulus*
ſcribit, poſt interitum melior adferri conditio non

deciſ. delphin q. 47. & ſeq.

6. unico quid jur. ſi poſt alien. feu. vaſ. id re. Caſtren. & alii in l. ab emptione & in l. Jurisgentium. §. adeo de pact.

l. 2. & 3. de in diem adject. §. fi. l. fi. de jur. fiſ.

5. l. lego fundo, de leg. commiſſ.

l. 2. & 3. de in di. adject.

47. l. ſi hominem §. 1. de ædil. ed.

potest,

5. l. ſi res, de in diem adject. 22. l. apud Labeonem §. 1. de praeſ. verb.

poteſt, neque exiſtens conditio ejus rei quæ non eſt, contractum extinguere poteſt: tametſi ædilitias actiones poſt mortem hominis manere certi juris ſit: quia ab initio competierunt. Adeò hæc, ut ſi ancilla, aliáve res in diem addicta medio tempore deceſſerit, vel interierit; nec fructûs, nec partûs nomine, addictionem admittendam eſſe, *Vlpiano* viſum fuerit: quòd alterius rei, quàm quæ diſtracta eſt, admittere addictionem abſurdum eſſe putaverit. Sic apud *Melam*; cùm mulas tibi vendidiſſem, ut ſi intrà dies experimenti diſplicuiſsent, inemptæ eſſent, ac medio tempore à graſsatoribus ablatæ eſsent, pretium mihi omninò deberi reſponſum eſt. Deteriorationis autem periculum

6. l. ſi ex duobus, de in di. ad 23. l. cùm autem & 25. l. ædiles, de ædil. act.

eatenùs ad emptorem pertinere arbitror, ut quamvis re deteriore factâ, addictio tamen admittenda ſit, & venditor commiſſoriâ lege uti poſſit, ſi velit. Adeò ut ſi duóbus ſervis, viginti in diem addictis, alter deceſserit: deinde unius nomine qui ſupereſt, emptor extiterit, qui ſuprà viginti promittat; à priore contractu diſcedendum eſse, *Vlpianus* notarit. Quin ſi emptor, familia ejus, vel procurator deteriorem fecerint, ipſe tenebitur; exemplo ejus quod in redhibitoria actione traditum eſt. Conditione verò non exiſtente, aut ſi eâ venditor uti nolit, rem apud emptorem manere qualis ſit, nemo dubitarit: idemque fore arbitrer, ſi ſub lege commiſsoria res vænierit. Sed quid ſi

21. l. plane, de jur. dot. l. 2. § Sabinus cum ſeq. pro empto.

ita res vendita ſit, ut ſi intrà certum diem diſplicuerit, reddi poſset; an deterior facta poſſit reddi? arbitror poſse, ſi emptor culpâ careat. Nam & maritus qui rem dotalem æſtimatam reſtituit, deteriorem factam, reſtituere poteſt, ut *Paulus* notavit.

tavit. Videamus de uſucapiendi cauſa; & hanc emptorem interim habere *Paulus* ſcripſit, & à *Juliano* ac *Vlpiano* probatum fuiſse comperimus; licèt *Sabinus* in diverſa fuerit ſententia. Vndè *Africanus*, ſi cùm ſervum tibi venderem, convenerit, inemptum fore, niſi pecunia certâ die ſoluta eſſet; eaque de cauſâ ad me redierit, temporis tui acceſſione me uſurum eſſe reſpondit, exemplo ejus quod in homine rèdhibito obſervatur. Idemque à *Jaboleno* obtinere notatum eſt, ſi hominem emeris, ut ſi aliqua conditio extiterit, inemptus fieret, emptioque reſoluta ſit. Et cùm retractum jure proximitatis vel προτομίσεως interim admittendum eſſe conſtet, tempus quod volenti retrahere concedi ſolet, re ſub pacto legis commiſſoriæ aut adjectionis in diem venditâ, ſtatim currere à contractu inito, conſequens eſt; tametſi quibuſdam aliter viſum ſit. Et hæc de ſolutiva conditione, dum

8. pendet, dixiſſe ſufficiat. De exiſtentis conditionis poteſtate, videamus: & in primis actum reſolvere dicitur, haud ſecùs atque ſi nihil actum fuiſſet; & ut *Jabolenus* ſcribit, reſolutâ venditio, propriè venditio non eſt, habeturque res atque ſi vendita non fuiſſet: ut emptor dominus eſſe deſinat, & dominium ipſo jure ſic ad venditorem redire dicatur, quaſi nunquam ab eo diſceſſiſſet, & rem à quocunque vendicare poſſit, ut *Vlpianus* notat: idemque à Divo *Alexandro* ad *Julianum* probatum eſt; & à *Paulo*, cùm mulier Caio Sejo ita fundos vendidiſſet, ut niſi intrà ſtatuta tempora reliqua pecunia ſoluta eſſet, villæ inemptæ eſſent. Atque hoc extrà omnem controverſiam eſt, ſiquidem à principio

6. l. ſi duobus §. 1. de diverſ. præſ.
19. l. ſi hominem de uſucap.
Voet. in conſuet. Bitur. tit. §. retract. de 1.
d. l. ſi hominem de uſucap.
41 l. ſi quis hac, de rei vend.
4. l. commiſſoria C. de pa. in emp.
doct. in Lab emptione, de pact.
6. l. ſi convenit de reſcin. vend.
12. l. cum quis de con cauſa da.
l. ſi quis ſub de contrah. emp.

L   con-

contractûs, hæc conditio adjecta ſit, & verbis directè reſolventibus concepta eſt, veluti, inempta vel infecta ſit. Secùs verò, ſi aut ex intervallo, aut verbis obliquis ſit prolata, puta; ad me res revertatur, vel mihi reſtituatur, vel revendatur: hoc etenim caſu, non ipſo jure redibit dominium, ut vendicari res poſſit, ſed condictione agendum erit, ut *Paulus* in mortis cauſâ donatione, quæ ſic facta fuerat, ut ſtatim res accipientis fieret, ádmonuit, niſi fortè abducendi pactum adjectum ſit. Si quis inquit *Paulus*, ſub hoc pacto ancillam vendiderit, ut ſi proſtituta eſſet, liceret eam abducere, & ſi per plures emptores mancipium cucurrerit, ei qui primo vendidit, exiſtente conditione, abducere licebit. Sed & actiones omnes ad venditorem redeunt, 9 adeò ut ei emptor præſtare cogatur, quod interim conſecutus eſt. Hoc ampliùs; fructus omnes inte-rim perceptos reſtitui venditori oportere, à *Juliano*, *Paulo*, & *Vlpiano* notatum eſt. Et ut *Ariſto* ſcribit, ſi ob pretium non ſolutum res revæniiſſet, de fructibus in emptorem judicium venditori dandum eſt, quòd nihil penes eum reſidere oporteat ex re, in qua fidem fefelliſſet. Idemque fore, ſi in diem addictio facta ſit, *Ulpianus* notavit: quòd, inquit, dicitur, in diem addicto fundo, fructus ad emptorem pertinere, ſic verum eſt, ſi melior conditio allata non fuerit: exiſtente verò, qui meliorem conditionem adferat; venditori prior emptor fructus omnes refundere cogetur, etiamſi prior emptor poſteà licitatus ſit, & apud eum res remanſerit. Liquet igitur ad ſecundum emptorem non tranſire fructus, ſed priori venditori debere reſti-tui.

11. l. is qui puteum §. ſi fundus quod vi aut clam & 7. l. eum qui de in di. adjec. l. 2. §. ſi in diem pre empt.

11. d. l. is qui puteum §. ſi fundus quod vi aut clam.

7. l. eum qui & l. 9. item quod de in di. adject. & 19. l. imperator eod. tit.

d. l. item quod §. ſi. l. ſi de jur. fiſ.

tui. Enimverò, ut rectè *Paulus* admonuit, ſi utra-
que addictio intrà tempora vindemiarum facta
fuerit, reſtituendi fructus non erunt, qui necdum *l. 4. §. 1. de*
percepti fuêre, ſed ad ſecundum emptorem perti- *le. commiſſ.*
nebunt. Et ſic judicatum fuiſſe refert inter Vale-
rium patronum, procuratorem Cæſaris, qui præ-
dia vendiderat, & Favium Statillium, qui eadem
emerat. Eſt & alius caſus, in quo fructus vendito- *9. l. impe-*
ri reſtitui non debent; ſed apud priorem manent *rator de in*
emptorem: nempè ſi pretium ſolverit: idque *Ne-* *diem adie.*
ratium annotaſſe, & rationem habere *Vlpianus* re-
10 fert. Porrò ſi emptor in rem quid interim impen-
derit, meliore poſteà allatâ conditione, de fructi-
bus id retineri poſſe: aut ſi ii non ſufficiant, reddi *6. l. ſi ex*
ei oportere Imperatorem *Severum* reſcripſiſſe, ab *duobus §.*
Vlpiano relatum eſt. Et quamvis emptorem inte- *1. de in di.*
rim rem poſſe pignori dare ſuprà dictum ſit, exi- *ad. & l. 3.*
ſtente tamen conditione, extingui pignus *Vlpianus* *quib. mo.*
notavit: ſi quidem pro venditore conditio adjecta *pig. ſol.*
ſit, & quâ ipſe emptor non potuerit non uti; ve-
luti ſi convenerit rem inemptam fore, ſi melior
conditio allata fuerit, aut niſi pretium intrà certum *d. l. 3.*
diem ſolutum fuerit; quod & *Marcellus lib.* 5. *Di-*
geſtorum probaſſe dicitur. Planè ſi conditio pro
emptore adjecta ſit, & quam ipſe potuit ſpernere:
veluti hæc, rem inemptam fore, ſi emptori intrà *43. l. bo-*
certum diem diſplicuerit: non extingui pignus, *vem §. pi-*
quamvis reſolutâ emptione, *Vlpianus* admonuit. *gnus de*
æd. ed.
Quemadmodum & pignus manere dicimus, quod *7. l. ſi cre-*
ab emptore datum eſt, quamvis poſteà ſervus ab *ditor de*
emptore ſit redhibitus: ideoque his caſibus non *diſt. pig.*
audiendum emptorem putem, niſi rem liberet. *de con. im-*
ple. nu. 23.

Cæterùm ſi ita pignus à creditore venditum ſit, ut reddito pretio inemptum fiat, valere pactum, ac catenùs debitori prodeſſe poſſe, ut actiones ei creditro cedere cogatur, *Marcellus* tradidit, & ſuperiùs à nobis tactum eſt. Sed etſi voluntate creditoris debitro pignus vendiderit, poſteaque venditio reſoluta ſit; in priſtinam cauſam redire pignus à *Paulo* notatum eſt. An autem vaſallus, vel emphiteuta, 11
qui rem vendidit irrequiſito domino cum pacto legis commiſſoriæ, vel adjectionis in diem, contractu per exiſtentiam conditionis reſoluto, à pœna excuſetur, non levis dubitatio eſt. Et ſi quidem ab initio talé pactum directis verbis appoſitum fuerit, excuſari ajunt; ſecùs ſi ex intervallo: & hanc ſententiam communem eſſe ajunt. Undè ſic vendi feudum impunè, ac ſine periculo poſſe putant, ut inemptum eſſet, ſi dominus revocâſſet; neque eo caſu in commiſſum cadere, quòd domino revocante, retrò ab initio res inempta fiat. Et quod alibi dicitur, non prodeſſe vaſallo, ſi feudum illicitè à ſe alienatum poſteà recuperaverit, intelligunt, ſi id aliter contigerit, quàm extinctivo pacto, ab ipſo initio adjecto, ut retrovenditione aut actu ſimili. Sic feudum in dotem dari à patre filiæ non poſſe dicitur; multoque minus ab extraneo; neque referre, quod ſoluto matrimonio ad donantem revertatur. Neque obſtat, quod *Paulus* ſcribit, eum qui alienaverit, & receperit, non teneri edicto, quod in eos ſcriptum eſt, qui mutandi judicii cauſâ rem alienaverint. Nam cùm illa actio ad intereſſe detur, & re receptâ adverſarii non interſit, quòd apud alium fuerit, clarum eſt actionem

10. l. voluntate quib. mo. pig. ſol. Guilie l. de Cun. & Bald. in l. ab emptione de pac. Iaſ. de ju. emph. l. cum dubitabatur, q. 21. Cepo Cantel. 22.

Bald. in c. 1 de proh. feu. ali. per fre.

9. l. ex hoc §. pe. de ali. jud. mu. cauſ. fac.

nem quoque intercidere. Vtcunque hæc, haud temerè tamen dubitari poſſe putem, an non ipſo jure feudum commiſſum ſit, alienatione perfectâ, neque proſit rem inemptam fieri, cùm culpa ſecum pœnam & executionem traxerit. Nec quidquam facit, quòd dominium & actiones ipſo jure redire dicuntur: nam hoc inter ipſos contrahentes verum eſt, eoſque qui ab his cauſam habent; non autem contrà eos, ad quos ex lege res in pœnam tranſiit. Et retrotractiones iis ſolis prodeſſe ſolent, qui ipſi contraxerunt, non autem aliis. Quidquid ſit, à communi ſententia recedendum eſſe non putaverim, ſi modo adjecta conditio incontinenti extiterit, idque κατὰ τὴν ἐπιείκειαν: argumento ejus quod *Julianus* ſcribit, eum qui poſſeſſionem ſibi ereptam in ipſo congreſſu recuperavit, non videri per vim poſſidere, ſed in priſtinam cauſam revertiſſe potiùs. Et *Paulus*, non videri divertiſſe uxorem, quæ brevi reverſa eſt: & à *Martiano* idem probatur. Quid autem *in continenti* appellari poſſit, judicis arbitrio relinquendum puto, licèt plerique id ex diverſione ad actus extraneos definiendum arbitrentur.

12 Quæri ulteriùs poteſt, an ſolutum vectigal vel gabella per emptorem, contractu poſteà reſoluto, reſtitui ei debeat? Et non eſſe reſtituendum magis eſſe arbitror, ſi per ipſius emptoris factum contractus extinctus ſit, ut ſi ſub lege commiſſoria res vendita eſſe proponatur: ipſi etenim emptori imputandum eſt, cur pretium intrà diem conventum non ſolverit: quo fit, ut nec arrham datam emptori reſtituendam eſſe à *Scævola* reſponſum ſit, cùm fundus ſub lege commiſſoria vendi-

l. ſtipulatio. de dote. de ju. do. & l. in inſulam §. fi. ſolu. mat. c. ſi pro te, de reſcrip. lib. 6.

17. l. qui poſſeſſionem, de vi. & vi ar. 49. l. quidquid, de reg. jur. l. 33. plerique de rit. nupt.

tus fuiſſet. Cæterùm ſi emptoris nulla culpa ſit, ut ſi fundus in diem addictus ſit, & prior emptor à ſequente licitatione victus eſſe proponatur; priori emptori, ſi is fortè aut vectigal, aut arrhas dederit, reſtitui debere, & æquitati conſonum, & uſu obſervari comperimus. Et equo redhibito, quod vectigalis nomine ſolutum eſt à venditore, quia reticuit quæ eum edicere oportebat, emptori, quod vectigalis ſolvit nomine, reſtituendum eſſe traditum eſt. Nam & ii qui proximitatis jure rem retrahunt, hæc ſupplere coguntur. Quod autem ad fiſcum attinet, cui vectigal ſolutum ſit, ad id reſtituendum non teneri dicitur, ne partium conventione Principis cauſa in jure quæſito deterior fiat. Nam etſi re integrâ, nudo partium conſenſu, à contractu diſceſſum ſit, adhuc tamen ſolvendam eſſe gabellam, *Alexander* notavit, niſi fortè in continenti id contigerit.

6. l. de leg. commiſſ. 19. l. Imperator de in di. ad. 27. l. de ædil. edic. arg. l. inſulam & l. ſi mulieri ſolu. matrimo. In l. juriſgentium §. adeo de pac. 40. l. ſi mortis de mor. cauſa do.

Deficiens autem ſolutiva conditio quid operetur, ex iis quæ diximus, palàm eſt: retrò enim facit, ut conditio adjecta non fuiſſe videatur, manetque prior contractus firmus ac ſtabilis, omni extinguendi ſpe ſublatâ. Quemadmodum *Papinianus.* Si mortis cauſâ inter virum & uxorem donatio facta ſit, morte ſecutâ, reduci ad id tempus donationem ſcribit, quo interpoſita fuit, ſi hoc videlicèt animo donatum ſit, ut ſtatim res accipientis fieret, ſed morte non ſecutâ reſtitueretur; quæ reſtituendi conditio, ſecutâ morte, dicitur deficere: quanquam *Accurſius* hoc *Papiniani* reſponſum in ea donandi ſpecie accipiendum tradat, quæ ſic facta eſt, ut nullo caſu revocari poſſet. Quod ſanè 13

27. l. ubi ita donatur eod. tit.

pro-

probari à me non potuit; propterea quòd hæc donandi forma inter virum & uxorem prorſùs eſt inutilis: contrà verò ſic donari poſſe, ut ſtatim res accipientis fiat, juris eſt certiſſimi, quanquam & hoc caſu extrinſecùs pendeat. Et hoc, quod *Papinianus* dicit, inter conjuges morte ſecutâ donationem retrò trahi, non pro dominio, ſed pro fructibus duntaxàt, aut partu obtinere putamus. Omnis enim inter conjuges donatio, niſi morte confirmata ſit, vires non habere dicitur, ut dominium tranſlatum eſſe non videatur: quin revocatâ antè mortem donantis donatiône, aut aliter infirmatâ, vendicari res donata poteſt. Cæterùm, ut diximus, morte ſecutâ, pro fructibus retrò trahitur. Vndè *Iaboleiius*, Si is ſervus, qui uxori mortis cauſâ donatus eſt, priuſquam vir decederet, ſtipulatus ſit, in pendenti ſtipulationis cauſam eſſe notavit, donec aùt vir moriatur, aut periculo mortis liberetur: quidquid autem eorum donationem, aut perimat, aut confirmet, id quoque cauſam ſtipulationis, aut confirmare, aut reſolvere. Et quod de dominio diximus, nominatim inter conjuges accipere oportet: inter extraneos enim reſolutiva conditio, dominii tranſlationem non impedit, ut ſuprà oſtenſum eſt. Atque iſtis mihi tota extinctivæ conditionis materia ſatis explicata eſſe videtur. In inſtitutionibus enim huic locus non eſt. Nam qui ſemel hæres eſt, ſemper hæres manet. In legatis autem quid juris ſit ſuperiùs latè explicuimus. Pactum autem de retrovendendo, ſeparatum à conditionibus tractatum habet: neque enim ſuſpendit priorem contra-

11. l. interim. de don. in. vi. & ux.

21. l. ſi is ſervus eod. tit.

ſupra qui actus cond. recip. nu. 21. & 24.

tractum, neque eum retrò extinguit, aut reſolvit; ſed actionem dumtaxàt perſonalem producit ex contractu: atque de hoc pacto ſingulariter à quibuſdam ſcriptum eſt. Quæ itaque omninò ad conditiones pertineant, qùas neminem per ſe tractaſſe ſcio, à me hiſce dicta ſunto.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

A.

ABlativi abſolutè poſiti *an faciant conditionem?* 63

Acceptilatio *quas Vires accipiat exiſtente conditione.* 209. *quas obligationes perimat.* 211. *Acceptilatione tolli poteſt quod ſub conditione debetur* 209. *Non admittit conditionem expreſſam, & quare?* 441. *an ſit idem de tacitâ?* 441. *Acceptilatio ſub conditione facta an ſaltem habeat vim pacti?* 442

Actio *quibus caſibus pendente Conditione admittatur.* 120. *Actionem non eſſe ut impleatur conditio contractui appoſita.* 179. *an actio ſit ut impleatur conditio ſcripta in teſtamentis?* 180. *Actio an ſub conditione fieri poſſit?* 420. *An actionem habeant ii, quibus teſtator conditionis nomine aliquid dari juſsit.* 104.

Actus *etiam conditionum capaces non tamen omnes admittere.* 407. *Qui actus recipiant conditiones, & quales.* 407. *Actus quinam debeant eſſe puri, & conditionē non admittant?* 440. *Quæ ratio eos à reliquis ſecernat?* 440. *Actus vitiatur conditione appoſitâ, quæ contra ejus naturam eſt.* 419. *&* 422. *Actus forenſes an & quas recipiant conditiones?* 419

Ademptio *legati Conditionalis an faciat conditionem.* 42. 43. *Adimere in pœnam, quæ data ſunt an & quando liceat?* 508

Admonere. *Quæ admonendi gratiâ dicta ſunt an faciant Conditionem?* 57

Ætas *extranei an faciat Conditionem in legatis?* 38. 39. *quid ſi ætas ad legati extinctionem poſita ſit?* 34. *Ætas adſcripta contractibus an faciat*

ciat conditionē 36. ætas hæredis vel legatarii in teſtamentis an faciat conditionem. 37. Solutio legati in certam legatarii ætatem dilata an reddat conditione ſuſpenſum legatum 37. Ætas gravati teſtamento adſcripta an faciat Conditionem? 38. Ætas certa in conditione poſita an requirat annum eſſe completum. 300

Alienare, Alienatio. An hæres rem ſub conditione legatam eâ pendente alienare poſſit. 169. 172. 173. 174. alienatio facta inter vivos, an differat ab alienatione facta in teſtamento. 175. Alienari an poſſint quæ pendent ex conditione. 126. Alienationes legati interim ab hærede factæ, exiſtente conditione ipſo facto revocantur. 244. Alienatio ſi talis ſit quæ non facilè poſſit revocari, ab initio nulla eſt. 247. alienatio valet uſque ad legitimam non obſtante fideicommiſſo ibid. an poſſit valere uſque ad Trebellianicam? 248. quantum alienare poſſit qui reſtituere rogatus eſt quod morienti ei de bonis ſupererit. 249

Anguſtia temporis habet naturâ impoſſibilitatem. 24. an vitiet contractum? 489. quem vitiet, quem non? ibid. rejicitur de teſtamentis. 503

Annus completus quando dicatur? 299

Annuum legatum an habeat Conditionem 41. annua ſtipulatio an Conditionem habeat. 42

Appellatio. Appellandi tempus ſententiâ ſub Conditione datâ quando incipiat computari. 106. Appellatione partis quid intelligendum? 282. Appellatione liberorum qui contineantur? 285.

Aquilianæ ſtipulationis effectus qui. 212

Arbitrium. Verba ſignificantia arbitrium non faciunt Conditionem in teſtamentis & quare 52. an faciant conditionem in contractibus. 53. arbitrio alterius ſe ſubmittens qua de cauſa poſſit reſilire. 464. arbitrium alterius,

rius, boni viri Arbitrium ſignificat. 404. In alterius Arbitrium collata conditio quando deficiat aut impleatur? 404
Argumentum à contrario ſenſu an à conditionibus accipi poſſit? 192
Arrha pendente conditione data emptori an contractu reſoluto debeat reſtitui? 533
Augmentum vel acceſsio rei legatæ pendente conditione ad quem pertineat. 155

B.

BEneficii reſignatio an & quando conditionaliter fieri poſſit? 448. Quid de Renuntiatione? 448
Bonorum generalis obligatio quam tacitè importet conditionem? 456. Quid ſi ad ſpecialem hypothecam acceſſerit? 459

C.

CApacitas hæredis & quæ in ea conditionis exiſtentis vis ſit. 234
Catonis Regula quæ. 178. in quibus locum habet. 176. An pertineat ad inſtitutiones conditionales. 235. An per tacitam conditionem excludatur, & per qualem? 485.
Cavere, Cautio. Hæredes an legati conditionalis nomine legatario cavere debeant? 166. Legatarius ſi fideicommiſſo gravatus ſit an teneatur cavere fideicommiſſario 168. An hæres pendente conditione ſubſtituto ſuo cavere debeat? 169. Cavere per ſe ſervus an poſſit? 343. Cautioni de reddendo mutuo, quæ tacitè inſit conditio? 456. Quæ in cautione de reddenda dote? ibid.
Cavillatio an in interpretatione teſtamentorum admittenda? 277
Cauſa quomodo differat à Conditione. 7
Citatio ad jus quomodo fiat? 419. an admittat conditiones? 419
Clauſula Si volet an inſtitutionem faciat Conditionalem 50, an faciat Conditionem in legatis. 51

Clericus *cum ſimplici ſignatura beneficium poſſidens, an legitimè poſſideat?* 472
Codicillis *teſtamentariis an poſſit adſcribi conditio?* 434
Collatio Sacerdotii *an & quas admittat conditiones?* 448
Conditio *quid ſit* pag. 1. *ejus diviſio in propriam & impropriam.* 18. *Conditionum aliæ voluntatem exprimunt aliæ non.* 21. *Quædam quandocunque impleri poſſunt quædam non niſi poſt mortem teſtatoris.* 21. *aliæ momentaneæ, aliæ ſucceſsivæ.* 21. 22. *quædam extremo vitæ momento impleri poſſunt, aliæ non.* 22. *aliæ ſpontaneæ aliæ neceſſariæ.* 22
Conditio *propria quæ?* 18. *Conditionis propriæ diviſio in Caſualem, Poteſtativam, & Mixtam.* 18. *Conditio caſualis quæ?* 18. *Poteſtativa quæ?* 18. *Mixta quæ?* 18. *Impropria quæ?* 22. 23. *ejuſdem quatuor ſpecies.* 22. *Turpis quæ?* 25. *Impoſsibilis hyperbolicè quæ?* 27. *Implicans quæ?* 26. 27. *Conditio juris quæ?* 29. 30.
Conditionis verbum *an & quando ponatur pro Modo?* 8. *Item pro cauſa.* 9. *Item pro pacto & lege contractûs* 10. *Item pro Die.* 11. *Pro ſolutiva Conditione.* 11. *Item pro rerum ſtatu.* 12. *pro poteſtate aut facultate juris quando ponatur.* 13. *Item pro optione, electione, vel arbitrio.* ibid. *Item pro nuptiis.* ibid. *pro hominis dignitate, ſtatu, ordine vel officio.* 14. *pro differentiâ ſexûs.* 15. *pro gradu Conſanguinitatis.* ibid. *pro judicio, conſilio, vel deliberatione,* ibid. *Item pro jure.* ibid. *pro rei natura vel forma.* ibid. *Item pro condimento.* 16. *& pro orbis creatione.* ibid.
Conditio *ut differat à modô* 6. *Quomodo differat à cauſa* 7. *Ut differat à demonſtratione* 7. *Non datur ſed adſcribitur* 3. *An juris ſit, an facti quid interſit.* 230. *An transeat ad conjunctum.* 79. *An inducat improprietatem in inſtitutionibus.* 127. *Generalis an pertineat ad totum teſtamentum.* 81. *Affirmativa nulla*

nullâ die appoſitâ perpetuò impleri poteſt. 334. *An ſit idem in legatis?* 334. *Negativa quando dicatur eſſe impleta in contractibus?* 336. *In lege, vel ſtatuto?* 342. *Quid in teſtamentis.* 342. 342. *Conditio in præſens vel præteritum ſi impoſsibilis ſit, an aliarum more de teſtamentis rejiciatur?* 522. *Conditio in præſens, vel præteritum actus non ſuſpendit.* 521. *Quid de inſtitutione hæredis?* ibid. *Vni adſcripta, an poſsit impleri per hæredem, aut ſucceſſorem?* 364. *Adjecta inſtitutioni hæredis qualiter cenſeatur repetita ad ſubſtitutionem.* 67. *Caſualis utcumque deficiens, nunquam fingitur impleta; & quare?* 386. *contractui appoſita ut impleatur non eſt actio.* 179

Cõditiones *quatuor modis opponi, contrariè, contradictoriè, ſubcontrariè aut ſubalternè.* 305. *Conditiones contrariæ quæ?* 305. *Conditiones contradictoriæ quæ?* 306. *Subcontrariæ quæ?* 306. *Subalterne quæ?* 307. *Cõditiones in futurum ſpectant.* 3. *in præſens vel præteritum ſpectantes an propriè conditiones dicantur.* 4. *Quare adſcribantur.* 178. *An poſsint erui ex ſingulis dictionibus* 32. 33. *ex quibus dictionibus elicienda.* 33. *An trahantur ad caſus ſimiles?* 320. *Debent impleri in forma ſpecifica.* 320. *Conditionibus diem ineſſe an ſit neceſſarium.* 5. 6. *Cõditionibus quæ tacitè inſunt, expreſſæ an faciant Conditionem.* 48. *& ſeq. Conditionibus quam citò parêre oporteat?* 331. *Conditiones quæ tacitè ineſſe videntur non faciunt legata conditionalia.* 48. *Conditiones de alterius arbitrio, aut conſilio adhibendo quando cenſeantur eſſe impletæ, aut deficerè?* 404. *Neceſſariæ & impoſſibiles an propriè ſint conditiones.* 5. *Conditiones contrariæ nequeunt ſimul eſſe veræ.* 311. *poſſunt tamen ſimul eſſe falſæ.* 312. *Conditiones ſeparatæ an ad caſum trahantur conjunctum?* 317. *Improbæ nuſ-*

nuſquam recipiendæ. 421.
Conditiones conjunctæ *quæ.* 307. *ſunt loco unius.* 307. *quid requirant ad ſuam veritatem affirmativè concepta ?* ibid. *An interdum pro diſiunctis habendæ ; & quando ?* 307. *Quid requirant ad ſuam veritatem, ſi negativè conceptæ ſint?* 310. *Conjunctâ negativè quæ dicantur ?* 311
Conditiones diſiunctæ *quæ ſint ?* 313. *interdum vim habent conjunctarum.* 314. *Quid requirant ad ſuam veritatem affirmativè conceptæ?* 314. *Quid requirant ad ſuam veritatem, ſi exprimantur negativè ?* 314. *An & quando poſſint accipi pro conjunctis ?* ibid.
Conditio *exiſtens.* Vide *exiſtens conditio.*
Conditio impoſſibilis. Vide *impoſſibilis conditio.*
Conditio neceſſaria. Vide *neceſſaria conditio.*
Conditionis pendentis vis. Vide *Pendentis conditionis vis &c.*
Conditio Repetita. Vide *Repetita conditio.*
Conditio tacita. Vide *Tacita conditio.*
Conditio ſolutiva. Vide *ſolutiva conditio.*
Contractus *pendente conditione an ſit perfectus.* 89. *Contractus licet informes pendente conditione tranſeunt ad hæredes* 94. *Poteſtas diſcedendi à contractu neutri contrahentium competit.* 87. *In contractibus an exiſtens conditio retrotrahatur.* 212. *Contractibus ineſt tacitè conditio* ſi adverſarius fidem ſervet, *& quare ?* 453. *Item :* ſi non per dolum malum quid factum fuerit 460. *Item* ſi non impoſſibilitatis conditio emerſerit. 461. *In contractibus dicta in præcedentibus, in ſequentibus videntur repetita* 81. *contractus inutiles pendente conditione an poſſint quandoque utiles fieri.* 125. *Contractus adjectione conditionis neceſſariæ non ſuſpendi ?* 516. *quid de pœnali ſtipulatione?* 516. *Quid de adjecto die ?* ibid.
Conjunctus *cui purè legatum eſt*

eſt, pendente alterius conditione an poſſit ſolidum petere 147.

Conſtitutum *an admittat conditionem?* 417

Creditor *an quis rectè appelletur pendente Conditione.* 123. *Creditores hæreditarii an poſſint hæredem compellere ut Conditionem impleat?* 182.

D.

DAre *quid ſit?* 391. *Dandi conditio quomodo implenda.* 322. *An & quãdo fingatur impleta, licèt non ſit?* 391. *An recipiat diviſionem, & quando?* 356. *Domino qui dat, quod ſervo dare juſſus erat, an ſatisfaciat?* 322. *Dandum cui ſit, quod quis hæredi juſſus eſt dare, aut nemine nominato?* 324. *Dari mortis cauſâ cenſetur, quod implendæ conditionis gratiâ datur.* 375. *Dari in pœnam quæ dicantur?* 508

Debitor *an quis rectè appelletur pendente conditione?* 123. *An poſſit cogi ad ſolvendum pendente conditione?* 121. *An ſtatim in ipſo puncto exiſtentis conditionis in mora conſtituatur?* 199. *An poſſit (ſi velit) ſolvere pendente conditione?* 123

Definitiones *bonæ in juris diſciplina perutiles ſunt.* 7. *Veteres Juriſconſulti de bonis definitionibus parùm ſoliciti & quare.* ibid.

Deficere *quibus modis poſſint conditiones, quibus aliquis dare quid, aut facere juſſus eſt.* 385

Deguſtatio *an faciat Conditionem.* 42

Deliberandi jus *in hærede an excludat ſubſtitutum?* 282

Demonſtratio *quomodo differt à Conditione* 7. *Quæ demonſtrationis cauſâ adſcribuntur an faciant conditionem* 56. *Demonſtratio & modus præſumuntur in dubio potiùs quàm conditio.* 65. 66

Deportatio *an impleat conditionem mortis?* 294

Deteriorationis *rei damnum pendente conditione an ſit emptoris vel venditoris?* 92. *& quare.* 93

Dies *certus quamvis longanus*

an

an conſtituat conditionem 5. *Dies incertus quàm varias habeat ſpecies.* 34. *Dies ætatis an faciat conditionem in contractibus?* 36. *quid in teſtamentis?* 37. *Dies nuptiarum an faciat* Conditionem 39. *Dies mortis an faciat conditionem in* Contractibus 34. 35. *An in teſtamentis* 35. *Dies an impletâ conditione legati exſpectari debeat?* 252. *An exiſtente conditione ſit exſpectādus?* 205. *An exſpectandus poſt exiſtentem conditionem ut poſſit hæreditas adiri.* 231. *Die præteritâ implendæ conditionis mora purgari an poſſit?* 348. *Dies adjectus inſtitutioni habetur pro ſupervacuo* 517. *Conditioni adjectus obſervandus.* 331. *Quid ſi nullus adſcriptus ſit?* 334

Dilatio *pro legatario adjecta an faciat legatum aut fideicommiſſum conditionale.* 58

Divortii *pæna quæ ſit in viro?* 421. *quæ in muliere?* 421.

Dolus *malus adverſarii ſolvit contractus.* 460. Conditio, Si non per dolum malum quid factum ſit, *promiſcuè ſubintelligitur.* 460. *Quid de enormi læſione?* ibid.

Donatio *quas recipiat conditiones?* 416. *Poſt contractum crimen (ex quo bona publicanda ſint) ante ſententiam facta an jure ſubſiſtat?* 226. *Facta poſt contractum crimen ante accuſationem an valeat?* 227. *facta inter conjuges quas involvat conditiones?* 470. *An poſſit transferre dominium, ſi nondum morte alterius confirmata ſit?* 534. *Facta ab ingrediente monaſterium quam tacitè habeat conditionem?* 470. *Donatio immodica facta à patre uni ex liberis, an & quatenùs poſſit revocari?* 468. *Quid ſi mulier viro ſecundo in liberorum prioris matrimonii fraudem dotem immodicam dederit?* ibid. *Donatio immodica facta ab eo qui liberos non habet, quam involvat tacitè conditionem?* 468. *Revocari poteſt, ſi ei poſteà naſcantur liberi, & quare?* 468. *An ad revocationem*

tionem ſufficiant liberi naturales? ibid. *Donatio propter nuptias quam tacitè contineat conditionem?* 467. *Donationis titulo an accipiatur, quod datur ad implendam conditionem?* 375.

Donatio mortis cauſa *quam includat conditionem, & quando tandem perficiatur?* 469. *Donare mortis cauſa an poſsit is cui teſtari permiſſum eſt* 227. *Donatio mortis cauſa impoſsibili conditione adjectâ non deficit, ſed ipſa conditio rejicitur.* 503

Dos. *Qualis & quotuplex actio de dote competat.* 220. *tacitum pignus in dote an incipiat ex promiſſe dotis tempore an ex nuptiarum die* 220. *An dicatur eſſe ante nuptias* 221. *Dos immodica, quam mulier ſecundo viro in liberorum prioris matrimonii fraudem dedit, an & quatenus poſsit revocari?* 469. *Dotis legatum an ſit Conditionale.* 40. *Dotis promiſsio quas habeat tacitas conditiones?* 466. *Quid de legato dotis?* 467. *Dotis reſtitutio quas habeat tacitas conditiones?* 467. *Quid de tacitâ uxoris Hypotheca?* 467.

E.

Electio *an faciat conditionem* 56. 60. *An poſſit fieri per vota conditionalia?* 447. *& quare non?* 448.

Emancipatio *ut fiat?* 440. *Non admittit ullam conditionem, & quare?* 441.

Emptio *an & quas recipiat conditiones?* 407. *Quæ nondum perfecta eſt an judicis arbitrio perfecta fieri poſsit,* 89. *Quæ conſiſtit in mera contrahentium voluntate, nulla eſt.* 408. *Vt validetur conditione adjectâ, quæ alioqui inutilis foret* 408. *Emptioni rei futuræ quanàm tacitè inſit conditio?* 454. *Emptioni rei communis quæ conditio tacitè inſit?* 456.

Emptor *pendente conditione ſolutivâ an poſsit agere, ut interim res empta ſibi tradatur?* 526. *An rem tradi-*

 tam

tam pendente adhuc conditione ſolutivâ poſsit dare pignori? ibid. *Fructus interim ad eum pertinere ut & interitum rei* 517. *Quid de deterioratione?* 528. *Fructus pendente conditione ſolutivâ ad emptorem pertinere.* 527. *Periculum emptæ rei an tranſeat ad emptorem.* 198. *Fructus poſt exiſtentem conditionem nati an ſint emptoris* 198. *An tunc habeat cauſam uſucapiendi.* ibid.

Epiſcopus *homicida an verus Epiſcopus appellari poſsit.* 226.

Evictio. *An is qui hominem vendidit teneatur de evictione ſi ſtatuliber ſit.* 170

Exceptio, *ut definiatur à Paulo?* 453. *Ut proponi ſoleat?* ibid.

Excommunicatio *an poſsit fieri ſub conditione, & quali?* 420

Exhæredatio *an admittat conditionem, & quando?* 445. *Exhæredatio conditionalis quid tacitè involvat?* 475. *Quæ in exhæredatione pendentis conditionis vis ſit.* 138

Exiſtens *conditio actus informes ac imperfectos format & perficit & quando* 197. *An proſit ad exceptionem etiam poſt litem conteſtatam* 201. *Exiſtens legati conditio an poſsit trahi retro. lib.* 2. *tit.* 3. *An in* Contractibus *retrotrahatur.* 212

Exiſtente *conditione incipiunt præſcriptiones* 199. *Actiones dantur & res in contractum deductæ æſtimantur ſecundùm hoc tempus* 199. *An debitor ſtatim in ipſo puncto exiſtentis conditionis in mora conſtituatur* 199. *Pactum & ejus effectus an producatur* 200. *An ſtipulationes committantur* 202. *An exiſtens inſtitutionis conditio mortuo hærede trahatur retro* 240. *Poſt exiſtentem conditionem an dies exſpectandus ut hæreditas adiri poſsit ſi cum conditione adſcriptus ſit.* 131

Exiſtentis conditionis vis. 196. *Exiſtentis conditionis effectus in ſolutione.* 212. *In pignoribus quis.* 215. *Item in*

in tacita hypotheca. 220. *Quæ ejus vis ſit in matrimonii contractu.* 222. *Quæ in reſcriptis Apoſtolicis?* 223. *Quæ in ſententiis* 224. *Item in lege & ſtatuto.* 225. *In institutione hæredis quæ.* 228. *Exiſtentis conditionis vis circa hæredis neceſſitatem* 231. *Item circa hæredis capacitatem.* 234. *Exiſtentis conditionis Vis in Novationibus.* 207. *In Acceptilationibus.* 209

F.

FAciendi conditiones *cohærent perſonis, quibus adſcriptæ ſunt.* 328. *Faciendi conditio an recipiat diviſionem, & quando?* 360. *An & quando fingatur impleta, licèt non ſit?* 396

Factum nudum *ſufficit, ſi conditio de jure impleri nequeat.* 373

Falcidia *quid operetur in legatis?* 481. *Nequit per legata minui.* 377. *Quæ dicantur in Falcidiam imputari?* 377. *Ejus ratio quæ ſit dum pendet conditio legati & an ei locum facere poſſit.* 164. & ſeqq.

Feudum *ut poſſit impunè vendi?* 532. *An poſſit in dotem dari filiæ à Patre?* ibid.

Fideicommiſſa *quas conditiones admittant?* 434. *Fideicommiſſis quæ inſit tacitè conditio?* 475. & 477. *In fideicommiſſis ſola voluntas ſervatur.* 189. *In cauſa fideicommiſſi voluntas precaria admitti poteſt.* ibid. *An de fideicommiſſo videatur conditio repetita in ſubſtitutione.* 74

Fidejuſſor *an ſub conditione poſſit intercedere?* 417

Filius *non poteſt gravari in legitima, & quare?* 428. *An & ſub qua conditione poſſit hæres inſtitui?* 425. *Sub conditione ſcriptus hæres, an poſſit accipere bonorum poſſeſſionem contrà tabulas?* 427. *Filii in Conditione poſiti an cēſeantur vocati ex teſtamento.* 187. *An cenſeantur vocati ex teſtamento per tacitam legis conditionem.* 190. *Hæc verba* Cum filiis, an

an faciant conditionem. 65
Fiſcus *an debeat reſtituere vectigal aut gabellam contractu reſoluto.* 533
Fructus medii *pendente conditione percepti an imputentur hæredi ad Falcidiam.* 157. *Vel* Trebellianicam 158. *An imputentur in eam quantitatem quam defunctus hæredi debuit.* 159. *An imputentur in legitimam.* 160. *An augeant hæreditatem & ſequantur hæredem.* 229. *Fructus medii fideicommiſsi univerſalis pendente conditione ad quem pertineant.* 152.153. *Fructus medii rei legatæ aut per fideicommiſſum relictæ pendente conditione an pertineant ad hæredem.* 150. & 152
Fructus *nati poſt conditionem legati exiſtentem cujus ſint.* 250. *Fructûs, aut partûs futuri legatum quam involvat tacitè conditionem;* 481.

G.

GAbella *de Contractu ſolvenda ubi & cui ſolvenda,* 88. *An & quando reddi debeat contractu reſoluto?* 533. *Quid de Arrha data emptori?* ibid.

H.

HÆres *pendente conditione an poſsit admitti ad bonorum poſſeſsionem ſecundùm tabulas.* 136. *An legati conditionalis nomine legatario cavere debeat.* 166. *An pendente conditione ſubſtitutis cavere debeat.* 169. *An rem ſub conditione legatam eâ pendente alienare poſsit.* 169.172.173.174. *An actione cogi poſsit ut conditionem impleat.* 180. *Qui hæreditatem reſtituere rogatus eſt an cogi poſsit conditionem implere.* 181. *Adeundo hæreditatem an acquirat medios fructus ex hæreditate natos.* 229. *Vt rectè adeat an teneatur ſciviſſe conditionem, eamque extitiſſe.* 229. *An accipiat hæreditario jure, quod ei datur pro implenda conditione?* 375. *Hæres idem & legatarius eſſe an poſsit?* 480. *Qui ſemel eſt, perpetuò hæres manet.* 433. *Quid de teſtamentis mili-*

ex parte ſub conditione inſtitutus an poſsit ſtatim adire hæreditatem. 130. Semel purè & ſemel ſub conditione inſtitutus poſtquam ex pura parte adiit hæreditatem an exiſtente conditione iterum adire cogatur. 237. Sub Conditione ſcriptus an eâ pendente hæreditatem adire poſsit. 128. Hæres ſcriptus ut hæreditatem acquirere poſsit quid deſideretur ut ſciat. 128. Hæres ſcriptus pendente conditione an poſsit agere vel conveniri. 129. Implendo conditionem an pro hærede geſsiſſe ſe videatur. 239. Ignorans conditionis veritatem an poſsit hæreditatem adire? 522. An interim poſsit accipere poſſeſsionem bonorum? Ibid. Hærede ante conditionem moriente ad quem deferatur hæreditas. 133. Hæredi quod quis dare juſſus eſt, cui dandum. 324. Hæredi an terminus conſtitui poſsit intrà quem conditioni pareat. 336. An nequit fieri in legatis. 336. Hæredi an imtum? 433. Ex parte purè & putentur in Legitimam, quæ dantur ei ad implendam conditionem. 377. An in Falcidiam imputentur. 337. An in Trebellianicam. 379

Hæreditas pendente conditione an poſsit amitti repudiatione, & quando. 135. An pendente conditione fideicommiſsi rectè reſtituatur. 145. Vt adeunda ſit, uno ex parte purè, altero ex parte ſub conditione ſcriptis hæredibus. 131. An interim hæreditas delata videatur vel tranſmittatur ad hæredem. 132. Hæreditatis aditio non recipit conditiones, & quare? 443. Hæreditate non aditâ ex teſtamento, an & quando legata debeantur. 476

Hypotheca. Quæ in tacita hypotheca exiſtentis conditionis vis ſit. 220. Hypotheca uxoris in bonis mariti quam habeat tacitam conditionem. 467. Hypotheca generalis pro futuris bonis quam habeat ſibi annexam tacitam conditionem. 456. Quid ſi accedat ad ſpecialem. 459

I.

Impenſas *in rem ſub conditione legatam quis ferre debeat.* 160

Implere conditiones *ut poſſint qui ſunt in aliorum poteſtate.* 363. *Implere conditionem an poſsit alius pro alio.* 362. *Hæres qui hæreditatem reſtituere rogatus eſt, an poſsit cogi ut conditionem impleat.* 181. *Creditores hæreditarii an poſsint hæredem compellere ut Conditionem impleat.* 182. *legatarius cui ſub conditione legatum eſt an & quando poſsit compelli ut Conditionem impleat.* 183. *Implendæ conditionis gratiâ quod datum eſt, an poſsit repeti cauſâ non ſecutâ.* 381. *Impleri conditiones quomodò debeant.* 319. *An, & quando à propria ſignificatione verborum in earum implemento diſcedendum.* 319. *Impleri conditio an poſsit per hæredem, aut ſucceſſorem.* 364. *Impleri conditiones an poſsint per æquipollens, & quando.* 368. *Impleri de jure quando conditio non poteſt, an factum nudum ſufficiat.* 373

Impleta conditio *ut dicatur, cum de jure nequit, factum nudum ſufficere.* 373. *Impleta conditio an ſit, in dubio judicem definire poſſe.* 374. *Impleta conditio generaliter fingitur, ſi eam impediat is, cujus intereſt eam non impleri.* 389. *Impleta an cenſeatur conditio, ſi is cui quid dandum erat, antequam ei detur, obierit.* 394. *Quid ſi res danda perierit.* 395. *Impleta conditio teſtamentaria an cenſeatur per ea, quæ teſtamenti tempore jam facta ſunt.* 355. *Impletæ conditiones quæ finguntur licèt revera non ſint impletæ.* 386

Impletio conditionis *an recipiat diviſionem; & quibus in conditionibus id fieri poſſit.* 356. *Impletionem conditionis recipere diviſionem quid ſit.* 356. *Impletio conditionis an durare debeat, an ſufficiat vel momento*

mento extitiſſe; *& unde hoc deſimendum.* 370

Impoſsibilis Conditio *quæ*, *& quando dicatur.* 23. & ſeqq. *An vitiet contractum matrimonii*, *& quando.* 489: *Quid de ſponſalibus.* ibid. *An ſit idem de conditione turpi*? ibid. *Impoſſibilis conditio, quæ ſolo facto eſt talis*, *non vitiat contractus.* 493. *Rejicitur de Teſtamentis.* 493. *An obtineat idem in teſtamentis militum.* 494. *Quid de conditione in fraudem legis adjectâ.* ibid. *Ratio nova, quare id fiat.* 503. *Excipiuntur aliqui caſus*, *in quibus ſecus procedendum.* 507. & ſeqq. *Impoſſibilem conditionem rejici de teſtamentis*, *an ſit univerſaliter verum*? 507. *Quot*, *& quibus caſibus non fiat.* 507. *&* 508. *Impoſſibilis conditio ex ſolo facto non rejicitur de teſtamento*, *ſed ipſum vitiat.* 512. *ratio diverſitatis.* 513. *Si in præſens vel prætexitum ſit concepta*, *an aliorum more rejiciatur de teſtamentis*, *& quare non.* 522. *Impoſſibilis conditionis quæ vis ſit in contractibus*? 487. *Omnes vitiat quibus adſcripta eſt*, *& quare*? ibid. *&* 488. *Impoſſibilis*, *turpiſve conditio à donatione mortis cauſa rejicitur.* 503. *Impoſſibilis conditio*, *ut à modo impoſſibili differat*? 489

Impoſſibile *an conſtituat conditionem.* 5. *Impoſſibile naturâ quid*? 23. *Impoſſibile jure quid.* 25. *An ſint impoſſibilia jure quæ à Principe obtinenda ſunt.* 26. *Impoſſibile ſi negativè comprehendatur in conditione ſit conditio neceſſaria.* 517. *Impoſſibilium nulla obligatio etiam in contractibus.* 505. *Turpium an eadem ratio ſit.* ibid.

Impoſſibilitas *undè metienda.* 23. *Impoſſibilitas naturâ an poſsit induci per anguſtiam temporis.* 24. *Impoſſibilitatis conditio ſi quæ emerſerit*, *excuſat eum qui non eſt in culpa.* 461. *In contracti-*

tractibus promiſcuè intelligitur, Si non impoſſibilitatis cōditio emerſerit. 461
Incertum & dubium *quid dicatur.* 33
Infirmus *ut legitimè reſignet beneficium quamdiu debeat ſupervivere.* 473
Inſtitutio *hæredis, quas habeat tacitas conditiones?* 474. *Quid de ſubſtitutione* ibid. *An admittat Conditiones ſolutivas.* 433. *Quas recipiat conditiones.* 421. *Quas non.* 423. *Quid de ſui hæredis inſtitutione.* 424. *Quid de inſtitutione poſthumi.* 425. & 429. *Inſtitutioni hæredis an poſſit adſcribi conditio per codicillos?* 434. *In inſtitutione hæredis quid operetur exiſtens conditio.* 228. *Inſtitutio filii adjectione impoſſibilis cōditionis invalidatur.* 507. *An rectè tum ſuccedat ab inteſtato?* 508
Interitus *rei pendente conditione an ad emptorem pertineat?* 528. *Quid de deterioratione.* ibid.
Interpretationes cōditionum *quid potius reſpicere debeant voluntatem, an verba?* 276
Inveſtitura feudi *an poſſit ſub conditione fieri?* 418
Judicata res *pro veritate eſt.* 325. *Quid ſi per injuriam judicis ſententia dicta ſit?* 325
Judicium. *Non poſſe videri in judicium veniſſe quod poſt judicium acceptum accidit, quomodo intelligendum.* 201
Juris Conditio *an remoretur aditionem hæreditatis.* 230. *Quid interſit an conditio juris ſit an facti.* ibid.
Jusjurandum *an & quas habeat tacitas conditiones?* 473. *Jurisjurandi conditio an valeat in teſtamentis, & quare non?* 498. *Quid ſi ſervo adſcripta ſit?* 499. *Quid ſi cum aliâ ſit conjuncta?* 499. *Jurisjurandi remiſſio quantam vim habeat?* 499. *Remiſſo jurejurando, faciendum tamen eſt quod conditione comprehenſum eſt* 500.

L.

Legari *in pœnam quando quid dicatur?* 509
Legatum *an poſſit pendente con-*

conditione repudiari & quando? 143. *Legata quædam poſſunt propter Conditionem valere quæ alias inutilia eſſent.* 175. *Legatum anin heredis voluntate poſſit conſtitui?* 434. *An in aliena?* 436. *An vitietur non impleto modo, qui adſcriptus erat?* 402. *Res legata cujus damno deterior fiat, aut pereat?* 162. *Res legata quæ pendente conditione periit an imputetur hæredi ad Falcidiam.* 163. *Legato ad alium tranſeunte onus pariter transfertur.* 363. *Legata quas recipiant conditiones?* 434. *Quas conditiones non admittant?* 438 *Intercidunt per Falcidiæ interventum.* 481. *Vt valeant, quam tacitam contineant conditionem?* 475. & ſeqq. *An & quando debeantur, hæreditate non aditâ ex teſtamento?* 476. *An adjectione conditionis neceſſaria ſuſpendantur?* 519. *Legatum dotis an ſit conditionale?* 40. *Legato dotis an inſit tacita conditio?* 467. *Legatum caducum vel quaſi an tranſeat cum ſua conditione?* 80. *Legatum Caducum vel quaſi caducum ad quem tranſeat?* 245. *An tranſeat cum onere?* 146. *Legatum ſub nuptiarum conditione relictum an acquiratur profeſſione vitæ monaſticæ?* 402. *Legatum in honorem gerendi magiſtratus an faciat conditionem?* 40. *Legatum de fructibus, aut partu futuro quam tacitam habeat conditionem?* 481. *Legatum annuum an habeat Conditionem?* 41. & ſeqq. *Legata quæ à filio vel ſervo fiunt Patri vel Domino, quam habeant tacitam conditionem?* 479. *Quid ſit in caſu contrario?* ibid. *Legata quæ ſervo fiunt quam tacitam habeant conditionem?* 478. *Quando inutilia ſint?* ibid. *Legatum quod adſcriptum eſt ipſi hæredi, an & quâ ratione ſubſiſtat?* 480. *Legati Conditionalis ademptio an faciat conditionem?* 42. 43. *Legati conditionalis dies quando dicatur cede-*

re? 139.140.& 240. ut cedat dies legati alternativi cujus una duntaxat pars conditionem, habet? 140. Legati ſub conditione relicti ſtipulatio quam includat conditionem? 371. Legati conditio cenſetur impleta ſi eam hæres impediverit. 390 Legati titulo an acquiratur, quod datur pro implenda conditione? 375.

Legatarius pendente conditione an habeat actionem? 142. An interim ſit inter creditores habendus. 143. Pendente conditione decedens an poſſit legatum tranſmittere ad ſuos hæredes? 143. Et quid de fideicommiſſis? 144. Legatarius ſi fideicommiſſo gravatus ſit an teneatur cavere fideicommiſſario? 168. An poſſit rem legatam à quocumque poſſeſſore vendicare. 244. Poſt exiſtentem conditionem decedens an poſſit legatum ad hæredem ſuum tranſmittere. 251. Legatarius cui quid ſub conditione legatum eſt, reſtituere rogatus, an poſſit compelli ut conditionem impleat. 183.

Legitima filiorum de Patris ſubſtantiâ replenda eſt. 377. quæ dicantur in Legitimam imputari? ibid. Legitima omnem conditionem reſpuit. 428. Et quare? 429.

Lex & ſtatutum exiſtente conditione locum pœnæ facit, & quomodo? 225. In lege & ſtatuto quæ exiſtentis conditionis vis ſit. 225.

Liberorum nomine qui veniant. 285. & ſeqq. Liberorum conditio an per monaſterii ingreſſum deficiat. 403.

Libertas competit ſtatim atque dies extitit. 242. Libertas directè data quam adhuc tacitè includat conditionem? 479. Libertas an teſtamento ſub conditione dari poſſit? 437. Nequit ſub tali, quâ in ultimum tempus vitæ differtur, & quare? 437. Libertatis conditiones ſervo adſcriptæ habentur pro impletis, dum per eum non ſtet, quo minùs. 385. Quid ad illud requiratur? 189. Quid fortuitæ aut extraneæ conditiones

nes adſcripta ſint? 388

Locatio, *an & quas admittat conditiones?* 410. *Locationibus quæ tacitè inſit conditio?* 455

M.

MAndatum *an recipiat conditiones?* 411. *In mandato conditiones diligenter obſervandæ, & quare.* 411. *Mandato teſtatoris qui non paruit, ut excuſetur?* 405. *Mandato renunciare quibus liceat de cauſis?* 461. *& 463.*

Manumiſſus *repetens originem quæ reſtituere teneatur?* 512

Matrimonii *ſubſtantia quænam?* 419. *Matrimonium an & quas recipiat conditiones?* 418. *Matrimonia abſque conſenſu duorum non introducenda.* 490. *Matrimonium ſub neceſſariâ conditione contractum, an ſtatim perficiatur?* 517. *Matrimonii contractus quas reſpuat conditiones?* 418. *Matrimonii contractus an impoſsibili, turpive conditione adjectâ vitietur; & quando?* 489. *Quid de ſponſalibus?* ibid. *Conſtitutio* Gregorii noni *de adſcriptâ matrimonio conditione impoſsibili, aut turpi expenditur, & declaratur.* 491. *Quid ſi contrahentes matrimonium conditionem impoſsibilem adjecerint, cùm eam putarent eſſe poſsibilem?* 492. *In matrimonii contractu quæ exiſtentis conditionis vis ſit?* 222

Mens teſtatoris *an prævaleat ſcripto & quando?* 65

Miles *an in certam conditionem poſsit inſtituere hæredem?* 433

Modus *ut differat à* Conditione. 6. *Modus impoſsibilis, ut differat à conditione impoſsibili?* 489. *Modus impoſsibilis ſubſtantiæ matrimonii repugnans illud facit ab initio irritum, & quare?* 492. *Modus ſi impletus non ſit, an vitiet legatum?* 402.

Mora, *an poſsit contrahi pendente* Conditione? 119. *Mora an purgari poſsit per reſti-*

tutionem in integrum? 351. *An debitor ſtatim in ipſo puncto exiſtentis conditionis in mora ponatur.* 199. *Mora naturalis aut qua ex jure venit non facit conditionem ſed diem ſolum.* 54. 55. *Mora commiſſa in conditione implenda, an & quando purgari poſſit.* 348. & ſeqq.

Mors. *Mortis dies an faciat in Contractibus conditionem.* 34. 35. *an in teſtamentis.* 35 *Mortis causâ dari, quod datur ad implendam conditionem.* 375.

Mutianæ cautioni *ubi, & quando locus ſit.* 344. & ſeqq. *Cui ſit præſtanda.* 345. *An admittenda in contractibus.* 345. *An in conditionibus adjectis in pœnam.* 346. *Mutiana cautio in mortis causâ donatione an admittenda.* 346. *Mutiana cautio in teſtamentis an poſſit eſſe pro implemento conditionis negativæ.* 342. *Mutiana cautio non cadit in ſervum, & quare.* 343. *Mutiana cautio in hæreditatibus, adſcriptâ negativâ conditione, neceſſaria, & quare.* 343.

Mutuum *an recipiat conditiones.* 415.

N.

NEceſſaria ventura *an ſtatuant conditionem* pag. 5. *Conditio Neceſſaria quæ.* 28. *Neceſſaria conditio quid operetur in contractibus* 516. *quid in Teſtamentis.* 517. *An ſi dies adſcriptus ſit, eum expectare oporteat.* 516. *Quid in matrimonio.* 517. *Quid in legatis.* 519. *Neceſſaria conditio quando demùm dicatur in teſtamentis.* 518. *Neceſſitas facit licitum, quod in lege non licet.* 461.

Novatio *obligationum an poſſit fieri pendente conditione.* 110. *Novatio an poſſit fieri exiſtente conditione.* 207.

Nubere. *Nubendi certæ perſonæ conditio, an & quatenus teneat.* 497. *Quid de conditione non nubendi alicui, vel etiam pluribus.* 495. *Et de* con-

conditione nubendi arbitrio alterius. 497. *Aut certò loco.* ibid.

Nuptiæ *quid ſint.* 419. *Nuptiarum conditio an profeſsione vitæ monaſticæ fingatur impleta, & quando.* 463. *Nuptiarum conditio an & quando cenſeatur impleta, quamvis non ſit.* 499. *Quid ſi morte impedita fuerit.* 400. *Nuptias non concubitus facit, ſed conſenſus.* 290.

O.

Obligatio ſpeciei ex cauſa lucrativa *quam tacitè importet conditionem.* 461. *Obligationes quæ pendent ex conditione an poſsint novari.* 110. *Obligatio generalis bonorum quam habeat conditionem, & quouſque ea ſe extendat.* 322. *Quam præterea tacitè in-rebat conditionem.* 456. *Quid ſi accedat ad ſpecialem.* 459

Opinio *vehemens an & quando ſufficiat pro ſcientia.* 129

Optio *an faciat conditionem.* 59. *Optio ſervi conditionis incapax, & quare.* 443. *Poteſt ei præfigi terminus, intrà quem fiat.* 444

P.

Pactum *& ejus effectus exiſtente conditione producitur.* 200. *Pacto, quod pro alio appoſitum eſt, quæ tacitè inſit conditio.* 455. *Pacti de retrovendendo vis.* 534. *Pactum de retrovendo an xxx. annis præſcribitur.* 109. *Pacto de retrovendendo an inſit tacitè, ſi intrà xxx. annos id poſtulatum fuerit.* 465

Pallii *traditio an poſsit fieri ſub conditione.* 418

Partis *appellatione quid intelligatur.* 282. *Partes declarandæ adſcriptione an faciant Conditionem.* 40.

Patronus *an præſentare poſſit ſub conditione.* 449. *Portio Patronis debita an admittat conditionem.* 431.

Pecunia trajectitia *quam involvat conditionem?* 471

Pendens conditio *quid operetur in acceptilationibus?* 96. *Quid in conſtituto.* 97. *Quid in compromiſſo?* ibid. *Quid in nuptiis?* ibid. *Quid in ſententiis?* 99. *Quid in poſſeſſione aut transferenda aut amittenda.* 100. *Pendens conditio quid operetur in Novationibus.* 110. *Quid in exhæredatione.* 138. *Quid in legatis.* 139. *Pendentis conditionis vis in contractibus quæ.* 87. *Pendentis conditionis vis in Tutoris datione.* 177. *Pendente conditione medii fructus an emptoris vel venditoris ſint.* 89. *Pendente conditione ſi res deterior facta ſit damnum emptoris eſt & quare.* 92. 93. *Pendente conditione contractus licet informes transſeunt ad hæredes.* 94. *Pendente conditione ad quem pertineat cuſtodia rerum ad venditorem vel emptorem.* 91. *Pendente Conditione an poſſit condici ſolutum.* 119. *Pendente Conditione an poſſit debitor cogi ad ſolvendum.* 121. *Pendente conditione hæres ſcriptus an poſſit agere vel conveniri.* 129. *Pendente conditione an poſſit admitti hæres ad bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas.* 136. *Pendente conditione an poſſit legatum repudiari & quando.* 143. *Pendente conditione contractus informes eſſe.* 89. *Pendente conditione rem perire venditori, & ut id accipiendum ſit.* 901. *Pendente conditione non eſſe Actionem & quare.* 118. *Pendente conditione contractus inutiles quandoque utiles fiunt.* 125. *Pendente Conditione libertatis mulieri datæ liberi ex ea nati an ſint ſervi & ad quem pertineant.* 151. *Pendente novationis* Conditione *an liceat agere ex prima obligatione.* 110.

Permutatio *quam habeat tacitam conditionem.* 454

Perſonâ *certâ in conditione demonſtratâ, an poſſit ab eâ diſcedi.* 320. & 365

Pignus: *In pignoribus quæ penden-*

dentis conditionis vis ſit? 95. *In pignoribus que existentis conditionis vis ſit.* 215. & ſeqq. *Pignoris obligatio an & quas conditiones admittat?* 416

Pœna *aut id quod intereſt an non exſpectato die peti poſſit?* 203. & ſeqq. *Pœna ejus qui pendente conditione egit quæ?* 120. *Pœna divortii quæ?* 421. *Pœnam ut evitet, qui mandato teſtatoris non paruit?* 405. *Pœnæ nomine cui quid legatur, rogatus videtur facere id per quod pœnam evitare poſſit.* 508. *Pœnalis conditio ſtatim implenda & quare.* 346.

Poſſeſſio bonorum ſecundum tabulas *quid juris tribuat pendente conditione?* 136. *An pendente cōditione repudiari poſſit & quando?* 138

Poſtulatio *an recipiat vota conditionalia?* 447

Poteſtativa Conditio *quando implenda?* 107.

Poteſtati *alterius ſubditi ut impleant conditionem* c 30

Præſcriptio *in ſtipulationibus ſub conditione factis quando incipiat.* 106. & 136.

Præſumptio *de mente teſtatoris an, & quatenus locum habeat in interpretandis teſtamentis?* 277

Præſentare *num patronus poſſit ſub conditione?* 449

Procurator *an dari poſſit ſub conditione?* 420

Profeſſio *vitæ monaſticæ an & quando abſorbeat liberorum conditionem?* 405

Promiſcuæ conditionis *nomine quid intelligatur?* 353

Promittere. Promiſſio. *Promiſſionibus quæ tacitè inſit conditio?* 460. *Promiſſioni Dotis quæ tacitè inſit conditio.* 466. *Promittens pro alio ſolvere, quando teneatur?* 321. *Promittens mandato aut arbitrio alterius ſe pariturum, quando non teneatur?* 463

Pupillo *dare juſſus an ſatisfaciat dando Tutori.* 323.

R.

Recuſans *ſemel accipere, quod ſibi debebatur, an pœnitere poſſit.* 393

Reditus *an poſſint redimi poſt xxx. annos* 109

Renunciare *antè tempus ſocietati quibus de cauſis liceat.* 461. 463. *&* 465.

Repetitia conditio. *Vt de inſtitutione videatur repetita conditio ad ſubſtitutionem.* 67. *An de inſtitutione ſervi videatur repetita conditio ad libertatem.* 69. *An de libertate ad legatum de eodem ſervo.* 70. *An de de legato vel fideicommiſſo videatur conditio repetita in ſubſtitutione.* 74. *An de legato ad ejus repetitionem à ſubſtituto.* 75. *An ad legatum tranſlatum videatur repetita conditio.* 78

Repeti *an poſſit quod datum eſt conditionis implendæ gratiâ, ſi cauſa non ſit ſecuta.* 381

Repudiatio *hæreditatis facta pendente conditione an & quando valeat.* 135. *Repudiatio ejus rei, quæ haberi non poteſt, eſt nulla.* 497

Reſcriptum Apoſtolicũ. *Quæ in reſcriptis Apoſtolicis exiſtentis conditionis vis ſit.* 223. *Reſcriptis Apoſtolicis quæ inſit tacitè conditio.* 471. *Qualia ea tunc eſſe oporteat.* 472. *Reſcripta Pontificum de conferendis ſacerdotiis quas involvant conditiones.* 472. *Reſcripta beneficialia quævis habent conditionem, ſi impetrans illâ gratiâ uti voluerit.* 473.

Reſignatio beneficii *an ſub conditione fieri poſſit, & quando.* 448. *Quid de Renunciatione.* 448. *Reſignatio, & renunciatio, quas involvant conditiones.* 473. *Quid de reſignatione infirmi.* ibid.

Reſtitutio dotis *quas habeat tacitas conditiones.* 467. *Quid de tacitâ uxoris hypothecâ.* 467

Retrotractiones *quibus proſint.* 533

S.

SAcerdotiorum *collatio an & quas admittat conditiones.* 448

Scrutinia *an admittant conditionalia vota.* 447

Sententia *an ſub conditione ferri*

ferri poſſit, & qualis ea eſſe debeat? 420. & 421. *Reſpuit extraneam.* 421. *Emitendum Judici, ut ſit certa & pura.* 420. *Sententiæ an adjectione conditionis impoſſibilis vitientur?* 429. *Sententia continens decretum executoriale nullam conditionem admittit.* 421. *Quæ in ſententiis exiſtentis conditionis vis ſit?* 224

Servus *à domino hæres inſtitui nequit, niſi ſimul libertas ei conferatur, & quare.* 424. *Servus pecuniam dare pro libertate juſſus, unde poſſit accipere.* 329. *Servus cui libertas ſub conditione data eſt an in eodem teſtamento alteri legari poſſit.* 171. *Servo an pendente libertatis conditione quid legari poſſit.* 438. *Servo proprio ſine libertate nihil poteſt legari, & quare.* 438. *Servi optio excludit conditionem, & quare.* 443. *poteſt ei præfigi terminus, intrà quem fiat.* 444. *Servo exigendis pecuniis præpoſito an & quamdiu rectè ſolvatur.* 464. *Servo ſi quæ legata ſint, quæ tacitè inſit conditio.* 478. *quando inutilia ſint.* ibid. *Servus dari tutor non poteſt ſine libertate.* 482

Servitus. *Ex ſervitutis actu poſt libertatem, nemo tenetur.* 343. *Servitutis prædialis cõſtitutio an recipiat conditionẽ.* 446. *In ſervitutis acquiſitione quæ verſentur.* 447

Signaturis *ſimplicibus quæ inſit tacitè conditio.* 472. *quid ſi clericus cum ſimplici ſignatura beneficii acquiſierit poſſeſſionem.* 472

Solutio *debiti an recipiat conditionem.* 441. *An poſſit ante exiſtentem obligationis conditionem habere effectum.* 212. *Solutioni partis tacitè ineſt, ſi reliquum ſolvatur.* 459

Solutum *an poſſit condici pendente* Conditione. 119

Solutiva *an faciant* Conditionem. 62

Solutiva conditio *an propriè ſit conditio* 4. *Solutivæ conditiones, quæ appellentur.* 524. *quæ earum vis ſit in contractibus?* ibid. *iis pen-*

 den-

dentibus actum interim purum videri. 525. Res venditas interim emptoris eſſe. 525. An etiam ſi agatur de lege Falcidia? ibid. Solutivæ conditiones locum non habent in matrimoniis, & quare? 418. An in legatis? 438. An habeant locum in inſtitutionibus, & quare non? 534. Solutiva conditio exiſtens actus reſolvit. 530. Solutiva conditio deficiens quid operetur? 534. Solutivâ conditione exiſtente actiones ad venditorem redire. 530. An fructus omnes interim percepti reſtitui debeant, & quando non? 530. Quid ſi quid emptor in rem impenderit? 531. An exiſtente ſolutiva conditione extinguatur pignus, eâ adhuc pendente datum, & quando non? ibid.

Societas an ſub conditione contrahi poſſit? 415. Societati an & quibus de cauſis poſſit renunciari antè tempus? 461. 463. & 465.

Sponſalia an conditiones admittant, & quales? 418. Sponſalia ſub ea conditione contracta quæ tacitè inerat, an purè vel ſub conditione contracta eſſe cenſeantur. 55. Sponſalibus & matrimonio quæ tacitè inſint conditiones? 465. An etiam ſi per verba de præſenti contracta ſint? ibid.

Statuliberi qui dicantur? 437. Quomodo fiant liberi? 437. Statuliberi pendente conditione an interim ſint pro ſervis. 150. An is qui hominem debet, ſtatuliberum ſolvendo liberetur. 170. An is qui hominem vendidit, teneatur de evictione ſi ſtatuliber ſit. 170

Stipulatio quomodò fiat? pag. 2. An & quas conditiones admittat? 411. Stipulationes an committantur exiſtente conditione. 202. Sub conditione turpi factæ an valeant? 414. Stipulatio non tenet, ſi dolus malus interceſſerit, & quare? 460. Stipulationes adjectâ conditione utiles fieri, quæ aliàs nullius momenti fuiſſent. 413. Stipulatio rei impoſſibilis nul-

nulla eſt. 487. *&* 488. *Stipulatio ut valeat, promiſſionem cum interrogatione debere convenire.* 414. *Stipulatio ſubjecta pœnæ an principalis rei petitionem impediat.* 112. 113. *Stipulatio annua an habeat* Con*ditionem.* 42. *Stipulatio de opere demoliendo quam importet conditionem?* 470. *De præſtandis operis quam?* 471. *Quæ in ſtipulatione ſervi hæreditarii?* 471. *Quid de ſtipulatione legati conditionaliter relicti?* ibid. *Stipulationis ſtatus cujus dies certus in exordio fuit, an poſſit mutari ex poſt-facto.* 204.

Subſtitutio *quas implicet conditiones?* 475

Subſtitutus *per quos excludatur.* 477. *Subſtitutus hæres in quantam hæreditatis partem admittendus?* 282

Superioris authoritas *in quavis promiſsione excipitur.* 463. *An ſit idem in pactis?* ibid. *Quid in votis?* ibid.

Suſpenſivæ conditionis *natura quæ ſit?* 491

T.

TAcitè *quæ ineſſe dicantur, & quibus ex cauſis?* 452. *Quis eorum ſit effectus?* ibid.

Tacitæ conditiones *aliæ ex præſumpta mente agentis inſunt, aliæ ex naturâ actûs.* 452. *&* 483. *Ex præſumpta mente agentis quænam inſint, & quo cum effectu, in Fideicommiſſis?* 483. *Quæ in lege commiſſoria?* ibid. *Quæ in cautione de mutuo, vel dote reddendâ?* ibid. *Quæ in generali Hypotheca?* ibid. *Quæ in compromiſſis.* ibid. *Ex natura actûs quæ inſint, & quo cum effectu, in hærede ſcripto?* 483. *Quæ in legatario?* ibid. *Quæ in generali bonorum obligatione, pro futuris?* ibid. *quæ in tacita hypothecâ?* 484. *Quæ in fructibus futuris legatis?* 484. *Quæ in ſtipulatione dotis cauſâ.* 484. *Aliæ exiſtentes validant, quod aliàs futurum erat inutile.* 484

Tacita hypotheca *quando incipiat in legato cui adſcripta conditio.* 221

Terminus *hæredi an conſtitui poſſit intrà quem conditioni pareat.* 336. *Quid in legatis.* 336

Teſtamenta *an recipiant jurisjurandi conditionem; & quare non.* 498. *De Teſtamentis impoſſibiles, turpeſque conditiones rejici.* 493. *&* 501. *Diſcutiuntur ejus rei rationes ab aliis allegatæ, & adfertur nova.* 503. *An ſit idem de Teſtamentis militum.* 494. *Quid de conditione in fraudem legis Teſtamento adjectâ,* 494. *Quot, & quibus caſibus aliter procedendum ſit.* 507. & ſeqq. *Teſtamenta an & quibus caſibus conditionis impoſſibilis adjectione deſtruantur.* 507. *Teſtamentum an vitietur defectu cauſæ conditionaliter adſcriptæ.* 512. *An adjectione conditionis neceſſariæ ſuſpendatur.* 517. *& quare non.* 518. *Quid in legatis.* 519. *Teſtamentorum interpretatio ut fieri debeat, & quænam in eâ potiſſimùm conſideranda.* 277. *Teſtamẽti tempore quæ facta ſunt, an ad conditionis impletionem ſufficiant, & quando.* 355. *Teſtamento vires non habente, deficiũnt & ea quæ teſtamento dantur.* 475. *Teſtamentis quæ tacitè inſint conditiones.* 474. *Teſtamentis adſcriptæ conditiones quando implendæ.* 352. *Quædam ante, quædam poſt teſtatoris mortem impleri debent, & quare.* 352. *Quædam indifferenter ſe habent.* 353. *Teſtamentis adſcriptæ conditiones an tranſeant ad hæredes.* 364. *Teſtamentum ſecundum conditionale an poſſit rumpere primum,* 127. *Quid ſi deſtinata conditio adſcripta teſtamento non ſit,* ibid. *Teſtamenti factio in inſtitutione ſervorum an ex perſona dominorum metienda.* 234. *An ea quæ in conditione ſunt, in obligatione ſint in teſtamentis.* 180.

Teſtatoris *mens prævalet ſcripto & quando.* 65

Tra-

Traditio purè facta ex contractu conditionali an transferat dominium. 101. Aut cauſam uſucapionis. ibid. & ſeqq.
Traditio poſſeſſionis an conditionem admittat. 418
Tranſlatio legati Conditionalis an conditionem inducat. 44
Turpis conditio rejicitur de teſtamentis. 493. An etiam de teſtamento militis. 494. Quid de conditione in fraudem legis adjectâ. 494. Turpis conditio ablegatur à contractibus, & teſtamentis; & quamobrem. 505
Tutor. Tutori quot dies dentur ad ſe excuſandum teſtamento ſub conditione dato. 106. & quando incipiant currere. ibid. In tutoris datione quæ pendentis conditionis vis ſit. 177. Tutori an rectè detur, quod quis pupillo dare juſſus eſt. 323. Tutor an dari poſſit ſub conditione; & quando. 446. Tutoris datio quas habeat tacitas conditiones. 482. Tutor dari ſervus ſine libertate nequit. 482

V.

Vaſallus vel emphyteuta, qui rem vendidit irrequiſito domino cum pacto legis commiſſoriæ, vel adjectionis in diem, contractu per exiſtentiam conditionis ſoluto an & quomodo à pœna excuſetur? 532
Vectigal ſolutum pendente conditione, an & quando contractu per ejus exiſtentiam reſoluto, debeat reſtitui. 533. Quid de arrha data emptori? ibid.
Venditio ſub commiſſoria lege quando facta dicatur. 4. Facta ad menſuram an Conditionalis dicatur 45. & ſeq.
Venditor. Venditori res perit pendente conditione. 90. Venditor pendente conditione quam diligentiam adhibere debeat in cuſtodiendis rebus. 91.
Verba ſignificantia arbitrium non faciunt conditionem in teſtamentis & quare, 52. Quid in contractibus. 53
Verbum facere, quouſque ſe ex-

extendat. 320
Verba ſecundùm conditiones infraſcriptas *an faciant conditionem.* 41
Verba ita,ut, *vel* eâ conditione *an faciant conditionem.* 63. 64.
Verba ſecundùm morem antiqui temporis *an faciant conditionem.* 65
Verba cum filiis *an faciant conditionem.* 65
Verba hæc : ſi ille mihi hæres erit, *aut*, ſi non erit; *aut* quiſquis mihi hæres erit, *quid ſignificent.* 278. & ſeq.
Verba hæc : ſi ſine liberis deceſſerit, *vel* ſi liberos reliquerit, *quid ſignificent.* 283.
Verba illa : ſi ſine liberis legitimis deceſſerit, *ut interpretanda?* 288. *An contineantur ſub illis à Principe legitimati?* ibid.
Verba illa : ſi ter pepererit; *quomodo accipienda?* 289
Verba: ſi ſine hærede diſceſſeris; *quid importent?* 289
Verba: ſi nupſerit: cùm nupſeris: ſi in matrimonio deceſſerit, ſi deſierit eſſe nupta; *quomodo intelligenda?* 290.
Verba; ſi rationes reddiderit, *quid requirant?* 291
Verba hæc, dum cum illo erit: ſi ab illo non deceſſerit: quoad cum illo morabitur, *quem habeant ſenſum.* 293
Verba; cùm moriar, *quomodo interpretanda?* 294
Verba; cùm voles; quoad volueris, *quid ſignificent?* 294
Verba; ſi volueris; quanti æſtimaveris; ſi fueris arbitratus; ſi tibi placuerit; ſi promeritus fuerit; ſi te non offenderit, *quid ſignificent, & an faciant conditionem?* 296
Verba; cùm potuero; cùm mihi commodum erit; *quid ſignificent.* 297
Verba, cùm uſusfructus ad illum pertinere deſierit, *quid ſignificent?* 297
Verba; cùm ille ad 14. annum pervenerit, *ut interpretanda?* 298
Verba; cùm fari poterit, *&* poſtquàm fari poterit; *an, & quantùm differant?* 301
Verba hæc: cùm res ſuas admi-

miniſtrare poterit: cùm in tutelam ſuam pervenerit: cùm ſui juris erit, *quid ſignificent.* 301
Verba, ſi meum erit, *vel* quod meum erit, cùm moriar, *quid ſignificent, & quouſque ſe extendant?* 302
Verba, ſi annos vixerit: ſi tot operas præſtiterit, *ut intelligenda?* 304
Verba; ſi quid eorum factum non erit, *quid ſignificent.* 315.
Verba Conditionalia, ſi res in eodem ſtatu permanſerit, *ut plurimùm ſolent ſubintelligi.* 464
Viduitas. *Viduitatis conditio an rejicienda, ſi quid ſub ea mulieri relictum ſit, & quando.* 494. *An etiam poſt primas nuptias.* 495. *An cenſeatur indicta per conditionem de non nubendo uni vel pluribus perſonis.* 495
Votum Eccleſiaſticum *an conditionem admittat.* 419
Vſucapiendi *cauſam an habeat emptor pendente conditione ſolutiva,* 529

5[illegible]6659 D

B.N.C.F.
B. 17. 7. 52
CF 2 5 1 6 6 5 4